

H-A
8
3

Sala 20
Gab.
Est. 16
Tab.
N.^o 1

Do
Matley Mendy Stoff
Custom 600 -

J
H-A
8
3


PRACTICA
LVSITANA,

ADVOCATIS, IUDICIBVS,
UTRQVE FORO QVOTIDIE
versantibus, admodum utilis,
& necessaria.

IN QVINQUE LIBROS DIVISA.

CVM DVCENTIS ET QVADRA-
ginta nouissimis Senatus decisionibus. Et centum
contra cautellis. Item & nonnullis animad-
uertionibus ad bonū publicum iustitiae
concernentibus. Et alijs utilissi-
mis Ordinationum de-
clarationibus.

AVCTORE EMANUELE MENDES
à Castro, Curie Aduocato, & olim in Salmanticensi
& Colymbricensi Academia publico sti-
pendio legum professore.



Cum Licentia Superiorum.

OLYSIPONE : Apud Georgium Rodericum.

Anno 1619.



De Matica Mendes St:ffo

www.vitales-mit-graefle.de : 34-05127140

470-0701A

卷之三

PRACTICAM HANC LUSITANAM eruditissimi ac doctissimi Licenciati Emanuelis Mendes de Castro publici in his Portugalie Regnis consistorialis aduocati, de mandato reverendiss. atq; illustriſ. Episcopi domini Petri à Castilho, supremæ sanctissimi Officij Inquisitionis praefecti, qua potui diligentia legi Grecolni. Et quantum de ea consequi possum, equidem iudico opus esse veram solidamq; doctrinam continens, nec in re illa, ab ea, quam ab Ecclesia ac SS. Patribus accepimus, discordatē. Imo vero propter magnam tum textuum tum exemplorum congeriem ab auctore mirificè confectam (quibus & fulgentissimam lucē, de omnibus præstat, & Ordinationibus nostris Regalibus aptissima, & fundatiſima commentaria) omnibus saltem utriusq; iuris professoribus, ne dicam etiam quibuscunq; latina lingua pollentibus, siquidem lites euadere potest nemo, magna singulariſq; utilitate futurum. Vidi item additiones nuper ab eodem confectas auctore, & id de ijs iuditium fero. Datum Olyſipone die 27. Ianuarij, anno 1617.

D. Fr. Antonius Freire.

VISTA A INFORMAÇÃO podeſe imprimir esta Pratica Lusitana, & despois de impressa torna a este conselho para ſe coſerir, & dar licença para correr, & ſem ella nam correra. Em Lisboa. 6. de Feuereiro de 609.

Marcos Teixeira.

Bertolameu da Fonſeca.

POdeſe imprimir este liuro chamado Pratica Lusitana, & impresso tornara aos 13. de Setembro de 618.

Damiao Viegas.

POdera o ſupplicante mandar imprimir esta Pratica Lusitana visto a licença que tem do ſancto Officio, & depois de imprefſa tornara a esta mesa pera ſe lhe taxar a xij de Feuereiro de 609.
Costa. Luis Machado.

Taxado na mesa do Paço em cento & oitenta reis em papel, a 21 de Mayo de 619. F.V.Pinto. L.Machado.

D. D.

MENDO A MOTTA
VALLADARES, SOTO MAIORI,
CATHOLICI PHILIPPI HISPA-
niarum, ac Indiarum Regis potentissimi, in
eius Supremo Consilio dignissimo, ac
sapientissimo Consiliario.

SV M iam ab antiqua consuetudine longius pro-
uenire certum sit, vnumquenq; sua opera, suaq;
studia, que publico pralo cōmis̄ forent, magnis
viris, & principibus, à quibus fauorem & auxi-
lium reciperet, dedicare. Tu unus p̄ alij mihi
obuius exiitisti, cui ut has meas lucubrationes
libenter, & ex animo cōsecrarem, maior ratio expostulauit, nām
pr̄terquā omnia illa qua in lucem prodierint de legibus ac eārū
interpretatione, quibus viuimus, & regimur, tibi unico legum
patri iusticie, moderatori dedicari iuri ac rationi conuenit, hēc
peculiariter, que de Lusitanianoribus primitua in lucem pro-
deunt, tibiciam merito debentur, quippe qui te consulente Rex
noster omnium opt. ac max. tuo iudicio, vi par erat, plurimum con-
fisis, multa in meliorem frugem quo ad praxim & iustitiae exer-
citium mirabiliter ac sanctissimè rededit. Sed & illud ad hoc me
valde impellere potuit, cum scīa multis à te beneficijs me semper
fuisse affectum, quarē nemo erit qui me temeritatis arguat si
tanto viro tam paruum munusculum offerri videat cum in ijs po-
tius animus, quam mucus spectandum sit. Addidit etiam, & illud
mihi animos tua scīlicet eximia virtus, eiusq; magna claritas &
splendor, tuaq; omnium scientiarum, tam iuris Cesarij quam Pon-
tificij admirabilis sapientia, ita ut raro aut nunquā in tam claro
viro sante virtutes, tantaq; scientiae in tanto gradu magnitudi-
niscopulari & coniungi, sicutin te usquā viderentur, quibus ad
summum

Dedicatoria.

summum dignitatis gradum, & fastigium fuisti merito eue-
tus. Taceo iam tuam singularem prudentiam, tuam illam veram
iustitiam, cuius beneficio ac munere principes, & diu, & fūliciter
imperant, qua summo quo potes studio Portugalliae statū, omniū
bonorum applausu integerrime ac equanimitate conservas. Taceo
tuam vere regiam erga omnes litteratos liberalitatem & muni-
ficientiam, qua omnes bonas literas vindicare, in tuamq. tui illam
ac fidem suscipere semper consueisti, nihil enim magno viro &
heroe dignius, quod cum ad eximias & raras illas virtutes, quas
tibi quisq. de tua ac verè præclarā indole illustriq. nobilitate ex-
peritur, adiungas; nemo est qui nomen tuum ingenti gloria ac
fama maximacum omnium posteriorum admiratione in perpe-
tuum celebrari nō dicat. At tuam animi magnitudinem, & man-
suetudinem cum grauitate cōiunctam, cetera q. animi tui dotes
nemo est qui summo honore non extollat, laudet, ac veneretur.
Omitto satis præclaros, bello paceq. satis notos auos & proauos tuos
Mottas, Valladares, & Soto maiores, à quibus originem ducis, &
quos apud omnes in dies magis ac magis exornas, quia cum non
omnia opera tua recensere valeo, nec omnium tuorum maiorum
facinora narrare fas erit, illud dumtaxat à te summo opere con-
tendo ut tuā celsitudinem cum tenuitate tam parui munusculē
metiaris, sed ab eo proficiisci existimes qui te summo honore
colit, ac veneratur. V A L E.

Emanuel Mendes à Castro.

P R O E M I V M .



I HIL magis in hoc opere elaborare curauimus,
quam superflua & inania resecare, confusionem
opinionum effugere, breuitatem & verā resolu-
tionem sectari, nec enim nisi breuis resolutio ad
proxim conuenit, nam quæ magis pro ingenio
disceptanda sunt, scholis dimittimus, & quæ etiam ex Ordina-
tione tanquam è purissimis iuris fontibus pro indubitatis prin-
cipijs passim, & vulgo habentur, non inculcamus, ut alij inep-
tē fecerunt, sed longe alia grauiora, quæ magis vtilia, & ad pra-
xim pro casuum frequentia necessaria sunt, adiūximus, alij alia
si forte meliora inuenient, his addere poterunt.

S. 1. *De diuisione totius operis.*

T OTUM igitur hoc opus in quinq; versabitur, & ad imita-
tionem Ordinationum Regalium in quinq; libros diu-
ditur, nam sicut corpus humanum, quod secundum Philosophū
breuis mundus dicitur, quinq; sensibus regitur, & gubernatur;
ita huius reipub. regimen, & gubernatio in quinq; libris recte
nititur, est autem iste numerus laudabilis, optimus, & Portugal
liæ nationi memorabilis propter quinq; quinque, quæ in scuto
Regio in signū admir. victoriæ à Rege Alfōso de Mauris adeptæ
Regi diuinitas datæ in hoc Regno huc usq; sunt, & in æternū
permanebunt. In primo libro de personis in iuditio necessarijs
agam; sunt enim personæ rebus digniores. l. 2. ff. de stat. hom. In
secundo de praxi Eccles. In tertio de Seculari iuditio, in quar-
to de requisitis actionū, & de eorum responsionum, in quinto
de ordine procedendi in causis criminalibus tractabimus, quæ
omnia multis decisionibus, cautellis, & alijs annotationibus ad
proxim, & plerisq; ad Ordina.interpretationibus exornabimus.

S. 2. *De praxis vtilitate & necessitate.*

C VM autem theorica sit veritatis speculatio, & iudicibus,
& aduocatis necessaria secundum Bald. in l. 1. ff. de iust.
& iur. quia turpe est patritio, & nobili viro ius in quo versatur
ignorare

P R O E M I U M .

ignorare. l. 2. §. Seruius. ff. de orig. iur. habeti theoricam per quā necessaria erit practica, quæ applicat ll. ad casus occurrentes, in quo consistit legum virtus. l. non solum. §. qui primipilo. ff. de excusa. tat. Et ista adaptatio seu practica est intellectrix legū secundum Bald. in tit. de fœud. sine culp. non amitt. nam theoretica sine praxi digestam solidamq; iuris cognitionem p̄stare nequit ut dicit Pinel. in l. 2. 2. par. cap. 4. num. 2. de recind. Et idcirco nulla est gens nullaq; regio aut prouintia, quæ suam proxim non habeat præterquā Lusitanias, vbi nullus huc usq; hoc aggredi ausus fuit; fortè præ terrore inuidiæ, quæ maxime hic viget; nihil enim tam eximum esse potest, quod nō pateat aliorum inuidiæ, calumniæ, & obtrectationi, ut dicitur in Ecclesiastes. cap. 4. ibi, contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias, animaduersti patere inuidiæ proximi, quibus verbis ostendit Salomon omnium mortalium opera, quātumuis sint egregia, & honesta, inuidiæ & emulationi esse subiecta, atq; ita docet, quod quantunvis quis excellat virtute, & industria, imo quod magis excellit, eo magis patere aliorum inuidiæ, & obtrectationi, quod sine dubio inter alia huius vitæ mala est gravissimum malum, & quod saepe homines deterret à p̄claris operibus.

§. 3. Finis huius operis qualis sit.

EO autem res nostra dirigitur, & in eo maxime consistit, ut quis efficiatur perfectus adiutorius & iudex, nam quē admodum Aristo. M. Tullius, & Quintilianus docuerunt, quomodo quis efficeretur perfectus orator, & scientiam eloquendi in artem redigerunt; ita & nos saeiente Deo iuris prudentiam (quæ latissima est) quasi in praxis arte redigere conamus; quæ si placuerit (placebunt fortasse aliqua) eorum gloria Deo omnipotenti tribuatur, cui omnia debentur, & cuius auxilio, haec supravires nostras (scio enim quam imbecillis sim) aggredi ausi fuimus.

IN GRATIAM PRACTICAE
LV SITANAE.

G Rande Repertorium nuper Castrensius Heros
Reddidit, eximiæ dexteritatis opus.
Nunc noua causidicæ reddit miracula praxis,
Vtile, & iudicijs, vtilis artis opus.
Vtile monstrat iter, quo Lusitania causas
Decidat, & certam ius ad vtrunq; viam.
Emite, nam facilem iuris prudentibus artem
Præstat, & in doctis aureus iste liber.
Ante Repertorij, praxis nunc iure triumphas,
Pompeium æquabis, Iureq; magnus eris.
Tunc tua castrensis fient oracula Pauli.
Tunc simul Emanuel, Paulus & alter eris,

Philippus Thomas à Miranda. I.C.

Summa ex Lib. I.

C AP. 1. Ex quibus personis cause disceptatio constet.

Cap. 2. De Indicib[us] huius Regni.

§. 1. De Senatu Palati.

§. 2. De Senatu supplicatio-
nis.

§. 3. De Prouifore residuorū.

§. 4. De Iudice Indie.

§. 5. De Auditore Basilica
pub.

§. 6. De presidibus urbis, &
provinciarum.

§. 7. De Iudicibus ciuitatis.

§. 8. De Iudicibus pupillorū,
& proprietatum.

§. 9. Iudex qualis esse de-
beat.

Appendix 1. De Scriba in-
ditiario.

Appendix 2. De Distribu-
tore.

Appendix 3. De Examini-
natore.

Cap. 3. De Actore.

Appendix 1. De Aduocato.

Appendix 2. De Procura-
tore.

Cap. 4. De Reo.

P R A X I S
L V S I T A N I Æ
D E P E R S O N I S I N
I V D I T I O N E C E S S A R I I S.

L I B E R P R I M U S.

* * *
C A P V T P R I M V M.

Ex quibus personis tota causa disceptatio constet.



V A N-
uis tex.
in c. 1.
4. q. 4.
& in c.
forus de
verb. sig
nif. innuere videatur in omni
iudicio, seu negotio (in quo
aliqua disceptatio sit) qua-
tuor personas interueniri de-
bere, iudicem scilicet, acto-
rem, reum, & testes. Magis

tamen placet de substantiis
tres tantum priores requiri,
ut in Regia Lusitanie consti-
tutione habetur lib. 3. tit. 20.
in princ. sine quibus frustra
iudicium finiri, vel experiri po-
test, ut probat Hostiens. in
Summa titul. de Iuditio, vnde
licet iudicium pro discussione
vel processu sumptum variè
á Doctoribus definiri soleat,
crebior tamen definitio est ut
sit actus trium personarum

A

Iudicis

Iudicis, actoris, & rei in iudicio contendentium sicut Bald. in rub. ff. de Iudicijs. Abb. in rub. ex. eodē col. 2. quicquid improbet Cagnol. in l. omnis definitio. num. 37. de regul. iur. Alcia. lib. 6. parerg. cap. 9. Maranta de ord. Iudit. 2. par. num. 6. Nec huic resolutioni obstat tex. in d. cap. 1. 4. quæs. 4. & in d. cap. forus. Nam rejectis alijs solutionibus verius est dicere necessitate causativa quatuor personas necessarias esse, de quibus in prædictis iuribus, at vero de necessitate præcisa & substanciali tres personas tantum supra enumeratas interueniri debere, nam testes nonsunt necessarij præciliè, sed causatiuè ad effectū, ut actor obtineat, auctore enim non probante reus absolvitur.

4. 1. actor. C. de probat. cap. fin. de iur. iurand. Quò sit iudicium & sententiam sine testibus & probationibus mero iure tene ri ut probat Bart. post Azon. in l. prolatam C. de sentent. & interlocut. & idem repetit in l. per hanc. C. de tempor. appellat, sequitur Abb. in c.

afferte gladium de præsumptiō. Felin. in cap. Ecclesia nu. 24. de constit. In quo tamen obiter aduerti debet, dum dicimus iudicium esse actum triū personarum, verbum illud, (actum) stare indefinite colle ctuè secundum Bart. in l. si pluribus ff. de legat. 2. & ita vniuersaliter comprehendere actum Iudicis, actoris & rei, nam vnicus actus tantum nō constituit iudicium iuxta tex. in cap. quoniā contra de probat. sicut & illud verbum (trium) exponi solet trium generum personarum, scilicet Iudicis, actoris & rei secundum Rip. in rub. num. 24. de Iudit. nō enim congruit quod singula generum intelligantur, sed genera singulorum, cum benè possint esse plures litis consortes, nempe plures auctores, vel plures rei, ut in l. r. C. de consortibus eiusdem litis, & etiam plures Iudices delegati in eadē causa. cap. Pastoralis de rescript. Præterea & illud verbum (personarum) cōprehendit veras & fictas personas, nam in iudicio

ditio inquisitionis (quodex Iudicis officio sit) fama vel notorietas accusatoris loco habentur. cap. super his, cap. B Inquisitionis de accusat. De ijs igitur tribus personis, cum suis appendicibus in hoc primo libro nobis sigilatum suo ordine agendum erit, nam Iudici appenditur persona illa; quæ causas distribuit, & ille qui inquirit & examinat testes, & in super tabellio, qui acta & Iudicis decreta scribit, de quibus nobis sermo erit. Actori vero & reo appenduntur aliae personæ diuersæ ut est Procurator & Aduocatus, & ideo non in congruum erit de illis etiam aliqua annotare.

C A P. II.

De Iudicibus huius Regni.

CVM tota ciuilis potestas & iurisdictio penes ipsum Regem nostrum consistat; ab eoquæ

tanquam à fonte in totius Regni ciuitates, villas, & oppida deriuetur secundum Ordin. lib. 2. titul. 45. vt subditorum commodis & expensis consuleret, & quia Rex magno labore consumeretur, & esset ultra vires suas, quod sustinere non posset iuxta doctrinā Exod. cap. 18. & Deut. cap. 1. & sic commodius Respub. regeretur, plures & diuersi Magistratus sunt creati, apud quos unusquisq; ius suum consequi posset, frustra enim ius in Republica proditum esset, nisi adessent Iudices, qui iura unicuiq; redderent. l. 2. §. post originem. ff. de origin. iur. est autem hoc iudicantis proprium munus. cap. 1. versicu. Index. 23. quæst. 2. cap. forus de verb. signif.

§. I.

De Senatu Palati.

IN primis est in hoc Regno Senatus Maximus Regij Palati, vbi sunt Senatores, qui cognoscunt de omnibus

ijs , de quibus Rex ipse cognoscere poterat, exceptis quibusdam casibus, quos sibi Rex reseruauit, & pro eis sunt etiā hodie alij Consiliarij in Curia Madrid , qui lateri Regis continuò assistunt , & pars corporis eius reputantur. l.ius Senatorum. C.de dignitat.lib. 12. l. quisquis. C.ad l.Iul. Maiestat. & Patres conscripti ab Imperatore nuncupantur in l.i. C.de caduc.tollend. & in multis Regiam maiestatem consulunt , & alia decernunt voce , & vice Principis , & ideo ab illis decretum censetur ab ipso Rege emanari.l.i. C.de officio Vicarij, atque ob id sedere debent ad latus Regis, non ad pedes quando fuerint in Consilio cum Rege secundum Bart. in l. Iurisperitos. ff.de excusat.tut. nam praedicti Senatores Senatui Romano adæquantur , & omnia expediūt, quæ in bello paceq; ad statum totius Regni pertinent , & quales esse debeant remitto me ad ea quæ de illis tradit Montalvus in Tractatu quem fecit de Consilio Re-

gis, & optimè Afflct. lib. 1. constit. rubr.45. & l.7. tit.18. par. 4. Solet autem Senatus iste remunerare seruitores, & officiales sui Regis etiam ultra salario consueta dari de domo Regia , cum illa semper fuerunt parua, & augmentata talibus beneficijs , vnde faceret iniuriam , si ita non faceret, cum communiter à Regis prædecessoribus in hoc Regno ita fuit factum argum. l. 1. §. permittitur. ff.de aqua quotid. & æstiu. & ibi Bartol. & est ad propositum gl. notab. in cap.fin.100. dist. & optimè firmat idem Greg. in l.2. tit.9. p. 2. verb. *fazer bien*. Et quia prout inquit Salomon Proverb.20. Clementia Thronus Regis roboratur, ad quod est etiam illud Virgilij 6. Aeneidos, (hae tibi erunt artes , pacisq; imponere morem, parcere subiectis, & debellare superbos) optimè facit amplissimus Senatus pietatem in poenis moliendis exercendo, vel aliquando in totum parcendo, nam etiam de iure poenas reorum remitti , vel commutari

ex causa à sapientissimi misericordia
tum est pro ut notat Tiraq.
de pœnis in præfatione , &
etiam propter merita sua, vel
maiorum suorum solet indul-
geri , vt per Cæpol. caut. 3.
Tiraq. vbi supra caus. 49. &
in leg. si vñquam verb. dona-
tione. num. 34. C. de reuoc.
donat. nam ideo dicitur in c.
r. quæf. 7. iun. gl. ibi quod dis-
pensatio quandoq; est debita,
& Misericordia portio Iusti-
tiae appellatur vr inquit Am-
bros. sup. Psalm. 118. Sermon.
8. versic. 20. Et similiter so-
let Senatus dispensare super
ordinatione, occurrenti præ-
fertim casu , qui si continere-
tur in præd. lege Regia vni-
uersali, redderet eam iniquā,
& duram , ut adnotauimus
lib. 3. cap. 3. num^o. 4. versic.
nam cum , & sic potest trans-
gredi leges ex causa pro
ut infra dixi. num. 4.

¶. Imo dicebat

Innoc. vsq.

ad fin.



A 3. B. 3. §. 2. De Senatu supplicatio-
nis.

E ST etiam in hoc Regi-
no Regia domus sup-
plicationis , vbi est præcipua
mensa grauaminum , in qua
cum præfecto Prætorio dece-
Senatores resident , qui loca
Principis ius dicernunt, & sic
ab eis vltra appellari, vel sup-
plicari nō licet, creditit enim
Princeps eos qui ob singula-
rem industriam explorata eo-
rum fide & grauitate ad hu-
ius officia adhiberentur, non
aliter iudicatueros esse pro sa-
pientia ac luce dignitatis suæ,
quam ipse foret iudicaturus
l. i. ff. de officio præfecti præ-
torio, sūt enim supremi in cau-
sis Iustitiae, ideoque ipsi deuia-
re possunt a rigore & sole-
nitate juris sequentes æqui-
tatem, & veritatē, cum enim
hoc liceat Principi. l. i. C. de
Legibus , licebit etiam ijs,
qui Principis locum tenent
Bartol. in l. Aemilius. col. fin.
ff. de minoribus, quem sequi-

tur Dec. consi. 200. ad fin. Ay
mon consi. 198. num. 7. Ro
land. consil. 70. num. 23. quan
uis contrarium existimet Mé
chac. de success. §. 6. num. 4.
imo dicebat Inoc. in cap. 1. de
constit. quod Iudices maiores
poterant ex causa leges tran
gredi, sequitur ibi Felin. num.
50. Bald. in l. omnes populi
num. 5. ff. de Iusti. & iure ar
gum. tex. in l. si hominem. ff.
mandati, vbi Bartol. in fin. ita
notat, præsertim quando iusta
causa, quæ superuenit, est ar
dua bonum statum Reipubl.
concernens Salicet. in auth.
hodie. C. de Iuditijis, & ibi
Iass. num. 2. idem Iass. in l. 1.
num. 3. ad fin. C. de precibus
Imperat. offer. licet in hoc
casu tutius esset Principem
cōculere, nisi vertatur aliquod
periculum iuxta tex. elegan
tem. in l. si quis filio. §. hi au
tem omnes. ff. de in iusto rup.
Cagnol. in rubr. num. 58. ff.
de officio eius, sentit Dec. in
cap. at si Clerici. §. de adul
terijs. col. 7. extra de Iuditijis.
Solent item plerunq; prædicti
Senatores, prout debent, deg

creta & placita proregis irri
tare si sibi in iusta, nec secun
dum leges prolata videantur,
vti contigit in lite Francisci
Paes cū Rodulfo Osorio Scri
ba Anto. Guerra Anno 1610.
tanta enim est auctoritas
Senatus. Cognoscunt etiam
de grauamine Lusitano illato
ab Auditore Militæ Castel
lanæ vti in Senatu Portuensi
receptum fuit in lite Fran
cisci Portocarrero, & Ludo
uici Pita, ex oppido de Via
na Anno 1610. Scriba Ema
nuele da Rocha. Nam si aga
tur de incompetentiæ iuditij,
tunc ex mandato proregis,
& Capitanei Generalis fit
sessestio inter Auditorem, &
duos Senatores, & quod ibi
euincitur pro iudicato habe
tur, & ita sylo seruatur. Quod
si auditor contumax fuerit in
remitendo, & reponendo cō
tra l. 2. C. de officio milit. Iud.
fit consultatio ad Regem, vt
in l. in officiales ibi certio
res. C. de officio recto. Pro
vinc. & si adhuc monitus, &
requisitus processerit, quasi
contra bonum publicum de
linç

Nota linquens capi poterit, ut tenuet Auend. de exeq. mandat. cap. ii. num. 9. Et ita contigit cum quodam Iudice militari Michæle de la Plaça & Capitaneo Generali delegato, in Ciuitate Portuensi Anno 1603. Et ad id est quod tradit Platea in l. sive ex Prætoriano. C. de executor. & ex auct. lib. 12. vbi tenet, quod si delegatus à Principe delinquit in Prouincia, Præses contra eum cognoscet, licet alias delegatus maior Præside reputetur: & Montaluus in l. 4. tit. 7. fori leg. lib. 1. glof. vlt. in fin. dicit, quod ordinarius potest punire delegatum Principis delinquentem in processu causæ, & abutentem iurisdictione, refert Auiles in cap. prætor. cap. i. verb. mandato. num. 34. Et idem tenuit Auend. de exeq. mandat. i. p. cap. ii. num. 9.

5 Sunt etiam in hac domo supplicationis, quatuor Prætores Curiales, quorum duo cognoscunt de causis criminalibus, & duo de ciuilibus, in prima instacia in Regia

Curia intra ambitum quinq; lencarum, sicut & olim intra centessimum miliarem cognoscebat præfectus urbis Romæ. l. i. ff. de officio præfect. 6 vrb. qui quidem est idem, quæ hodie dicimus, Corregedor da Corte, vrbis enim appellatio ne non Ciuitatē Romanorū, sed locum Curiae Principis intelligimus, nam & coram isto conueniebatur Senator secundum ius commune. l. 2. C. vbi Senator. vel clarissimi.

Sunt item duo Iudices patrimonij Regalis, & Regiae Coronæ, (quia differtvnu ab alio, tanquam quid priuatum à ure publico,) vt in l. 3. §. fi. ff. de iur. Fisci. Lucas de Pena. in l. quicunq;. C. de omn. agr. deser. lib. 10. Et ideo quo ad ius publicum pertinet cognoscit ille de quacunq; violencia illata à Iudicibus Ecclesiasticis, idq; ex vsu antiquissimo, & immemoriali, non solum in hoc Regno apud Lusitanos, sed etiam in tota Hispania, Gallia, Neapolis, & alijs Regnis, & ditionibus

Principum Christianorum re-
ceptissimo, prout testatur Na-
uar. in cap. cum contingat,
remed. I. fol. 146. extra de-
script. Azeued. in l. 2. tit. 6.
lib. I. recopillat. Et etiam in-
ter ipsos Ecclesiasticos cog-
noscit, ut argum. tex. in cap.
petimus. II. quæst. I. & alijs,
fundat Lucas de Pena, in l. si
coloni, quæstione, vlt. C. de
agricol. & censit. lib. II. Auen-
dan. de exequend. mandat. I.
par. cap. I. num. 32. Non quod
Regia & Catholica Maiestas
velit, aut intendat in suis Re-
gnis iurisdictione Ecclesiasti-
cam præripere, aut occupare,
quæ sibi non competit, sed
quasi declareret esse, fuisse quæ
semper de mente Domini Pa-
pa, ut violentia, quæ alijs
à suis Iudicibus Ecclesiasticis
contra ius naturale nobis fa-
cta fuerit (nam ita appellari
solet, quod ex mandatis Iudi-
cum iniustis præcipitur. I. le-
ge Iulia. ff. ad I. Iul. de vi pu-
bl.) siquidem ipse Dominus
Papa, procul existens ab om-
nibus tam cito adiri non po-
test, per Regem nostrum, &

eius Supremum, Iustissimum,
& Sapientissimum Senatum
tollatur, præ habita illorum
reuerentia, vocatione, & su-
maria cognitione, vt per Hy-
pol. sing. 70. Guid. Pap. deci. I.
Et ad ita procedendum con-
ueniunt plura, quæ egregie
in proposito pro ista consue-
tuine adducit Greg. Lop. in
l. 13. tit. 13. par. 2. glos. 4. &
aliæ plerequæ rationes bono
publico congruentes, quas
etiam in id eleganter adno-
tauit Couarruias practica
quæstion. capit. 35. ex nu-
mer. 3. vers. Hic autem usus.
Igitur in hoc praxis, & sty-
lus talis est, vt scilicet non
semel, sed bis, & tertio lite-
ræ expediantur ad Iudicem
Ecclesiasticum, ut vim de-
ponat, quod si ille contumax
fuerit (siquidem in personam
procedere fas non est) bo-
na eius profana, veluti mulæ
capiuntur, & famuli, ac ser-
uitores ministerium ei præ-
stare prohibentur, argumen-
to tex. in l. addictos suppicio,
vbi glos. verb. vindicetur. C.
de Episcopal. aud. & ita de-
ciliū

cisum fuit hoc Anno 1617.
 Quæ praxis desumi etiam vi-
 detur ex text. notab. in l. fin.
 ff. de officio procurat Cæsar.
 vbi ille qui caret iurisdictione,
 nihilominus potest iniuri-
 osos suis subditis prohibe-
 re, ne accedant ad certum lo-
 cum, & ita practicari Castel-
 lae quo ad priuationem rerum
 temporalium usq; ad expul-
 sionem à Regno tradiderunt
 Ceuallos in pract. quæst. tom.
 4. quæst. 899. num. 173. Auen-
 da. 2. par. de exequend. mand.
 cap. 6. num. 12. Salzed. in pra-
 ctic. canon. criminal. cap. 102.
 addit. 10. Sed apud nos ex-
 pulsio non sit nisi consulto
 Principe. Cæterum quicquid
 fuerit attentatum per Eccle-
 siasticū, pendete quæstione in
 hoc iudicio, licet postea Eccle-
 siastico causa remittatur, sem-
 per hīc reuocandum erit, vt
 per Guillerm. Bened. in cap.
 Raynutius. verb. & vxorem
 nomine adelasiam. fol. 87. col-
 lum. 3. Gregor. vbi sup. col. 2.
 Sed mihi de ijs iam satis, cum
 recte sciām D. Gabrielem Pe-
 reyra à Castro Senatorem

grauissimū, & nostræ ætatis
 virum admirabilis iudicij, &
 ingenij acutissimū hoc onus,
 & munus, ex professo sus-
 cepisse, qui pro sua egregia
 eruditione, praxi, & elucu-
 bratione præstantius pro rei
 dignitate tractatum istum
 perficiet, & ad exitum usque
 perducet.

Cognoscit item Iudex iste 9
 de donationibus officiorum à
 Rege factis, ex tit. 9. §. 6. lib. I.
 in quo obseruari licet officia
 parentum concedi eorum fi-
 liis plerunq; usu consueuisse,
 qui ideo deinceps seruari de-
 buerat, vt in l. fin. C. de iniu-
 rijs. cap. quam graue, de cri-
 min. fals. Bald. in l. de quibus.
 num. 10. ff. de ll. Menoch.
 conf. 51. num. 36. lib. I. Et sic
 quando extraneis illa conce-
 debantur, in diplomate Re-
 gio dicebatur, quia ultimus
 possessor sine filiis decesse-
 rat, nam conuenit filios offi-
 cialium in eorum concessio-
 ne extraneis præferri. l. I. C.
 de filiis official. lib. 12. l. Iu-
 bemus. §. ad filios. C. de Ad-
 uocat. diuersi. Iud. alias fieri
 dice-

dicebatur filio iniuria secundum Vallasc. cons. 129. num. 13. Idq; multo magis si propter merita, & seruitia illa fure concessa, nam eorum merces priuilegiata est nimiris capit. relatum ibi seruitij meritum de testament. & debetur sicut premium rei emptæ, ut per D. Thom. 2. 2. quæst. 14. num. 1. Sanè merita parentū ad liberos quoq; transeunt, ut eleganter respondit Bald. con fil. 355. col. 2. lib. 2. quem sequitur Socin. cons. 84. col. 3. lib. 3. nam filij remunerari solent apud nos ex parentum meritis. l. 3. ff. de priuileg. veterani. l. nemini. vers. filios, & l. petitionem. vers. filijs. C. de Aduocat. diuer. Iudit. Tiraquel. in l. si vñquam. verb. donatione. num. 40. C. de revocand. donat. expedit autem bono publico remunera-ri, ut obseruat Pinel. in l. 1. C. de bon. mat. 3. par. num. 62. vers. 14. Greg. in l. 2. tit. 9. par. 2. verb. Fazer bien. Et comprobat Iustus Lipsius lib. 4. cap. 8. Politicor.: melius (inquit Seneca) beneficijs im-

perium custoditur, quam ar-
mis, nec Princeps tanta stu-
dia assequetur eorum, quibus
dederit, quanta odia eorum,
quibus ademerit, ut ait Cice-
ro. lib. 2. de officijs. Sed ex ad-
uerso cum Rex possit ista of-
ficia possessori adimere, ex
Ord. lib. 1. tit. 98. quicquid
Gregor. in l. 2. titul. 10. par. 2.
verb. mantenerle. A fortiori
poterit eius filio non dare. Aut.
multo magis. C. de Episcop.
& Cler.: nec de Principiis po-
testate disputare licet, cum de
eius voluntate constet, quia
Regis voluntas lex animata
cenetur, & supra omnes le-
ges est. l. quod Principi pla-
cuit. C. de ll. & ita decidit Se-
natus in lite Sebastiani de Lu-
cena cum Gabriele Correa,
Ann. 1618. Scriba Augustino
Rabelo.

Sunt etiam in hoc Senatu
Auditores criminum qui co-
gnoscunt in Relatione per ap-
pellationē de causis criminā-
libus. Item & Index Chan-
cellariæ, qui omnes expediunt
causas cum suis adjunctis,
quos nominare solet præfe-
ctus

etus Prætorio, ut per Cabed.
decision. I. numer. 5. lib. I.
¶ Et similiter Iudex Fisci, qui
cognoscit de bonis, quæ
Fisco propter hæresim appli-
cantur, in quo quæstio veri-
tut an bona vinculata, & alie-
nari prohibita saltim pro vi-
ta possessoris possint ad Fis-
cum pertinere, & quanvis
partem affi matiuam tenuer-
int non nulli, quos refert Go-
mes. in l. 40. taur. num. fin. per
tex. in l. statius florus. §. Cor-
nelio Felici. ff. de iur. Fisci. ille
tex. nihil probat, quia loqui-
tur, quando bona fideicom-
missio subiecta non habent
clausulam expressam de non
alienando, tunc enim interim
recte potest fieri alienatio, ex
Paulo in l. filius fam. §. diui.
num. 7. ff. de legat. I. Verior
tamē sententia est, quod statim
bona pertineant ad sequen-
tem in gradu, ut tenuit Se-
gura in l. cohæredi. §. cum fi-
liae. ff. de vulgari; & alij quos
refert Gomes. sup. Molina.
lib. I. primogen. cap. 20. nu. 9.
& probatur ex tex. in l. cum
pater. §. lib. ris. ff. leg. 2. con-

stat enim quod bona prohi-
bita alienari per contractum,
prohibetur etiam alienari per
delictū, ex tex. in l. imperator.
ff. de fideicommiss. liber. quē-
admodum ibi facta alienatio-
ne serui propter delictum do-
mini censetur impleta con-
ditio libertatis fideicommissi-
fariæ, quæ debebatur in casu
alienationis, ex l. generaliter.
§. si petitum, & in l. cum qui-
dam. ff. de fideicom. liber. ita
in proposita specie, si fiat alie-
natio propter delictum pos-
sessoris censetur impleta con-
ditio sequentis fideicommissi
relicti in casu alienationis, ex
dict. §. libertis, Nec obstat,
quod prædicta alienatio per
delictum facta videtur neces-
saria, & ideo non prohibita
ex l. peto. §. prædium. ff. de le-
ga. 2. vbi prohibitio est in re,
& tamē alienatio necessaria
nō censetur prohibita. Respon-
dendum enim est, quod si de-
lictum est tale, ut ipso iure bo-
na sint confiscata, iuxta tex.
in cap. cum secundum de hæ-
ret. in 6. & communem, quam
resoluit Bursatus, cons. 43. lib.

1. Eo ipso quod possessor maioratus tale delictum commisit, verè, & propriè fecit actum alienationis voluntariæ, vnde censetur grauatus restituere ea bona sequenti in gradu, ex dict. §. libertis, & cum Fiscus succedit in obligationes delinquentis quasi hæres, ut in l. actione. §. publicatione. ff. pro socio. l. si marito. ff. solut. matrimon. consequens est, ut ipse Fiscus censeatur grauatus restituere, ex l. in summa, & l. quod placuit. ff. de iure Fisci.
Quod fidelictum requirat sententiam condenatoriam, tunc non dicetur delinquens alienare, sed Iudex exequendo sententiam suam, argumento eorum quæ notantur in l. à Dino Pio. ff. de re iud. & in l. si finita. §. Julianus. ff. de dam. infect. Vnde talis alienatio, tanquam necessaria, nec immediate facta ab ipso possesso non censetur prohibita, ex dict. §. prædium. Si autem iste sequens in gradu sit filius ipsius hæretici, quanvis ille regulariter sit incapax, ut in l.

quisquis. §. filij. C. ad l. Iul. maiest. cap. statutum. o 2. §. hoc sanè de hæret. in 6. Viden dum erit, an sit conceptus, vel natus ante hæresim, quia adhuc tunc non excludetur ab aucta successione maioratus. ex tex. in cap. si habes. 24. quæst. 3. cap. non imputantur 1. quæst. 4. & in l. 2. C. de libert. & eorum lib. l. emancipatum. §. sed si quis. ff. de Senat. l. 6. tit. 27. par. 2. & l. fin. tit. 31. par. 7. & fuit sententia Calder. cons. 3. titul. de hæret. Anan. in cap. vergentis. num. 18. de hæret. Tiraquel. de primog. quæst. 31. num. 9. Siman. de cath. instit. cap. 29. num. 22. Molina de primogen. lib. 4. cap. 11. num. 54. vers. vt cūquæ. Mieres de maior. 2. par. illat. 2. ex num. 5. Quemada, de confiscat. quæst. 24. vbi dicit hanc sententiam esse iuri communi conformem, & ve riorem, attento iure Regio, affirms Gomes. 3. tom. varia. cap. 2. num. 16. in fin. vers. sed certe. Et ita iudicatum fuit in Supremo Senatu Castellæ, me ibi patrocinante, super

super Maioratu de Baylem.
Anno 1599.

S. 3.

De Prouisore Residuorum.

Prouisor Residuorum ideo sic dicitur, quia prouidet in ijs, quæ ex re defuncti super sunt deducto ære alieno, quasi residua dicantur, quæ reliqua sunt, & quorum ratio, & expunctio fit; vel Residuorum, ideo sic nominatur, quia agitur de ijs, quæ pertinent ad leg. Iuliam de residuis, ut in l.2. & in l.4. §. lege. ff. ad l. Iul. peculat., nam inexequen dis defunctorum elogis inquirit Prouisor, si hæres, aut testamentarius pecuniam testatoris in aliquem vsum destinatam retinuerit, aut erogauerit, ut in l.4. §. sed & qui. ff. ad l. Iul. pecul. & eorum rationes expungit, idque in loco originis testatoris, vel domicilij, Syluester verb. testamentum o.2. ver. 5. Decisio Capell. Tholosan. quæst. 112. Et similiter cognoscit de one

ribus pijs, quæ sunt in posita maioratibus, & capellis, vt in Ord. lib. I. tit. 50. & §. 1. Sed nō poterit cognoscere super dubijs incidentibus in maioratibus, nec si bona possint dari in emphiteosim, similis Ord. lib. I. titul. 62. §. 2. Val- lafc. cons. 27. quanvis si du- bitum incidat super legato, vel fideicommissio relicto, rectè illud decidere posse censuit Senatus in litè Gero nymæ da Breu, Scriba Anto nio Cotta, Anno 1610. Nam & ideo isti olim de iure com muni prætores fideicommissarij dicebantur, qui de fidei commissis lites subortas de cidebant. l. sicubi. ff. de cond. & demonstr. l. si libertus, in fin. ff. de bon. liber. l. 4. in fin. ff. quibus ad libert. proclam non licet, & procedunt sum mariè, ut in auth. hoc amplius. C. de fideicommissis, di xii lib. 3. cap. 22. num. 16. Nec quilibet priuilegiatus quanvis Clericus poterit huius Iudicis forum effugere, pro vr deciū est à Senatu in cau sa Francisci Correa ex op pido

rido de Torresvedras, Anno 1610. Scriba Iorgo Penaluo quæ decisio fundatur ex ijs, quæ statim dicam.

~~Historia non
est omni audiuntur nisi dub
tum est quo sicut audiuntur
alii. in dubio non~~

S. 4.

De Judice India, & Mina.

S.icut & olim apud Romanos erat præfectus prætoriorū Orientis, qui inter alia de nauicularijs rationibus, siue de transvectionibus cognoscebat, ut in l. vlt. C. de officio præfct. prætor. Orient. sic & similiter Index iste apud nos cognoscit etiā de rectura, siue transvectione, quam de stylo facit illico deponiere cum iuramento acto sis Ordin. lib. 1. tit. 51. § 3. Dummodo non sit ex nau regali, quia merces eius vetatur, antequam nauigatione incipiat, semper solui consuevit. Cæterum reus excusa bitur à deposito dando pignora, quæ tamen, si pars in ster, vendi statim solent, sine eo quod expectetur sententia, ut decreuit Senatus in li-

tè Emanuel Gomes Galego, Anno 1618. Scriba Martino Alfonso d'Auz. Non tamen cognoscet de assurcatione mercium, quæ veniunt ex India secundum Cabed. arrest. 79. 1. par. Nec poterit expedire literas citatorias, ut compareat aliquis in Curia ex Prouincia Brasiliensi, ut per Cabed. stylo vlt. 1. par. nisi reus asportasset merces ex hac ciuitate creditas, & promisisset earum pretia hic restituere, ut censuit Senatus in lite Baltesar Pereyra cum Baltesar Velho, Scriba Felicio Rodrigues. Et licet posset ipse solus decidere definitiè omnes causas criminales. S. vlt. eod. tit. tamen acta processus super morte commissa in India, tenetur remittere ad Præfides Curiæ, ut decissum fuisse testatur Cabed. Arrest. 22. 1. par. An autem 14 priuilegiatus veluti scholaris aut Senator super actione rerū Indiæ potuerit iuditium istud declinare decreuit Senatus quod non in lite Doctoris Fráncisci Caldera, Scri-
ba

ba Felicio Rodrigues, Anno 1605. & comprobari potest ex doctrina Angeli in l. i. C. vbi, & apud quem, vbi scribit quod si statutum dicat, quod solus Capitaneus cognoscat de adulterio, alijs censetur adempta iuri dictio, sequitur Felic. in cap. pastoralis. col. 2. vers. limita: 3. de officio ordinari. Menoch. libi 2. præsumpt. 18. numer. 13. quanvis quando duo priuilegia concurrunt, vnum rebus, & aliud personis concessum, illud dicitur magis spetiale, quod conceditur personæ secundum Bald. in l. vnica. §. vbi autem. C. de cad. tollend. & in l. i. quæs. 3. ff. de officio consul. Sed in hoc casu præualet iurisdictio Iudicis, qui est datus rebus, vnde in eis nec ex consensu partium alia iurisdictio prorogari potest, nec acta, & sententia valida erit prout iudicavit Senatus in causa Episcopi de Cabo verde cum Simone Rodriguez Mantua, Anno 1604. Scriba Emanuel Fernandes Lamego. In-

defit quod licet reus possit reconuenire auctorem coram eodemmet Iudice apud quæ ipse postulauit, & ipse Iudex ab auctore recusari minime posset, vt dixi lib. 3. cap. 8. tamen si auctor reconueniatur de rebus indicis coram alio iudice, non tenebitur respondere ad reconventionem, & illa ad istum remittenda erit, vt notabiliter probari potest ex decisione tex. in Ord. lib. 3. titul. 33. §. 5. in fin. & idem voluit Bart. in auth. & consequenter num. 6. & 19. C. de sentent. & interlocut. omn. Iud. Et similiter quanvis auctor quantumvis priuilegiatus sequi debeat forum eius, a quo nominatur ad sui defensione, prout dixi lib. 3. cap. 5. num. 8. tamen si lis sit super rebus indicis causa ad istum remittetur. Vnde nec etiam sententiam huius Iudicis potuisse in alio foto executioni mandari cœsuit Senatus in lite Antonij Laurentij cum Emanuele Martins, Scriba Felicio Rodrigues, Anno 1605. Cœubis

bis autem quod Iudex iste non erit competens super rebus alterius Indie Occidental, quæ est iuditione Regni Castellæ, prout decreuit Senatus in litigio Didaci da Barreyra contra Ludouicum de Palma, Scriba Emahuele Fernandez Lamego, Anno 1607.

§. 5. iudictione

De Auditore Basilice publicæ vulgo Ouvidor d'Alvarez fandega.

A Exemplum populi Romanii, vbi plures praetores creatos fuisse constat. l. 2. §. deinde cum placuisset. ff. de origin. iur. quorum alii erant urbani, qui causas ciuium decidebant. l. 1. ff. de rebus eorum, alii peregrini, qui de pegrinorum litibus cognoscebant, ut extat in l. si oleum. §. hæc. ff. de dolo, ita apud nos praetor iste designatus fuit ad causas peregrinorum mercatorum, & nauigantium, qui merces ad basilicam

publicam transuehebant, & ideo ille de plano, levato velo mercedem transvectionis deponere compellit, vt in Ordin. lib. 1. titul. 52. §. 121 quam tamen duobus modis limitari, & declarari vidi. Primo vt si reus intentet exceptionem declinatoriam fori, interim dum pendet questio incompetentiæ, non teneatur reus deponere, decisum fuit à Senatu, Anno 1607. in causa Hieronymi Freyre cum Antonio Martins, Scriba Petro Carualho. Secundo, vt si reus nominet bona, in quibus executio fiat, non erit carceri detrudendus, quantumuis in pecunia depositum non fiat, ex generalitate tex. in Ordin. lib. 4. tit. 76. & §. 1. quæ non reperitur limitata, & sic generaliter intelligi debet. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. praestand. nam vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. §. 1. ff. de public. in rem actione. Nec obstat praedict. Ordin. in §. 12. quia respond. quod illa non iubet procede-

re ad capturam , sed tantū ut
non audiatur reus sine depo-
sito , & cum sit correctoria ,
& contra ius , non debet ex-
tendi ad casum capturæ , in
quo non loquitur . l. si vero . §.
de viro . ff. solut. matrimon.
Ut autem extensio fieret in
illo causu , necessariò requi-
rebatur spetialis limitatio
prædict. Ordin. vt in simili
arguit . I. C. in l. patri . ff. sra
parent . quis fuer. manu mis.
Item licet Auditor possit co-
gnoscere de scriptura , in qua
quis foro suo renuntiauit se-
cundum Ordin. lib. I. tit. 52.
§. 6. quia tamen in tali renun-
tiatione pars nominatim se
submiserat foro Præsidis Cu-
riæ , & via ordinaria ex scrip-
tura agebatur , declinatoriam
admitti ab Auditorie iussit
Senatus in causa Mariæ de
Rcsende contra Ludou. Bu-

Ihaō. Scriba Andre
Ribeiro, Anno

1617.

§. 6.

*De Præsidibus urbis, &
Prouinciarum.*

Sunt etiam in hac Ciui- 17
tate duo Præsides urbis ,
qui cognoscunt de causis ci-
uilibus , quorum iuditium est
diuersum ab alijs Iudicibus
ordinarijs in multis secundū
Cabed. arest. 27. I. par. &c quā
uis sint duo , vnum tamen ,
& idem tribunal censemur , &
quod vnum iubet , alter non
vetat , nam & vnum aliquan-
do cognoscit , & alter decidit
ex l. I. ff. de consulibus . E alij
quatuor separatim cognoscunt
de criminalibus vt in l. sole-
mus . §. latrunculatot. ff. de Iu 18
dit. Quanvis si in criminali
questio incidat ciuilis , pote-
runt de ea cognoscere , prout
tenuerunt DD. in l. 3. C. de
Iudit. Bartol. in l. interdum .
§. qui furē. ff. de furtis , & est
communis secundum Hypol.
consil. 115. num. 19. sicut , &
similiter Iudex causarum ci-
uilium secundum communē
potest cognoscere de crimi-

B

nali

nali incidenter per tex. in l. 3. C. de condic. obturp. causam, & l. nullum. C. de testibus. Præsides autem Prouinciarum in Prouincijs ius di-
19 cunt sicut olim proconsules, qui in prouintias mitteban-
tur. l. 1. ff. de officio procon-
sul. idem in prouincia geren-
tes, quod & consules in vrbe
l. de omnibus, & sequenti. ff.
de officio præsid. & ad illos
poterat appellari. l. 2. qui, &
a qq. in Regno Castellæ vo-
cantur Adelantados, cog-
noscunt enim etiam per ap-
pellationē. l. 15. titul. 4. lib. 3.
Recop.

§. 7.

*De Iudicibus à Consistorio
Ciuitatis creatis.*

30 **L** Icet iure communi con-
trouersum esset, an isti
ordinariam habeant iurisdi-
ctionē? verius est quod sic se-
cundum Paul. in rubric. ff. de
officio Assess. Curt. Jun. in
rubr. ff. de officio eius, quic-
quid ibi velit Alex. numer. 3.
& 4. idem tenet Auendan. de

exeq. mand. 1. par. cap. 3. nu-
mer. 2. Vnde quanvis quili-
bet eorum Index suam sen-
tentiam exequi possit in ijs,
quæ subsunt suæ iurisdictioni
absquè villa appellatione, su-
perior tamen poterit cognos-
cere, si pars dicat sententiam
nullam, nam licet quis pro-
hibeat appellare, admitti-
tur tamen supplicatio de nul-
litate causæ, lass. in l. 1. num.
6. ff. de iust. & iur. Bant. de
nullit. tit. quis possit dicere.
num. 33. ubi resoluti commu-
nē. Item stylus est apud istos
ut impedimenta aduersus eo
rum sententiam diffinitiū am-
mittantur in ijsdem actis,
sine eo, quod in Chancella-
ria pars teneatur illa ponere.

§. 8.

*De Iudicibus pupillorum, &
proprietatū.*

DE duobus hīc quæri-
potest? Primò, an iuri-
sdictio quæ his Iudicibus
concessa est respectu certarū
personarum, vel rerum, vi-
deatur

deatur adempta ordinatijs? quām quæstionem disputat glos. verb. *dene fazer Inſtitutio*. in l. 24. tit. 9. par. 2. Corn. consil. 76. num. 11. lib. 1. Afflict. decis. 41. Felin. in cap. pastoralis. num. 8. de officio ordin. Menoch. lib. 2. præsumpt. 18. num. 17. dixi sup. num. 14. Secundò, an illa iurisdictio, quæ limitata est, pos sit ex partium conſensu prorogari, de qua Cabed. decis. 22. num. 5. lib. 1. Vallasc. con fil. 27. num. 5. in fin. Sed & Iudices pupillorum olim tutellares dicebantur. l. 1. & l. Tutores. ff. de confirm. tut. & possunt trahere ad suum forum pupillorum debitores etiam si in Regno Castellæ morentur ex Ordin. lib. 1. tit. 87. §. 45. decisum fuit in lite Joannis Godines contra Didacum Pereyra, Scriba Balteſar Fernandes Anno 1607. Nā lex ſemper aliás uberius & plenius subuenit pupillis, quam alijs, vt conſtat ex tit. C. quando Imperator. inter, & id ipsum conſtat ex legibus diuinis, & naturæ, qui-

bus hi ſunt comendatissimi, quas refert Tiraq. de iure cōſtit. 3. par. lim. 30. num. 30. Iudices autem propietatum cognoscunt de ſervitutibus, & ædificijs, etiam ſi illa ſint Ecclesiasticæ, ut per Cabed. decis. 152. num. 3. 1. par. non tam de illarum violentijs ſecundum Cabed. areſt. 5. 1. p. quod eft notandum pro Ord. lib. 1. tit. 68. §. 22.

§. 9.

Index qualis eſſe debeat.

IN primis Iudex debet eſſe ²³ incola huius Regni Portugalie; idquæ ex viu, & conſuetudine receptum eſſe conſtat, ideoq; ſentētiam, in qua D. Belchior de Teues incola Castellæ votum præſtierat, nullam poſtea declarauit Senatus in processu Antonij Carualho Tinoco Scriba Petro de Morim, Anno 1617. Evidem reſtè, quia magnum priuuditū noſtratum cauſæ fit, ſi illa per exterrum iudicetur, cap. fundamē

ta. §. dignè de elect. in 6. ibi.
 que incolis nota dispensia in-
 tulerunt. cap. peregrina. cap.
 leges. cap. vnaquæq; 23. quæ-
 stio. 6. nec item ullum maius
 malum in repub. esse potest,
 quam si illa per exterios admi-
 nistretur, ut notat D. Thom.
 1. 2. quæst. 105. artic. 1. ad 2.
 Anchitran. consil. 339. num.
 9. & probatur in l. in Eccle-
 sijs. C. de Episcop. & cler. I.
 vnic. C. non licer. habit. me-
 trocom. lib. 11. cap. nullus.
 cap. obitum 61. dist. cap. bo-
 nz. vers. intelleximus, de
 postulat. præl. ibi, nec velle-
 mus ei preficere alienum, per
 quæ, & alia ita resoluit glos.
 in cap. cum inter verb. alias
 de elect. & plures refert Co-
 uar. practic. cap. 35. num. 5.
 Gregor. in l. 1. titul. 11. verb.
 de los suyos, & in l. 1. tit. 18.
 par. 2. verb. de fuera. Dueñas
 reg. 202. Burg. in l. 3. taur. 1. p.
 num. 374. & in hoc Regno
 24 ita prouisum est in lib. 1. tit.
 1. ibi non natural. & in Re-
 gno Castellæ. 1. 2. tit. 3. lib. 7.
 recopill. & in Regno Fra-
 ciæ in constitutione, quam re-

fert Rebuf. 2. tom. constit.
 tit. de liter. natur. glos. 2. Nisi
 natus in alio Regno sit filius
 ex nostro incola, & origi-
 nario, qui regis muneri ibi
 fuisset astrictus, ut decisum
 extat in causa Comitis de Sa-
 linas Anno 1614. ex Ordin.
 lib. 2. titul. 55. §. 2. Imo quan-
 uis ille non ob causam regis,
 sed ob homicidium, quod hic
 comiserat, si in aliud se con-
 tulisset, quod eius filius ibi
 ortus, ut noster naturalis, no
 excludatur, sed admittatur ad
 officium declaravit Senatus
 in causa Martini de Sousa
 Sampayo, Scriba Duardo
 Correa, quod est notabile ad
 præd. Ordin. §. 3.

Deinde ex consuetudine 25
 Regni. lib. 1. tit. 93. §. 1. equi-
 ritur, quod Iudex sic vxora-
 tus, forte ut sic euitetur cau-
 tella Bart. in l. si filius famil.
 §. Iudex. num. 13. ff. de Iudit.
 vel quod magis credibile est,
 ne ipse sanè Imperij potesta-
 te efficeratur, & mæchus fiat.
 Quāvis propter fœminarum
 auaritiam, quod non foret
 vxoratus, melius putauit Vl-
 pian.

pian. in l. 4. §. proficisci. si de officio proconsul, nē videlicet uxores ipsae sua immōdica rapacitate, & avaritia provinciales dispolient, cuius tamē rei originem si quis scire desideret, legat Cornel. Tacitum lib. 3. Sed p̄dicit. Ordin. (qualis sit) intelligenda est in proprietario, secus vero in substituto, prout censuit Senatus no officio da Almotaceria de Euora, Scriba Emanuele Coelho, notauit Cabed. a rest. 96. 2. par.

26 Item Iudex debet esse māsuetus & boni sermonis erga venientes coram eo litigare, nam per nimiam Iudicis fruictiam priuatur Iudex iurisdictione, ut in l. 2. ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur. Debetq; esse diligens in expediendis negotijs, nam officialis propter in curiam, & negligentiam officij punitur l. 2. C. de condit. in horreo pub. lib. 10. multaturq; in ammissione salaryj. l. iudices. C. de annon. & tribur. lib. 10.

27 Præterea ex p̄dicit. Or-

din. Iudex debet adimplere etatem 25. annorum; quia antē hoc tempus nondum sit huic etati plenum rationis iudicium, atq; consilium, ut dicit Arist. Politicor. I. cap. vlt. & l. 1. ff. de minor. assertit fragile esse, & infirmum huiusmodi etatis consilium, unde nec in hoc casu sufficit veniam etatis impestrasse, nisi in rescripto venie eius rei mentio fiat, ut notat. in l. 2. C. de restit. min. Rationem ponit Consult. in had rem publicam. si de mun. & hon. l. non tantum §. l. ff. de decurion. Cald. in R si curatorem. verf. hunc contractum à nūm. 41. Quid si minor habens iurisdictionem possit nominare auditorem, qui suo nomine iusticiā exerceat? videtur quod non, quia illa exercere non potest, & auditor habet iurisdictionem ab eo. Ordinatio. lib. 2. tit. 45. Cæterum contrarium quod possit, videtur verius, quia illa ap̄äsentatio auditorum consistit in facto, cuius est capax minor ex ijs,

quæ Gama tradit. decis. 14.
Cald. sup. verb. lœsis. nu. 78.
& denom. quæstio. 4. num. 7.
fol. 32.

APPENDIX I.

De Scriba Iudicario.

Q Vanuis in instrumen-
tis à te conficiendis
tabellio publicus teneatur
ponere duos, aut tres testes
ut in auth. de tabellion. §. il-
lud quoq; collat. 4. In actis
judicialibus non esse necessa-
rios probat l. in donationib.
C. de donat. & firmat glo. in
cap. quoniam contra. verb.
viro in fin. de probat. sequi-
tur Bald. in rubr. **C.** de fid.
instrum. communem dicit
Dec. in dict. cap. quoniam
contra. nu. 19. Quod tamen
fallit in actu præjudiciali,
quia tunc ille actus per sub-
scriptionem partis, aut (eo
nesciente scribere) duobus
testibus firmari debet: dixi,
lib. 5. cap. 1. nu. 75. vers. qui-
bus addes.

sup

g. 1.

APPENDIX II.

De eo qui acta processus
distribuit.

IN Regno Castellæ non est 33
in usu hoc officium, & in
majoribus tribunalibus, &c
supremis consilijs hoc mune-
re fungitur eorum præses,
vel præfectorus prætorio quo-
ad distribuendos processus
inter Senatores, atq; ita sané
fieri debuerat in hoc Regno,
pendet enim totum bonum
publicum iustitiae à distribu-
tione, nec enim cogitarunt
Reges Castellæ alicui esse
confidendum negotium tan-
ti ponderis, & momenti, nisi
personæ tali, qualis est pæse
etus prætorio, qui eligit, &
nominat Iudices, quibus ne-
gotia expedienda comittit.
Nam solet ille in ijs distribu- 34
tionibus considerare aliquan-
do qualitatem causæ (si illa
est ardua, & difficilis, & du-
bia,) & tunc doctissimo eam
compositum argum. l. 2. ibi pro-
causæ qualitat. ff. de re iud. &
solet inspicere conditionem

per-

33
34 personarum, subtilibus enim & doctis subtile causæ sunt committendæ ut per DD. in cap. statutum de rescript. in 6. Rebus. 3. tom. tracta. de Inquisitoribus. glos. vnic. num. 18. Deniq; hoc modo (quod magis necessarium est) evitatur magna occasio corruptelæ, & amicitia. Vnde postea quam hæc scripsimus, & illa inter alia Maiestati Regiæ ad uertimus Anno 1613 optimo cōsilio decretum fuit coram Cancellario distributio nē fieri, vii moris est in auditorio Rotæ, secundum decis. Rotæ 362. Matienio in dialo. relator. cap. 5. num. 3. Cæterū quo ad distribuēdos processus inter Scribas ex multis causis horū officium ubique conuenit, inter quos aqua fie 35 ri debet distributio ut in l. in sacris ubi Lucas de Penna C. de proxim. Sacr. Scrinio. lib. 12. Et quia non nulli calidè subterfugiunt distributionem ad faciendam litem in contumacia, cautè faciet reus, si petat moneri actorem ut declarat coram quo

notario actio sit proposita, alias sibi præuditum non fiat. Quod si mutato Scriba propter suspicionem, iterum fiat distributio in alio Scriba alterius virgæ, non ideo mutatur Iudex primus ut censuit Senatus in litè Iorgie de Aldana cum Simone Roderico, Scriba Emanuele Gu tierres Anno 1610. quod ad præsum notandum est.

APPENDIX III.

De Testium examinatore.

Receptio testium, & eo 36 rum examen non committitur in hoc Regno solùm tabellioni, sed alio viro probatae fidei præsente, qui inquirit, & testes examinat, persona publica, & ad hoc depurata, idq; apud Lusitanos dum taxat in usu est prout tradit Couartu. lib. 2. var. resolut. cap. 13. num. 10. & merito, nam de iure testes ab ipso iudice examinandi erant ut dicit glos. 1. in auth. sed Index. & ibi Salicet. C. de Episcop.

cler. Bald. in l. si quis testium.
 num. 1. C. de testibus, Bar-
 tol. in l. admonēdi num. 42.
 37 ff. de iur. iurand. Ut igitur
 ille rectius suum officium ge-
 rat, in primis recipere debet
 à teste iuramentum antequā
 ille deponat, nec enim suffi-
 ciet si postea iuret. Boer. de-
 cis. 259. Couar. sup. num. 2.
 nisi incontinenti absq; vlo
 interuallo iuramentum præ-
 38 stet Tiraquel. de retract. §. 1.
 glos. §. D. inde de generali
 consuetudine de ætate inter-
 rogare debet, vt Iudici con-
 stet an testis quanuis maior
 deponat de ijs, quæ vidit in
 pupillari ætate, qui ita ido-
 39 neus non erit Masc. conclus.
 1253. num. 11. Item tenetur
 inquirere à teste de ratione
 sui dicti, nec enim debet esse
 contentus, quod testis depo-
 nat per verbū *scire*, sed quod
 reddat rationē tuæ scientiæ
 vt in Ordin. lib. 1. tit. 85. §. 5.
 quia istud *scire* est ambiguū,
 quod potest intelligi *scire*,
 quod vehementer opinatur
 iux. glos. in l. Pantonius. §.
 2 ei perduellionis. ff. de acq.

hæred. nec testis ita deponēs
 probat secundum Bald. in c.
 fin. de iurament. calumniæ,
 quanuis ab eo pluribus fun-
 damentis discesserit Alex. in
 l. 1. ff. si cert. per., cui opinio-
 ni alias rationes assignando
 adhæret Socin. reg. 497. vers.
quinto fallit. Vnde cautè fa-
 cies si in ijs, quibus testis sine
 causæ ratione non probat,
 (quæ cumulat Masc. concl.
 1375) impetres diploma re-
 gium, vt concedatur testem
 iterum interrogari, & repeti
 de ratione etiam post publi-
 cationem, quod fieri potest
 ex cap. per tuas de testibus,
 idq; expensis examinatoris,
 qui omittit à teste rationē exi-
 gere, quia omittendo interro-
 gare, quæ sunt sui officij, præ-
 sumitur causa malitiæ fecisse
 Rebuf. 3. tom. ad ll. Gallicas.
 tit. de Inquisitoribus, glo. vni-
 ca, art. 17. Item debet secretè 41
 & sigillatim examineare, ita
 quod unus non sciat, quod al-
 ter dicit, nec ipsa pars intel-
 ligat, vt in cap. venerabilis
 de testibus. glos. in cap. 2. ver-
 bo *audire*, extra eodem. Ro-
 jas.

jas. singul. 188. & de generali consuetudine ita seruari testatur glos. & Bartol. in l. si quando. C. de testibus, Mar-
42 eus. decis. 100. Item debet quærere de consanguinitate, & affinitate ut per Mascard. concl. 412. & 408. quod dicitur esse degenerali cōsuetudine, quia affines & consanguinei ad testificandum non sunt admittendi, & tāquam à iure reprobati, prorsus à testimonio repelluntur. cap. similiter

43 3. q. 5. cap. absens o 2. 3. quæstio. 9. specul. tit. de testibus. §. 1. num. 10. & 14. Sed qui negavit se esse consanguineū aut affinem, & in hoc falso dixit, non tamē per hoc eius dictum annullatur secundum Hypol. singul. 76. nec punitur poena ordinaria falsi, vt per Auend. in cap. prætorum 27. num. 19. 2. par. Castillo in l. 83. taur. ex num. 10. quan uis alias testis in parte verus, & in parte falso, in totum reputari dobeat falso secundum Bart. & communem in l. si ex falsis. C. de transact. Oldrad. consil. 37. numer. 1.

Item debet examinare inter 44 mino, aliás testis examinatus extra terminum non probat ut per DD. in cap. licet causam de probat. vbi Imol. numer. 28. Boss. de oppositione contra testes. num. 33. Conrad. titul. de testibus, rubrica de recept. post terminum. numer. 47. Nec in hoc Regno seruatur illa praxis, ut iuratus in termino possit examinari post terminum, de qua Bartol. in l. si quando. num. 3. vbi Salicet. nu. 8. C. de testib.

C A P. III.

De Actore.

Q uoniam in voluntate actoris cōsistit litem modere iuxta titul. C. vt nemō inuitus agere, ideo ante eius principium illa omnia ab eo attendenda sunt, quæ habentur in Ordinatio. lib. 3. titul. 20. §. 2. vt sic laboribus partium, & expensis parcat, & suæ conscientiæ consulatur. Et prius considerabit coram quo Iudice reum conuenire debeat, nam actor sequi-

sequitur forum rei, & corám suo iudice reus conueniens est cap. cum sit generale de foro cōpet., Qui forus dicatur, vel ratione originis aut domicilij, ut in l. iuris ordinem. C. de iurisdict. omn. Iudi. Socin. regu. 15. vel ratione delicti, ut per glos. in l. hæres absens. §. perinde. verb. debet. ff. de iuditicijs, vel ratione contractus, ut quia promisit soluere in certo loco Ordin. lib. 3. titul. 6. §. 2. explicat Bartol. in l. quod si ephæsi. num. 2. ff. de eo quod cert. loco, vbi iass. in fin. Couattru. practic. cap. 10. num. 3. non obstante quocunq; priuilegio ut in c. 3. fin. de priuileg. in 6. Cabed. arest. 88. 2. par. vel ratione rei sitæ, quæ petitur l. 1. C. vbi de possessione agi oport. Ordinat. lib. 3. titul. 11. §. 5. per quam declarari debet l. vlt. C. vbi in rem actio, & consonat dic. l. hæres absens cum suis §. §. & cap. fin. de foro compete. quanvis transacto Ann. oactor sequi debet forum rei O. dina. vbi sup. §. 6. ybi positum fuit verbum rei

vendicacão, quod non erat in antiqua Ordinat. & sic perperam existimant non nulli prædict. Ordin. loqui in casu violentiæ, & contra eos expeditur prædict. Ordinat. in 2. par. & Ordina. lib. 3. tit. 45. §. pen. in fin.

Cæterum prædict. regula genetralis quæ habet, quod actor sequi debeat forum rei, fallit ex Ordina. lib. 3. titul. 5. quæ dum loquitur de priuilegiatis, intelligenda est, dum ipsi etiam sint in Curia, ut per Cabed. Arest. 80. 2. par. & non sint suspensi ab officio, ratione cuius priuilegiū habent, prout seruat stylus perte. in l. semper. §. negotiatores ibi quandiu. & in §. vlt. & ibi Bartol. 2. notab. ff. de iur. immun. & in l. athletæ iun. glos. verb. gentium ff. de excus. tut. Et inter ipsos priuilegiatos enumeratur ibi vii dua, quæ trahit ad Curiam aduersarium, quod communis omnium ferè gentiū praxis obseruat tam in Regno Castellæ. l. 5. titul. 3. par. 3. quam in Gallia Rebus. 1. to ad

ad II. Regias. titul. de senten-
prouision. glos. vlt. col. 4. &
de iure communi. l. vnica. C.
quando Imperator. Couar.
pract. cap. 5. 6. & 7. In tatum
vt quanuis actio esset iam in
cæpta viuo marito, hoc etiā
procedat Ordina. lib. 3. tit. 5.
§. 3. quod mirum est ex alia
Ordina. lib. 2. titul. 1. § 8. vbi
clericus qui priuilegiatus est,
non potest vt hæres defun-
cti eius iurisdictione lite ab
eo iam incæpta aliquo modo
effugere, quæ Ordina. in pra-
xi planè procedit, quicquid
Canonistæ, quos refert Co-
uar. pract. cap. 8. nu. 3. col. 4.
vers. verum, Barbosa in l. hæ-
res absens. nu. 129. ff de Iud.
Quod viduæ priuilegium ita
latissimè interpretatur, vt
quanuis maritus renuntiasset
suo foro perscripturā, id etiā
(quod diximus) sine dubio ad
mittatur prout habes in lib.
3. cap. 22. num. 45., & etiam
si ipsa vidua tacitè proroga-
set iurisdictionē, nam quo-
cumq; tempore licet post cō-
testationē potuisse forum de-
clinare tenuit Alex. in l. si per

errorem, & in l. si conuenerit
ff. de iurisdict. omn. Iud. Af-
flict. lib. 1. rubric. 37. num. 24.
in constit. Neapol. quicquid
aliud velit Couar. pract. cap.
7. in fin. vers. nono, & hoc po-
suit pro cautela Bald. ad in-
fringendum processum in d.
l. si per errorem, quem sequi-
tur Paul. ibi. Non tamen pu-
to ita fore si ipsa semel con-
sensisset in ordinarium, vt
censuit Senatus in causa Ma-
riæ Antoniæ cum Catharina
Monteira Anno 1604. Scri-
ba Antonio Guerra, idq; ar-
gum. tex. in l. si quis ius iuran-
dum. C. de reb. credit, quo
inxus Bald. in auth. habita.
col. 7. vers. primò dubitatur,
in fin. C. ne filius pro Patre
scribit, quod in casibus, in qui-
bus permittitur variatio, in-
telligitur tantum de prima,
ita scilicet, vt non liceat ite-
rum variare sequitur Iass. in
l. edita. col. 4. vers. & attende
diligenter. C. de edend. & in
l. prætor. §. aliquando. col. 3.
vers. tertio not. ff. nou. oper-
nunt. Sed quanuis hoc priui-
legium viduæ competat alijs
litis

litis consortibus qui commu
ne ius cum viduis & pupil
lis habere contendunt, si il
lud maximè est individuum,
& connexum, ut per Bart. in
l. i. C. si in communi eadēq;
causa. Dolan. de in integ. re
stit. cap. 185. cum sequenti
bus, tamen illud non con cō
petit ijs, quibus actio fuit
cess̄, etiam si cedens sit con
sanguineus ut per Guido. de
cīs. 273. speculat. tit. deceſſo.
§. 1. num. 9. Nam quicquid
non est transmissibile ad h̄z
redes, nec id quoq; cessibile
est l. ex pluribus 43. & ibi

B Bart. ff. admin. tut. Tiraquel.
de retract. linag. §. 26. glos. 1.
num. 46. Item si quis velit
agere pro successione Mai
oratus, ibi agi debet vbi maior
pars bonorum sita fuerit. l. si
fideicommissum vbi omnes.
ff. de iudit. l. i. C. vbi de h̄z
red. agi oport. Tiraq. de re
tract. linag. §. 36. glos. 3. nu. 6.
Nisi caput ipsius Majoratus
sit in alio districtu, tunc nāq;
quanius maior bonorum ma
ioratus pars sit in alio, lis ad
eum districtum, in quo caput

ipsius maioratus est, remitte
da erit Molina vbi afferit ita
iudicatum fuisse super comi
tatu de Buendia lib. 3. de pri
mog. cap. 13. nu. 74. pro quo
benē inducitur. l. cum in di
uersis locis. ff. de Religios. &
sumpt. funer. Item actor non
potest litigare sine consensu
vxorū sup. rebus imobilibus
ex consuetudine Regni, de
qua Vallasc. de iure emphyt.
quæst. 5. num. 6. & quæst. 29.
num. 6. dicuntur autem ibi
immobilia bona, panes ciuit
les (vulgo tenças) quanuis nō
attenta ista Ordinat. in lib. 3.
tit. 47. acceperim contrariū
fuisse iudicatum in casu do
mini Christophori de Noro
nha cum Fernando Roderiq;
Castello branco, Scriba Fer
nando Maciel Ann. 1588. ex
Bartol. in l. sciendum. nu. 10.
ff. qui satis d. cog. quæ senten
cia fuit reuocata in revisione,
nam annui redditus compu
tantur inter immobilla ut ex
Vallasco & alijs resoluti in ru
bric. num. 34. de annon. ciui
libus, vbi etiam remanet in
dubitatum si lis sit sup. iuri
bus

bus Regalibus perpetuo debitis, vxoris citationem esse necessariam Cabed. decif. 35
 1. par. num. 2. vbi conciliat duas Ordinationes in vicem contrarias, & similiter in libtibus sup. possessorijs, & violentijs ut per eundem Cabe. decif. 182. vbi etiam conciliat & intelligit aliam Ordin. quæ p̄dicit. sententia aduersari videbatur. Sed dubium est an iste consensus vxoris sufficiat tacitus ut pote si sciat per maritum item agitari? & quo i sic tenuit Palat. in rubr. §. 68. num. 21. de donat. inter, cuius tamen cōtrarium verius est cum hīc consensus pro forma requiratur, & lex vltierius procedat annullando actum, ut per DD. in l. 1. ff. de lib. & post. & quia est solemnitas præter ius commune, Ancharran. consil. 6. & 35. Dec. consil. 262 & 612. num. 3. vnde expressus esse debet Iass. in l. 2. §. voluntate. num. 6. ff. solut. matrimonio Rom. singul. 712. Soares titul. de las deudas. fol. 58. Dec. consil. 38. col. 3.

Saluari tamē potest dictū Pa 12 latij interminis l. filio fa. C. d̄ iure delib. vt per eūdem sup. num. 23. ac per Hypolit. singul. 447. Iass. in l. is qui hæres. §. vltim. num. 12. cum sequentibus. ff. acq. hæred. vel si vxor aliquem actum fecerit, iuxta tradita per Palat. vbi sup. n. 26. facit tex. in c. dilecti de appellat. Limita tamē men si matrimoniū sit separatum quo ad torum, nam non requiritur mulieris consensus, nec mandatum lite mota sup. immobilibus, & ita iudicatū refert Gama decif. 357. & decif. 182. Cæterum consensus si interueniat quocūq; tempore conualidabit omnia quæ gesta fuere Ordina. lib. 3. titul. 63. Nam quanuis quādo consensus pro solemnitate, vel forma requiritur debeat in ipso actu adhiberi. c. auditis iun. cap. quia propter de electione. Cyn. & Bald. in l. fin. C. ad Macedon. Paul. & Alex. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. acq. hære. cum alijs adductis per Tiraq. in ll. conub. glos. 6. num. 3. & 42. tamē

15 tamen quando priuatim tan-
git commodum consentire
debentis, potest post actum
interponi, ut voluit Barto. in
l. i. §. sed si filius. ff. deleg. 3.
Tiraq. vbi sup. num. 5. ita ut
non solum à tempore rati ha-
bitionis, sed à tempore quo fa-
ctus fuit, valeat, Bartol. in l. si
fundus. §. 2. ff. de pignor.

16 Item auctor hæres alicuius li-
cet censeatur nouus litigator
l. oratione in fin. & ibi Bald.
ff. de ferijs, tenetur tamē per-
sequi eandem instantiam à
defuncto cæptam, nec potest
de novo item inchoare l. si
petitor. 31. ff. de iud. l. filius
21. vers. multò. ff. de in offi-
cio. testam. & id etiam pro-
cedit in successore illius rei,
de qua agebatur. l. in iuditio
48. ff. fam. ercis. Bartol.
in l. i. num. 4. ff. ad trebell.
vbi Iass. dicit receptū. nu. 10.
Molina de Hisp. primog. lib.
4. cap. 8. nu. 6. Et idem est in
emptore actionis, in quem ce-
setur instantia, & actio tran-
lata competens venditori,
absq; alia cessione. l. 2. C. de
act. & oblig. l. empor. & l.

penult. C. de hæred. vel act.
vend. l. si cum emptore. ff. de
paet. vnde etiam in ijs bonis
defuncti, quæ ad vnum tantū
hæredé sunt transmissibilia,
in eum solum transit instan-
tia, quia hæres est eius, quod
interest in iuditium deduci.
l. si operarum. ff. de oper. li-
ber. & impluribus sententijs
Senatus obtinuit cum Rege
in causa Christophori de
Sousa de bonis Coronæ arg.
l. i. § denuntiari. ff. de vent.
inspic. tradit Cabed. decis.
197. numer. 10. Limita in **17**
fisco successore in quo spe-
tiale est, ut in eum non tran-
seat instantia. l. si constante.
§ fin. vbi Bartol. num. 4.
ff. solut. matr. ea ratione, quia
fiscus habet certos Iudices,
& spetales, coram quibus
causa fisci debeant tractari.
l. i. C. de iurisd. omn. Iud. l. 2.
& 3. C. si aduersus fisicum, &
in tit. C. vbi causæ fiscales, &
ita coram suis iudicibus cau-
sa denuo agitanda est, quam
sententiam dicit communi-
ter receptā Dec. in cap. quia
g. numer. 10. de Iud. & eam
probat

probat Couar. pract. quæst. cap. 8. nu. 3. ad fin. Pereglin. de iuribus fisc. lib. 7. titul. 1. num. 11. contrariū tamen tenerunt complures, quos refert Barbosa in dict. l. si constante. §. fin. num. 18. sed reiectis aliorum conciliationibus, & alia nimis periculosa, quam ponit idem Barbosa ubi sup. num. 20. vera concordia est, quam praxis hodie admittit ut instantia translatat in fiscum aetiue & passiuè, sed processus in eodem statu, & in iisdem terminis ad iudicem fisci remittatur ut in Ordinatio. lib. 1. titul. 10. §. 8. & ita practicari vidi in litè Vasquianes Carrasco Scriba Italiano de Goes. 18 limita etiam in actione, quæ ex peculiari priuilegio actori competit, nam eo mortuo instantia & iuditium perimitur, nec transit in successorem ut in l. si constate. §. fin. Nā supposito quod sola vxor potest agere pro dote cōstante matrimonio contra maritum vergētem ad inopiam ut in dict. l. si constante in prin.

dicit ille tex. in §. fin. actione & iuditium incæptum uxore deportata, vel eius dote publicata finiri, quia talis actio sic priuilegiata ad successorē non transit l. quia tale. ff. eodē & sic hic est illius tex. verus intellectus, quem doctissimus Barbosa ibi non accepit, nec ullus aliud quem ego viderim.

Et similiter lis incæpta aduersus de fructum reū trāsit ad hæredem. l. seruus 14. ff. de ijs qui not. infam. l. si eū hominē. 34. ff. de fide iussor. ita ut etiam si vñus ex hæreditibus sit Clericus non possit iuditium cæptum cum defuncto effugere Sur. consi. 222. l. tom. & dixi sup. n. 6. Item & quanvis vñus ex illis hæreditati renuntiasset contentus certa quadam portione, ut quia vult ingredi religionem, adhuc pro rata portionis, quæ ei remansit conueniri debet. glos. singul. in l. controuersia, verbo conuenisse, & iterum in glos. vlt. vers. si verò ad med. ff. de trās act. proconstanti habuit Se-

natus

natus in lite Emanuelis Varela cum Monialibus de Odiuelas Scriba Fráncisco d' Azeuedo, & ad id est etiā notab.
 l. filius fam. §. si seruus. ff. de petit. hæred. Sed si aliquis ex illis sit absens veluti apud Indos supersedendum erit in causa cum alijs vsq; quò ille citetur Vallasc. consi. 38. verific. cæterū, r. par. & personaliter, & non per edictum sm. Cabed. decis. 197. numer. 9. quia omnes citaridebent, nisi actor per terminum à se subscriptum consentiat in iudicio se nolle habita sententia præjudicare absenti, sed tamen præsenti vti iudicatum fuisse afferit Vallasc. vbi sup. 20. Et idem, quod de hærede diximus, habet etiam locum in successore eius rei, sup. qua agitur, quanuis hæres non sit l. tam ex contractibus 57. ff. de iud. vbi instantia cæpta contra filium transit in patrē qui tamen non est hæres illius l. qui contra. 12. & ibi Paul. ff. de fideiuss. sed tantū successor bonorum. l. 2. ff. de castrrens. pecul. quāuis in hoc

requiratur litē esse contestatā secundū Bar. bōl. in l. hæres absens. numer. 20. ff. de iud. Vnde si vnuſ exhæredibus rē possideat super qua agebatur cū defuncto, ille solus citari & conueniri debet. l. 2. §. fin. ff. de prætorijs stipul. facit tex. in l. 3. §. hæres .ff. commodati cætera vide in lib. 3. c. 21. n. 9. Item actor executores testamenterios conuenire potest pro obligatione defuncti, si ipsi ab eo nominati sunt nullo hæredē instituto, quia loco hæredum sunt secundum præxim quā inuitus agnouit Vallasc. lib. 1. consult. 68. numer. 3. vbi dicit ita fuisse iudicatum, quanuis illa non iure probari, sed tantum in causa pia, quando scilicet anima est hæres instituta, vel pauperes Christi, verius fit ex Bart. in l. centurio. num. 21. ff. de vulgar. quem testatur communē Alexan. ibi, num. 78. & idem consil. 12. num. 9. lib. 3. Soci. consil. 116. num. 4. & 9. lib. 2. Ruynus consil. 103. num. 5. & 22. probat. tex. quo Bar. mouetur in cap. cum tibi de testamento.

ment. Nā licet ille tex. varios habeat intellectus, tamē cōmuniter recipitur intellectus Innocent. ibidem scilicet quod si nullo hærede instituto deputentur executores, ipsi cēsentur hæredes instituti cum onere distribuendi bona in pias causas, idq; fauore piæ causæ, de quo videndus est, Tiraq. de priuileg. piæ caus. priuileg. 15.

²³ Ultimo adde quod si actor se absentauerit, potest reus ab solui ab instantia. glo. in l. properandum. §. & si quidē. C. de iudit. l. 9. titul. 22. par. 3. Ordin. lib. 3. tit. 14. quo casu sententia non erit diffinitiua, sed interlocutoria iux. glo. recept. in l. harum verb. absol uetur. ff. si seruit. vend. & est communis secundū Iass. in l. admonendi, nu. 80. ff. de iur. iurand. Felin. in cap. examinata col. fin. de iudit. pro quo est tex. in l. & post edictum, in fin. ff. de iudit. quanuis cōtrarium scilicet, quod reus absoluatur definitiū praxi communiter esse receptum afferit Couar. lib. 1. var. cap.

1. num. 8. ad fin. Dicendum ²⁴ tamen est quod si reus velit in absentia actoris procedere ad litigationem negotij prin cipalis, prout potest iuxta Or din. lib. 3. tit. 14. §. 1. senten tia erit definitiua authent. qui semel C. quomodo, & quando Iudex, alias erit inter locutoria ab obseruatione iu ditij ut in dict. l. & post edi ctum. In quo notabis in pra xi, quod quanvis perempta instantia per absolutionem ab obseruatione iuditij pereat acta litis & iuditij ordinato ria ut est citatio & litis con testatio, non tamen acta de cisoria ut sunt confessiones, & depositiones testium pu blicatæ, quæ faciunt fidem in alia instantia ut habetur in l. fin. C. de testibus, Barto. in l. 2. ff. iudica. solui. Rip. in l. is apud quem. C. de edendo vide infr. lib. 3. cap. 3. nu. ²⁵ Item & effectus producti ex actis ordinatorijs iuditij, qualis est interruptio præscrip tionis, & vitium litigiosi, & alij durant etiam perempta instantia, ut in terminis p. ²⁶

C dict.

dict. Ordin. tenet glos. & alij
communiter in l. 1. C. de præ
script. long. temp. quo argu
mento dici potest idem in iu
risdictioni delegato, perpe
tuatur enim ex litis conte
statione, aut etiam citatione,
cap. relatum, & cap. gratum,
de officio delegat. quod est
necessariū scire propter nouæ
causæ cognitionem, quæ ex
integro sumi debet secundū
prædicta.

APPENDIX I.

De Aduocato.

27 **Q** Vale sit Aduocati of
ficium exprimit I. C.
in l. 1 §. postulare. ff. de po
stuland. illud laudabile appellat Imperator. in l. 3. C. de ad
uoc. diuers. Iudit. & honora
bile dicit Bald. in l. inuitus.
col. 1. C. de procurat. Tiraq.
de nobil. cap. 27. num. 11. di
cens aduocatum in honore
haberi non minus quam per
sonas nobiles, & egregias; nā
illud reipub. utile & necessa
rium existimat Cabed. decif.

214. & And. Gayl. lib. 1. ob
seruat. 43. num. 3. & 4. Et ob
id multa à iure priuilegia Ad
uocato Curiæ fuisse conces
sa tradit Matiens. in dialog.
relatorum. 1. par. cap. 9. nu. 6.
Et ideo homagiū, quod apud
Lusitanos nobili conceditur,
& Aduocato Curiæ non de
negari, nec eius ædicularis me
tatorum nomine molestari,
vt in l. 5. C. de aduoc. diuers.
iud. s. epissimè decisum extat.
Nec item sericas vestes ei in
terdici, quarum usus equiti
nobili permittitur, declara
nit Senatus ad petitionem
Gabrielis Fernandez, Anno
1610. Nam Aduocatus de
bet esse ornatus bonis vesti
bus & talaribus suo officio
congruentibus, eoq; togati à
veste toga dicti sunt vt in l.
quid quod, & in l. aduocatio.
C. de aduocat. nam aduocati
dicuntur sacerdotes. l. 1. ff. de
iust. & iur. & sacerdotes de
bent habere vestes talares of
ficio suo congruentes. cap.
pen. 23. dist. Maximè quia ad
uocati sunt milites. l. aduoca
ti. C. de aduocat., & milites
habent

habet militaria insignia, quae si eis detrahantur, sunt infames. l.2. ff. de ijs qui not. infam. Ergo eduocati propter authoritatem personæ, & dignitatem suæ militiae debent esse ornati vestibus, ne infamia notentur, & his cum quibus viuunt se conforment. cap. quisquis 40. cap. illa 12. dist. talis enim præsumitur qua lis inuenitur. l. apud labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniurijs. cap. contingat de sententia excomun. vnde non bene videtur dixisse Iustus Lipsius lib. 2. politico. cap. 11. fol. 60. dum contra aduocatio officium inuehitur existimans sine causidicis satis fælices fuisse, futurasq; vrbes. Nam præsumitur quod multa mala excogitat, censeturq; parum conscientiatus Bald. in l. ab Anastasio. num. 4. C. mandati, ideoq; bonus aduocatus debet item improbam non suscipere, sed a lite desistere, quandocumq; perpende rit suum clientulum iniustam habere causam. l. rem non novam. C. de iudit. l. 13. titul. 6.

par. 3. nam tenetur de malo consilio, si fuerit in dolo secundum Bartol. in l. 2. ff. mandat. Iass. in §. omnes. co' 4. de act. num. 4. & si eius culpa lis protrahitur, punitur per Iudicem. l. properandum. §. illo C. de iudit. & si succumbat sua imperitia, vel culpa tene tur ad damna & interesse, D. Thom. 2. 2. quest. 3. art. 7. Et sic de periculo aduocatio nis, quo ad conscientiam, & de bonis & malis non nulla refert Azeued. in rubr. & l. 1. tit. 16. lib. 2. recopillat.

APPENDIX II.

De Procuratore.

IN primis Iudex non debet 36 aliquem audire, nisi mandatum ostendat, ne alias iuditium illusorium fiat Bald. in l. exceptionem. num. 7. C. de probat, Dec. qui dicit ita esse in communi obseruantia in cap. causamq; o 1. nu. 2. de iuditij, nisi sit socius, aut cohæres ratione communionis l. 10. ti. 5. par. 3. l. 2. C. de cō-
Cz for-

sortibus eiusdem litis, aut cō-
 iuncta persona ex ijs, quas po-
 nit l. 1. §. fin. ff. de postuland.
 quæ cum cautione de rato ad
 mittuntur, tam ad defenden-
 dum quā ad agēdum. l. sed &
 hæ. ff. de procurat. l. exigendi.
 C. eodem, vbi Iaff. 17. modis
 limitat ex num. 3. nam in ijs
 quæ spetiale mandatum re-
 quirunt, non admittitur con-
 iunctus sine mandato Barto.
 & glos. ibi, vnde cautè reus
 subterfugiet iuditium, si di-
 cat se velle deferre iuramen-
 tum actori, quia non admit-
 tetur sine mandato spetiali,
 Bartol. in l. vulgo de iis lité
 iurand. Quæ autem negotia
 mandatum spetiale exigant,
 refert glos. in cap. qui ad agē-
 dum de procurat. in 6. vbi 38.
 causas cumulat Francus, &
 73. Firmianus in repertorio,
 verb. mandatum, in quibus
 generale mandatum non suf-
 ficit Couar. lib. 1. var. cap. 6.
 num. 2. quanvis mandatum
 cum libera aliquando habeat
 pro spetiali. l. procurator
 cui. ff d: procurat. l. transac-
 tionis. C. de transact. Tiraq.
 de retract. linag. §. 7. glos. 13.
 nu. 32. non tamen in ijs, quæ
 graue damnum & præiudi-
 tium afferri solent ut per Iaf-
 son. in §. in bonæ fidei. nu. 4.
 & 6. Inst. de act. quia illa clau-
 sula (cum libera) de stylo, &
 abuso tabellionis sēpe ponit
 tur Abb. in cap. 1. num. 28.
 vt lité non contestat. Item
 mandatum si spetialiter sit
 concessum ad aliquam litem,
 & postea in fine dicatur, &
 ad omnia alia negotia, quæ
 habuero, non comprehendit
 maiora vel grauiora, quām in
 ipso mandato sint expressa,
 imo clausula illa generalis re-
 stringitur ex ijs, quæ spetialiter
 dicta sunt ut probat tex.
 in clem. 2. de procur. ex ratio-
 ne ibidem præscripta, quæ
 cum sit generalis restringi-
 tur ad exemplum argumento
 l. regulæ. §. & clicet. ff. de iur. &
 fact. ign. ita Felin. in cap. se-
 des. num. 3. & ibi Dec. nu. 8.
 de rescript. Est enim hoc re-
 gulare in omnibus dispositio-
 nibus ut clausula in fine pos-
 sita, quantumuis generalis re-
 stringi debeat ad spetialiter
 dif-

disposita ut in l. si de certa.
C. de transact. Vallasc. consi.
39. I. par. num. 2. Mascard.
conclusio. 1252. de probat.
Nec est nouum ut lex spetia-
liter quibusdam enumeratis
generale subiectiat verbū, quo
spetalia complectatur. l. si
seruus 27. §. inquit. ff. ad l.
40 Aquil. Similiter etiam gene-
ralitas mandati non extendi-
tur ad exorbitantem, & in-
cogitatum casum l. in obliga-
tione generali. ff. de pignor.
cap. in generali de regul. iur.
in 6. cap. si Episcopus de pœ-
nit. & remiss. in 6. Ex quibus
Alciat. resp. 371. num. 1. pro-
bat quoties mandato damnū
ex mandato posset evenire, in
dubio pronuntiandum esse
non subesse mandatum, nec
valere, censuit Senatus in li-
te Alfonsi d' Spinosa cū Co-
mite de Oliuares ann. 1594.
41 Quod ex eo confirmatur quia
verba dubia intelligēda sunt
contra producentem & fun-
dantē se in eis. l. veterib. ff. de
pact. quā sic intelligunt oēs,
ut per Socin. consil. 99. vol. 3.
Cagnol. in l. semper in obseu-

ris. ff. de regul. iur. Imo verba
ambigua mandati contra cō-
stituentem, interpretationē
non recipiunt, sed potius ip-
fius assertioni, & interpreta-
tioni adhærendum est glos.
communiter approbat. in c.
petitio in fin. de procurat. se-
quitur Speculat. & Ioan. An-
dr. in titul. de procur. §. ratio-
ne autem formæ, verl. vbi au-
tem. Hypol. Reminal. in §. 1.
numer. 121. inst. de act. Et
hinc etiam est quod forma
mandati strictissimè obserua-
ri debet secundum. Alex. in
l. fin. C. de neg. gest. & in l. si
procurator. C. de procur. &
constitutus ad vnam litē nō
præjudicabit domino in alijs
l. I. §. igitur. ff. de exercitor.
act. l. procuratorem, & l. ma-
ritus. C. de procurat. Et illud
omne quod fit præter formā
comissionis, aut mandati est
ipso iure nullum. l. item eo-
rum. §. sed si ita vbi Barto. ff.
quod cuiusq; vniuers. nom. nā
mandati dispositio in exten-
dibilis est. l. non distingue-
mus. §. de officio. ff. de arbitr.
& qui habet mandatum ad

compromittendum non potest transfigere, licet sint vici-ni actus & similes Iass. in l. transactione. C. de transact. Alciat. in proposito multa notatu digna tradit in dict. cō-
 42 fil. 371. per tot. Item Procurator quanuis litem fuerit contestatus, etiam iuuitus re-nuncari potest ex inimicitia, Ordinatio. lib. 3. titul. 26. §. 1. quæ intelligenda est dummo-do sit capitalis. 1. filius fam. 7. §. procuratorem. ff. procur. glos. in l. post litem, & ibi Paul. ff. eodem.

C A P. I I I I.

De Reo.

REVS an pendente litè teneatur alimen-ta, & litis sumptus inopi litiganti subministrate quæstionis est? nam Vallasc. consil. 1. num. 9. 1. par. tenet quod non etiam in fortiori-bus terminis. Contrarium ta-men præcipue quando lis est inter eos quibus aliás de iure

naturæ alimenta debentur, & pro eo adsit aliqua præ-sumptio iustitiae decreuit Se-natus quod sic in lite Augu-stini Franco Scriba Sebastia-ni Gonçalues de Lima, Anno 1604. quæ praxis seruatur etiam Neapolis secundum. Afflct. decis. 11. & Galliæ se-cundum Rebuf. 1. tom. ad II. Galliæ. titu. de sententia pro-visionis. art. 1. glos. 2. & Ca-stellæ secundum Couarruias pract. cap. 6. num. 6. vbi asse-rit ita in Granateni præto-rio fuisse decisum, Molina lib. 2. de primogen. cap. 16. num. 24. & 37. Lara. in l. si quis à liberis. §. si vel parens. num. 44. ff. de lib. agn. nec si appelletur à sententia tene-tut victor satis dare de alimé-tis reddendis. Surd. titul. 1. de aliment. quæstio. 125. in fin. Item Reo defuncto eius ha-redes ex testamento vel ab in-testato citari debet, qui si pe-tierint tempus ad deliberan-dum, Iudex pro suo arbitrio debeat moderatum tempus eis assignare. 1. si curatoris. 9. C. de iure deliber. quod ex pra-

xi terminum decem dierum non excedet siue ad instantiam creditorum, siue substituti sit datum, & siue ille sit haeres de suis, siue de extraneis secundum Vallasc. consult. 96. num. 7. & 8. i. par. quo elapso excluditur haeres ab utroq; modo succedenti tam de iure praetorio quam civili: quicquid aliud de iure communi afferat Curt. & Iass. in rubr. col. 2. & 3. C. de successor. edict. Quod si lis fuerit inter scriptum haerede & venientes ab intestato super validitate testamenti, actor pro suo debito vel legato potest conuenire unum ex litigantibus, possessorem scilicet, vel petitorem. i. fin. C. de petitione haered. Vallasc. consil. 90. num. 3. vers. Secundus easus. Ruyn. consil. 75. num. 2. lib. 1. Lancelot de atlent. 2. par. cap. 4. limit. 26. num. 7. notabiliter Bartol. in i. controv. sfa. numer. 7. de transact. Item si filius a paternis creditoribus conueniat, opus est in habilitatione articulare & demonstrare eum

nō solum filium esse, sed etiā sui parentis hereditati se imis cuisse, quia licet iure civili filius in potestate sit suus haeres, & necessarius. l. in suis. ff. de lib. & posthum. l. cum ratio. ff. de bon. damn. tamen cū iure praetorio habeat abstinenti benefitium. §. sui de haered. qualit. & differentia, vi huius beneficij nō presumuntur haeres patris, nisi probetur ita Accursi. Bar. & alij in i. necessarijs. ff. acq. haered. & in i. l. i. C. si vt ab haered. se abstineat, iudicauit senatus in lite dñae Antoniae da Costa cum Antonio Rabelo Scriba Sebastiano Gonçal. de Lima, Anno 1616. Sufficiet tamen ostendere immisionē per conjecturam aliquā, prout referēdo complures notauit Masc. de probat. conc. 804. vel possessorem esse, nam possessor conuenit ex contractibus defuncti. l. fin. §. secundū autem. C. de petit. haered. vel per interrogationē filio factā quod dicat se esse haeredem. l. si filius a prima. ff. de interrogat. id.

P R A X I S
E C C L E S I A S T I C A E
D E M O D O E T F O R M A
P R O C E D E N D I C I R C A
Tribunalia Ecclesiastica.

L I B . I I .

C V M N O V I S S I M I S S A C R I P A L A T I I
Decisionibus, & huius Diæcessis stylis, necnon sacræ
Congregationis declarationibus ad facro-
sanctum Concilium Tridentinum,
cum multis Summorum
Pontificum Bul-
lis.

S V M M A C A P I T V M ;
Ex Lib. 2.

CAP. 1. De unaquaq;
iurisdictione, que est
in hoc Regno penes
illius Indices Ecclesiasticos.
§. 1. De iurisdictione Episco-
pali.
§. 2. De Abbatibus.
§. 3. De Capelano maiori Ca-
pelle Regiae.
§. 4. De Iudice Ordinum mi-
litarium.

§. 5. De Archiepiscopo.
§. 6. De Collectore.
§. 7. De Tribunalis sanctæ In-
quisitionis.
§. 8. De Tribunalis S. Ioan. Ie-
rosolymitani.
Cap. 2. De iurisdictione Ordi-
narij.
Cap. 3. De iurisdictione De-
legati.
Appendix de impedimentiis
ad-

- adversus rescripta.
- Cap. 4.** De quibus Ecclesiastici cognoscatur.
- §. 1.** In quibus Iudex Secularis cognoscatur contra Ecclesiasticos.
- §. 2.** De praxi in casibus mixti fori.
- Cap. 5.** De citatione & monitione.
- Cap. 6.** De libelli oblatione.
- §. 1.** De contumace.
- Cap. 7.** De reo excipiente.
- Cap. 8.** De responsione rei.
- Cap. 9.** De termino probatorio
- Appendix depositionibus.**
- §. 1.** De testium repulsione.
- Cap. 10.** De sententia.
- Cap. 11.** De appellatione.
- §. 1.** De tuitiua.
- §. 2.** Appellatio ad quem vadat.
- §. 3.** De inhibitione.
- §. 4.** De attentatis.
- §. 5.** Appellatio quando non admittitur.
- Cap. 12.** De executione.
- §. 1.** De executori apostolico.
- §. 2.** De auxilio brachij secularis.
- §. 3.** De Promotore.

C A P. I. De unaquaq; iurisdictione, que est in hoc Regno penes illius Indices Ecclesiasticos.



VONIAM
in hoc lib. tra-
ctaturi sumus
de praxi Ec-
clesiastica .

Prius ad vertendum est plures esse Iudices , pluraq; tri-
bunalia Ecclesiastica in hoc
Regno distincta & separata,
in quibus eadem ferè praxis
conuenit, & generaliter fre-
quentatur. Ideoq; sigillatum

de illis pauca à nobis, quoad
praxim dicenda sunt. Nam
quanuis iurisdictio ipsa Ec-
clesiastica principio ex lege
Euangelica fluxerit in beatū
Petrum , & in eius successo-
res iuxta illud Ioan. cap. fin.
& Math. cap. 16. Tamen ita
illa à Pontificibus commissa
est prælatis, vel alijs pro qua-
litate personarum, & eorum
privilegijs, ut non possit vnu

de

de subdito alterius cognoscere cap. ita dominus 19. dist. cap. si Imperator, & ibi glos. verb. discuti. 99. dist. cap. futura 12. quæst. 1. cap. continua. 11. quæst. 1. & infrà latius dicemus.

§. I.

De iurisdictione Episcopali.

Episcopi etiam ita priuati habent iurisdictionem suam à Summo Pontifice commendatam, ut non possit unus se intromittere ad cognoscendum de alterius diæcessis subdito, notat glos. verb. & i psarum, & verb. diuino. in cap. quanquam de eensibus. lib. 6. & probatur in cap. nullus 02. 9. quæst. 2. vbi Episcopus non potest alterius subditum ordinare, ita nec iudicare tradit Zerolla in pract. Episcop. 1. par. verbo Episcopus, & probatur etiam in Concil. Tridentin. session. 6. de reformat. cap. 5. & session. 14. de reformatio. cap 2. vbi non licet Episco-

pis in alterius diæcessi sine expressa proprij Episcopi licentia Pontificalia exercere, tenet Conar. in pract. quæstio. cap. 31. num. 1. Victoria in relection. de potest. Eccles. in fin. Quilibet igitur Episcopus in sua diæcessi superior est, & iurisdictionem ordinariam habet ut in cap. de persona 11. quæst. 1. Et sic inquire, & punire potest adulteria, & reliqua scelera suorum subditorum, tam clericorum, quam etiam laicorum, quando essent mere Ecclesiastica, vel mixti fori, vel quando cognosceret ad penitentiam imponendam, & peccatum prohibendum per denuntiationem Euangelicam, aut quando esset notorietas delicti in populo, nam tunc propter negligentiam secularis Iudicis poterit Episcopus cognoscere ut probat tex. sic intelligendus in cap. 1. de officio ordinarij, quem sic accipiunt ibi Abb. num. 6. Barba. num. 66. Imol. num.. & Alciat. num. 19. & probatur in Concilio Trident. sessio. 14. de

de reformat. cap. 1. in princ.
& cap. 4. eiusdem session.

§. 2.

De Abbatibus.

Abbates sunt prælati inferiores Episcopis, qui habent etiam ordinariam iurisdictionem in diocesibus Episcoporum ex consuetudine, priuilegio vel alio iure spetiali, quanvis ipsi consecrati non sint, nec benedicti, dummodo sint confirmati ut probatur in cap. 1. cap. ad hæc de officio Archidiacon. & in cap. cum ab Ecclesiæ, & in cap. irrefragabilis de officio ordinari. & in cap. sicut tuus de symon. & in cap. vt in Ecclesia de maiorit. & obedient. Quæ iurisdictione comprobatur etiam in Concil. Trident. session. 24. de reformat. cap. 20. vbi approbantur iurisdictiones Decanorū, Archidiacono, & aliorū inferiorū, & sic quanvis Abbas Alcobatiæ seu comedatarius istam iurisdictionem habe-

ret, hodie tamen translata est in eius Abbatem conuentualē & triennalem per desistentiam serenissimi Cardinalis & Regis Henrici confirmatā per Bullas Pij Quinti, & Gregorij decimi tertij. Sed non poterunt prædicti Abbates in diaçesibūs Episcoporum exercere suam iurisdictionem ordinariam circa causas matrimoniales, & criminales, nam propter eorum grauitatem ad solos Episcopos referuantur, & abbatis & alijs prælatis inferioribus prohibentur iuxta tex. in cap. vñsis. 16. quæst. 2. per quem tex. ita firmat Abb. Panor. in dict. cap. cum ab Ecclesiæ, num. 8. & specialiter hodie deciditur à dict. Concil. Trident. session. 24. de reformation. cap. 20. verific. ad hæc.

Item aduertendum est prædictam iurisdictionem competentem prædictis Abbatis, & reliquis prælatis inferioribus intelligendam esse eis competere cumulatiuè tam, non vero priuatiuè ad

ex-

exclusionē Episcopi ad hunc scilicet effectum, vt talis inferior illa iurisdictione vti posset, sicut Episcopus, & locus sit praeventioni, quod probatur in l-fin. C. de iurisdictione omn. iud. & in auth. de defensoribus ciuitatum in principio collat. 3. vbi dicitur defensorem ciuitatis, cui æquiperatur Episcopus, cognoscere posse de causis subditorum omissis magistratibus inferioribus, sed quo ad hæc consuetudo antiqua seruanda erit.

S. 3.

De Capellano Maiori Capelle Regie.

EST ETIAM in hoc Regno iurisdictione Ecclesiastica penes Capellanum maiorem Capellæ Regiæ nulli ordinario subiecta, sed exempta tam in civilibus quam in criminalibus ex Bullis Summorum Pontificum Leonis Decimi, Clement. 7. & Iulij 3. & Piji Quarti, quas refert

Cabed. de patronat. regio cap. 43. Quæ tamen iurisdictione priuilegiata est accumulatus, tanquam delegata speciatim ad causas inter Capellanos, & ideo ipsi non sunt omnino exempti à iurisdictione regia, si sint clerici in minoribus constituti ex Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 4. & §. 24. Atquè ita decisum fuit Anno 1617. in casu notabili. Nā inquirēdo prætor curialis de quodam homicidio voluit cōpellere cātorem Capellæ Regiæ Ludouicum de concha, vt testificaretur, & quanuis ipse subterfugere tentasset iurisdictionem Regiam ex eo, quia erat clericus in minoribus constitutus prædictæ Capellæ Regiæ ministerio seruiens, cæterūm quia non erat delicentia ordinarij ministerio Ecclesiæ addictus, vt ex auctoritate Concil. Trident. §. 23. de reformat. cap. 6. requiritur; compulsus fuit auctoritate Senatus testificare Scriba Ludouico de Aluarentga.

S. 4.

§. 4.

*De Iudice Ordinum
Militarium.*

ES T etiam Ecclesiastica iurisdictio penes Iudicem trium Ordinum Militarium. Nam huiusmodi Comedatores sunt personæ Ecclesiasticae, ut probat Nauar. de reddit. Eccles. quæst. 1. motu 5. contra Sotum de iust. & iure, & Sarmient. sentit Vallasc. 1. par. consil. 14. Frater Emanuel Rodericus quæstio. 36. num. fin. art. 7. & idem Vallasc. 2. par. consil. 8. à numer. 23. & idcirco comenda dictur beneficium Ecclesiasticum, de quo per Corras. in §. Sacerdos. 1. par. ad cap. 3. num. 2. Mandos. de infirm. resignat. quæst. 2. num. 8. adde Couar. in cap. cum in officijs. numer. 4. de testament. Ledesma in 4. 4. quæstio. 18. Soto de iust. & iur. lib. 9. quæstio. 7. artic. 1. Gigas de pension. quæst. 508. Victoria de symon. 1. par. quæst. 1. à numer. 451. Quæ iurisdictio con-

cessa fuit per Bullam summi Pontificis Pij quarti Regi nostro tanquam Magistro, virtute cuius Rex ut magnus magister ex diplomate suo iurisdictionem comitit huic Iudici. In quo sèpè vertitur quæstio. An Ordinarius vel Delegatus sit? & quod sit delegatus probatur ex sequentibus. Primo, quia Ordinarius dicitur quādo vel à Princeps, vel à lege datur ex Bal. in cap. 1. quis dicitur Dux. Gramaticus decis. 46. Auedan. de exequend. mandat. in princ. Felin. in rubric. de officio ordinat. At in hoc casu Rex noster iurisdictionem non habet Ecclesiasticam, distinxæ enim sunt iurisdictiones, ut habetur in cap. 1. de constitut. & in cap. nouit de iudit. Ideo eam mandare nō potest ut ordinariam, quia nemo dat, quæ non habet, quinimò ex prædicta Bulla non ut regi, sed ut magno Magistro committit, & delegat Pontifex iurisdictionem Ecclesiasticam, quam ipse subdelegat iudicibus ordi-

nis, & sic non iure regio, sed magistrali habet iurisdictionem in militibus ordinum, & probatæ in Ordin. lib. 2. tit. 1. 3. ibi, *Não como juiz, & in finalib. verbis, quibus Rex dominum, sed non iudicem personarum Ecclesiasticarū sui Regni palam proficitur, & colligitur ex traditis à Card. 1. par. decis. 61. Ex quibus constat Regem, ut Magistrum habere iurisdictionē in militibus delegatam auctoritate Apostolica, cum potestate subdelegandi, & ex consequenti apparet iudicem ordinum esse delegatum non ordinarium, quia in eo non concurrunt qualitates ordinarij, de quibus Felin. in rubrica de officio delegat. Non obstant verba Bullæ, ibi, *tanquam iudices ordinarij, seu vicarij*, quia illa dictio (*tanquam*) denotat non esse ordinarium ex regula, quod nul lumen simile est idem. 1. pecu-
12 niam. ff. si cert. pet. Sed & si dicatur expressum esse ordinarium, intelligendum est in ter eosdem milites, ibi, *inter**

eosdem fratres, & milites, quod si instes ex illis verbis, ibi (*seu contra eosdem motis*) respondendum puto id procedere circa causas criminales tantum contra eosdem motas ut in Ordin. lib. 2. tit. 12. Et ita ea verba Bullæ interpretata est consuetudo, quæ est optima legum interpres, cap. cum dilectus de consuetud. ceterum de causis ciuilibus militum ordinis non cognoscit iudex à magistro datus ut in lib. 2. titul. 12. §. 1. Quod si Iudex ordinum fuisse iudex ordinarius priuati uè, vtiq; coram eo, & ciuiles cause tractaretur. Quò sit ut si mota sit lis super renouatione emphiteosis Ecclesiasticae alicuius ordinis, seu persona exemptæ, cognoscere debet prætor curialis, ut in d. §. 1. quia ordinarius non est, ita iudicatum plurius accepi in processu de Francisco Ribeiro de Carvalho *contra os Pais de noſa Senhora da Luz*. Scriba Ferdinando Maciel, & in processu Roderici Sanchez. Scriba Fráncisco Pardo,

& in duobus alijs contra Pa-
tres Alcobatiæ, Scriba Bel-
chiore Correa de Faria; &
meritò quia sic bona ratione
utilem dominij censentur pro-
fana ex traditis per Iul. Clá-
rum, verb. emphiteosis, quæ-
stio. 45. Gama, decis. 2. nu. 5.
& decis. 50. num. 2. & decis.
308. num. 7. Vallasc. de iur.
emphit. quæst. 17. num. 12.
Item addo quod licet quili-
bet eques militiæ militaris
possit à sententia leta in secū-
da instatia per Senatores mé-
sæ magistralis supplicare. Ta-
mè promotori iustitiæ id nō
permittitur uti decisum esse
constat in causa Comitis da
Vidigeira, & fratri eius,
quod de iure communi fulci-
ri potest ex ijs quæ infra di-
cam. lib. 5. cap. 1. num. 97.
vers. Imo.

§. 5.

De Archiepiscopo.

Rerius Archiepiscopus
habet iurisdictionem
ordinariam in subditos Epi-
scoporum suffraganeorū per
appellationem, & in alijs ca-

sibus exceptis vt in cap. pa-
storali de officio ordin. & in
cap. 2. 9. quæst. 2. & in cap.
nullus primas, & in cap. con-
questus 9. quæst. 3. & in cap.
1. princ. & in §. 1. de officio
ordin. in 6. & in cap. 1. prin.
& §. 1. de foro compet. in 6.
Non tamen alias poterit cog-
noscere in prima instatia cō-
tra subditos Episcoporum,
qui non sunt ei subditi, licet
sint Archiepiscopo suffraga-
nei. Nam vnicuique suam iu-
risdictionem seruari decet,
nec licet vt ordo Ecclesiasti-
cus confundatur, vt in cap.
peruenit, & in cap. duo de
officio ordin. Vnde licet Ar-
chiepiscopus habeat iurisdi-
ctionem Archiepiscopalem in to-
ta sua prouincia, & eam visi-
tet vt in cap. soperiorum de censi-
bus, & in cap. 1. eodem titul.
in 6. & clementina 2. de pri-
uilegijs, non tamen habet iu-
risdictionem Episcopalem,
nisi in sua diecesi, glos. in ca-
pit. 1. verb. agant de officio
ordin. in 6. Couar. in practic.
quæst. cap. 9. nu. 2. Cæterum
filii est inter Episcopos suf- 14

fra-

suffraganeos, vel inter Episcopum & subditos eius, Archiepiscopus est Index competens. cap. sanè de for. competit. Couar. vbi sup. Zerolla in pract. Episcopal. verb. appellatio. num. 16.

§. 6.

De Collectore.

15 Legatus Sedis Apostolicae, quanuis sit ordinarius ut in cap. 1. de officio legat. cap. 2. eod. titul. in 6. Tamen causas agitandas in prima instantia præripere non potest, impedire, seu turbare iurisdictionem ordinariorum, nisi prius requisitus fuerit ordinarius, & negligens ut novè decretum extat in Concil. Trident. sessio. 24. de reformat. cap. 20. Cæterum in casu appellationis ad sedem Apostolicam tunc ipse comittit in partibus, quia legatus delatere evenit appellatione sedis Apostolicæ, ut in cap. si Abbatem, & ibi glos. de electione. lib. 6. etiam si appelle-

lato sit interposita ad summum Pontificem expresso nomine proprio secundum magis receptâ sententiâ & proxim quā ponit Vallasc. consil. 62. num. 6. tom. I.

§. 7.

De Tribunal Sanctorum Inquisitionis.

N On omnia, quæcunq; 16. dixerim in ijs quinq; libris, applicari possunt ad proxim, quæ in sanctæ Inquisitionis foro versatur, cum illa ab ordinaria Ecclesiastici, & secularis fori practicæ, (de quibus dumtaxat agimus) distet ex Pontificum decretis, & alijs instructionibus, sacrisq; sanctionibus, veluti dininis oraculis cælitus præscriptis, de quibus Symanch. de cath. instit. cap. 43. Et latius, ac copiosius habetur (ut mihi à nonnullis relatū est) in illo præclarissimo libro, ac decisorio regimine, quod miro ac eleganti stylo conscripsit dominus Antonius Diaz Cardosus sanctæ & generalis Inquisitionis,

&c

& supremi Senatus Consilia
rius sapientissimus vir no-
stræ etatis admirabilis sancti-
tatis & prudentiae, quo nihil
plus ad proximam, vel amplius
desiderari poterit, quod circa
extraordinarium Inquisicio-
nis iuditium plerumque nuncu-
patur, gl. in c. quoniam. verb.
extraordinario de probat. gl.
in c. multi verb. extraordina-
rio 2. q. 1. Nauar. post alios in
rubrica, nu. 18. extra de iudi-
cios. Vnde qui hoc sanctum
officium, divinumque iudicium
nimis crudele, nimisque rigu-
rosum esse dicunt, non nisi
quod propriam causam de-
fendant, existimandi sunt. Pu-
trida membra (licet acer-
bius feratur) resecari conue-
nit. Nam Moyses & Phinees
proximos de gente sua, qui
diuinæ Maiestati rebellis fue-
rant, trucidarunt, in cap. reos
23. quæst. 5. multis alijs exem-
plis, & auctoritatibus id
confirmat Symanc. ubi sup.
cap. 45. Castro de iusta hæ-
ret. punit. lib. 1. cap. 3. & 4.
Latabitur iustus cum vide-
rit vindictam, manus suas la-

uabit in sanguine peccatorū
Psalms. 57. Cum igitur in hoc
Tribunali de Dei omnipotē-
tis causa agatur, meritò ad il-
lud priuatiuē cognitio de cri-
mine hæreseos pertinet, non
ad seculare iuditium, quod
nec quo ad quæstionem facti
de eo cognoscere poterit, ut
resoluit communiter Nauar.
in cap. nouit notab. 6. nu. 44.
de iudit. Couarru. in pract.
cap. 33. nu. 3. in fin. sed tan-
tum Judices seculares ex-
equi possunt, ac debent man-
data Inquisitorum, cum ab
illis fuerint requisiti, nulla de
iustitia ipsorum cognitione
facta, quia censentur meri-
executores. cap. vt Inquisi-
tionis. §. prohibemus de hæ-
ret. lib. 6. Ordin. lib. 2. titul. 6.
& tota Hispania vsu esse re-
ceptum testatur Iulius Clari-
rus. lib. 5. sententiæ. §. fin.
quæst. 96. num. 7. Quod si ali-
quis grauatus fuerit ab In-
quisitoribus, tam in ciuilibus
quam in criminalibus causis,
quæ ad eos pertinent, recur-
rere debebit ad supremum
sanctæ & generalis Inquisi-

tionis Senatum ut per Symanc. vbi sup. cap. 36. nu. 1.

§.8.

De Tribunalis Ordinis Sancti Ioannis Ierosolymitanorum.

¶ 8 Etiam Ecclesiastica iurisdictio penes commissarium Religionis S. Ioannis Ierosolymitani, non sunt huius ordinis milites Ecclesiasticae personae, ut per Cass. n. in Cathal. gloria mundi. 9. par. consid. 2. & 4. Ideoque priuatiè cognoscitur de eorum rebus, & personis, tam in ciuilibus quam in criminalibus non minus quam de alijs clericis in suo foro. Quantus

¶ 9 si Comendatarius vim, vel violentiam nouam alicui intulerit, ad seculare regium iudicium trahi poterit vii decimus fuit à Senatu in causa Michaelis da Praça cum Procuratore predicto. Religionis Scriba Ioanne de Payua, quæ decisio facilè confirmatur ex ijs, quæ tradit Vallasc. consil. 93. num. 4. & consil. 95. num. 12. Salzedus in pract. fol. 354 & idem Vallasc. consil. 79.

Nec item conservator potest se intromittere nisi de manifestis violentijs, quæ fiant priuilegiatis, ut in cap. 1. de officio deleg. lib. 6. Vnde auocatoiam predictum conservatoris in causa profana, & inter laicos non adimpleri iussit Senatus in grauamine Thomæ Dias Anno 1610. Scriba Augustino Rabelo, quæ decisio comprobari potest ex ijs quæ infra dicam. cap. 4. num. 1. & lib. 3. cap. 3. nu. 1. Item quanvis priuilegium reuocandi forum non competit donatis signo Tau. ut in Ord. lib. 2. tit. 2. competit tamen colonis, & emphyteutis predicto. Religionis vii extat plura decreta Senatus in litè Antonij Fernandez Paes cū Emanuele Mendes Dias Scriba Syluestre Guedes Anno 1608.

C A P. I I.

De Iurisdictione Ordinarij.

O Rdinarij Iudices dicuntur, qui propriam iuris

20
risdictionem habent sibi de-
latam à lege, principe, con-
suetudine, vniuersitate, aut po-
pulo ad vniuersitatem causa-
rum, vel ad aliquorum nego-
tiorum cognitionem ut per
Bart. & alios in l.more. ff. de
iurisdiction. omn. iud. Alciat. in
rubr. num. 5. extra de officio
ordinarij. Vnde quando con-
tingat ut quis habeat plures
Iudices, ille erit proprius or-
dinarius in causa illa, qui iu-
risdictionem prævenerit, quæ
præuentio per solam citatio-
nem sit ut in cap. proposui-
sti de foro compet. I. si quis po-
stequam ff. de iudit. elem. 2.
ut lite pend. cap. gratum de
officio delega. & probatur in
Ordin. lib. 1. titul. 62. §. 4. &
sic intelligo. I. vbi cæptum.
ff. de iudit. & est communis
secundum Curt. in rubr. nu-
mer. 15. ff. de iudi. Socin. in
rubric. ff. de in ius vocand.

C A P. IIII.
De iurisdictione Delegati.

I Vre pontificio omnes cau-
sas meri, & mixti imperij

delegari posse certum est ab
Episcopis, Archiepiscopis,
& ab alijs Iudicibus Eccle-
siasticis merum, & mixtum
imperium habentibus ex gl.
vlt. in cap. in Archiepiscopa-
tu de raptoribus, & glos. in
cap. quod sedem verb. com-
mittere de officio ord. glos. in
cap. peruenit 95. dist. quas di-
cunt communiter receptas.
Alex. & Lass. in l. 1. ff. de offi-
cio eius cui mand. Alciat. in
dict. cap. quod sedem. nu. 76.
Cuar. lib. 3. var. cap. 20. nu.
4. ad fin. Vnde Vicarij fora-
nei Episcoporum in aliqui-
bus locis, vel partibus diœce-
sis ab Episcopis constituti de-
legatam iurisdictionem habe-
re dicuntur, non vero ordina-
riam, ex glos. communiter re-
cepta in elem. 2. verb. fora-
neo de rescript. & ideo ab il-
lis appellari potest ad suum
Episcopum tanquam ad suum
delegantem per tex. in cap.
super quæstionum de officio
delegat. & in cap. dilecti. 3. &
ibi glos. 2. de appellat. Ma-
rant. de ord. iudit. 4. par. dist.
§. a num. 13. & in 6. par. titul.

D 2 de

de appell. à num. 383. Zerolla in praxi. verb. Vicarius. vers. 2. 1. par.

- 3 Ijs sic constitutis, primò obseruo quod delegatus, qui in negotio alienā exequitur iurisdictionem & si ordinarius sit, nihil pro sua authoritate agit, sed eius, qui mandauit, potestate vtitor, vnde si prouocari ab eo contingat, non superior illius, qui exequitur, sed mandans ipse prouocandus est. l. fin. ff. quis & à quo. Neque ius reddendum est pro more fori eius, qui cognoscit, sed eius qui mandauit, prout docet Angel. in l. & si praetor. ff. de officio eius citim mand. idcirco pro more eius, qui mandauit, & salariū pro sententia recipere poterit c. cum ab omni de vita & honest. cler. quod iudex ordinarius non facit auth. de man. datis princip. §. illud. Secundo obseruo in praxi, quod delegatus debet citare cum inserto tenore sui rescripti, ita quod aliis non renatur pars citata comparere Guid. Pap. quest. 445. nec delegatus po-

terit subdelegare Couar. lib. 3. var. cap. 20. num. 5. & 6. Nec exequi transacto anno, cap. quærenti de officio deleg. nisi fuisset ab eo appellatum Capell. Tholosana q. 8. nec implorare brachium seculare, nisi ad sit clausula, & habeat in commissis Zerolla in pract. verb. delegatus nu. 13. Et quia delegatus nō potest extendere suam iurisdictionem ultra tenorem suæ commissionis in literis commissæ. cap. P. & g. de officio deleg. ideo de illis dicemus.

APPENDIX

*De impedimentis aduersus
rescripta & eius
clausulas.*

Q Vanuis pro rescripto 6 regulariter præsumunt ut in cap. ex tuarum, de auctoritate & vsu palij, Feling. in cap. causamq; de rescript. Tamen contra illud opponi potest ex sequentiibus. Primò si illud sit impetratum contra stylum & consuetudinem

dinem, ut in cap. 2. ubi Abb. & Felin. num. 16. de rescript. cap. in memoriam 19. dist. cap. ex parte 1. in fin. de officio deleg. cap. porrecta de confirmat. util. vel inutil. tradit Mandosius super regula cancellar. in regul. de infirmand. quæst. 16. num. 8. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 30. in fin. ubi dicit communiter receptum, & Tyber. Decian. responso 119 num. 72. lib. 2. Secundò si illud sit impetratum à Procuratore excōmunicato ut per Thom. Zerol. in pract. canon. 1. par. verb. rescriptum in princ. Tertiò si illud tollit ius alterius ita Alciat. ubi sup. reg. 3. præsumpt. 11. Abb. in cap. ex parte de officio deleg. Quartò, si in illo apparet charta rasa & postea ibi dem fuerit scriptum, vel scriptura superlinearis facta. capit. inter dilectos, & in cap. ex literis de fid. instrum. cap. licet de crim. fals. Inonc. in cap. 1. col. pen. vers. item nota de fid. instrum. Iul. Clar. in §. falsum. vers. abradens Me-

noch. consil. 48. num. 10. & in tractatu de arbitr. casu 187 num. 40. Mascard. de probat. conclus. 1260. Abb. in cap. cum venerabilis. num. 8. de relig. dom. ubi ponit cautellā quomodo in rasura falsi præsumptio remoueatur, quam probat Ordin. lib. 3. titul. 60. §. 3. Quintò, si illud non fuit expeditum in tempore, hoc est ante commissionem iuxta reg. Cancell. commissiones non valere nisi literis expeditis, ut dicit Cassad. decis. 5. num. 4. Mascard. de probat. conclus. 992. Sextò si illud sit obreptitium, aut subreptitium, quod probari potest multis modis, de quibus copiè Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. casu 201. & 202. In quoru altero enarrat, quæ sint illæ qualitates, quibus nō expressis rescripta gratiæ subreptitia reddantur, in altero enarrat qualitates exprimendas in impetratiōne rescripti iustitiæ, & quæ sint hæ qualitates, quibus expressis, aut non expressis huiusmodi rescriptum sit subreptitium ad

de Vallasc. consil. 11. & 60.
num 5. & consil. 72. num 7.
& 8. Quæ tamē exceptio sub
receptionis opponenda & pro-
banda est ante litis contesta-
tionem secundum Præposit.
in cap. per tuas. col. 1. de ap-
pellat. Crauet. consil. 79. Abb.
in cap. si clericus. num. 9. de
12, for. compet. Et quia præ-
cepio præiudicialis statim
opposita faciet supersedere
rescripti executionem, vt in
lité Petri de Pina a Fonseca,
cum Ioanne de Faria decre-
uit Senatus Anno 1608. Scrl
13 ba Iorgeo da Frota. Item quā
do im petrans seu excipiens,
idest actor aut reus probare
debeat sub receptionem, & cui
eorum incūbat probatio tra-
dit Imol. in cap. super literas.
num. 18. vers. vlt. de rescri. t.
vbi recenset in hoc quinque
Doctorum opiniones, expli-
cat & distinguit Mascal. de
probat. concl. 1128. ex nu. 4.
vltra quæ adde non. ginta, &
vnam exceptiones, quibus
contra rescriptum opponere
potes, quæ tradit Hostiens. in
summa de rescriptis. num. 30.

De clausula perinde valere.

Regulariter hæc clausu-
la gratiam concernit,
& est in vsu frequentissima,
nam cōcedit Papa literas cō-
missionis, quæ fuerunt ab eo
reuocatæ, postea decreuit eas
etiam valere, & perinde ac si
executio ratione illarum fa-
cta fuisset, itaq; clausula etiā
valere cōmunius datur, quan-
do aliquid reuocatum à Pa-
pa, postea si decernat ex cau-
sa illud valere, ponitur clau-
sula etiam valere. Si vero Pa-
pa non irritauerit primam
collationem, vel actum, sed
ex subceptione, vel alio casu
actus fortè est inualidus, da-
tur rescriptum (perinde vale-
re) quasi Papa in illo fringat
& statuat, vt actus perinde
valeat, ac si iure factus esset,
quæ fictio ponitur per Bartol.
& DD. in l. si is qui pro-
emptore ff. de vsu capion. &
resoluit Rebuf. in praxi be-
nefic. 2. par. in princ. & est
quasi confirmatio actus, qui
aliqua ex parte sit inualidus
prout ex nunc, & prout ex
tunc.

tunc. Vnde si quis dubitet posse ex aliqua causa impediri prouisionem summi Pōtificis, imperat hoc rescriptum ut perinde valeat, ac si tempore impetrationis valida fuisset vt in cap. cum in illis de p̄ab. in 6. Nam ista dictio (perinde) denotat omnimodam iuris similitudinē, Parisius consil. 38. lib. 4. & operatur ut omnia tollat, & trahit decreta pro expressis, ut constat in decisionibus sacri Palatij. 3. par. lib. 3. quæst. 16965. Sequentia autem impedimenta allegari possint contra hoc rescriptum. Primo, si illud sit concessum posteaquam fuerit ius tertio quæsum, nec enim Papa censetur derogare iuri tertij, nec per prædicta verba intendit auferre ius in re, vel ad rem alteri quæsum. cap. quanuis de rescript. in 6. cap. cū olim de consuetudine. Nam ratihabitio vel confirmatio non trahitur retrō in præiuditiū iuris quæsii. I. bonorum. ff. rem ratam hab. vbi Bartol. id notat, nec princeps confir-

mat contractum inualidum si fiat in alterius præiuditiū, & posteaquam est alteri ius quæsum. I. adoptio non iure facta. ff. le adopt. I. 2. in fin. ff. de rebus eorum. Item contra illud opponi potest quod in eo non sunt expressi omnes defectus, qui exprimi debuerant; nam expressio vnius non supplet alios non expressos. I. I. §. si plura. ff. ad Turpill. & sublato uno impedimento, aliud remanet, cap. ex tuarum de auct. & vsu palij, & ita praxis Romana obseruat, vt in rescripto perinde valere, non debeat suppleri ultra id quod in supplicatione sit expressum pro ut testatur Rebus. in praxi benef. 2. par. num. 38. Item, & illud obijci potest si in eo suppletur defectus, qui iure suppleri non potest, nec enim hæc gratia (perinde valere) potest se extendere ad defectus naturales Iass. in l. rescripta in fin. C. de precibus imper. off. rend. Bald. in l. Barbarius. col. 12. ff. de officio prætor. Inoc. in cap. suscitau-

19 ius de rescript. Item prædict. rescriptum potest impedire verus impetrans, quoniam impetrans gratiam (perinde valere) est quasi fictus impec- trans qui per fictionem vult, ut sua impetratio vim & ro- bur habeat tanquam si vera esset & valida à principio, & ideo verus ei præferti debet, sicut veritas præfertur opi- nioni. I. filio quem pater. ff. de lib. & posth. I. si pater. §. quoties. ff. de man. miss. vind. §. si quis rem Instituta de le- gat. & verus sponsus præfer- tur ficto, cap. fraternitatis de frigidis; & causa naturalis præfertur accidentalii. I. qui habet. ff. de tutell. cap. præ- senti. §. idem de præbend. 6. Cassad. decis. 6. de conces- præben.

De clausula rationi congruit.

21 **T**Endit hæc clausula ad conseruandū ius, quod habeo ex primā impetratio- ne, velut si à Papa fuero pro- visus de aliquo beneficio, & habuero tantum signaturam,

& ille Papa mortuus fuerit, postea Papa successor solet expedire Bullā cum illa clau- sula (rationi congruit) quasi dicat conuenire, & honestū esse, vt quæ de Romani Pon- tificis gratia seu benignitate in prosequendo iusta deside- ria potentium processerunt, licet eius superueniente obi- tu Apostolicæ super illis li- teræ confectæ non fuerint, suum plenum consequantur effectum Gomes, & Mando- sius num. 8. reg. Cancell. Re- buf. lib. 2. prax. benef. cap. de gratia. Sed obijcitur contra illā si prima impetratio erat inutilis, nam per istam secun- dam Bullam cum prædicta clausula, illa non confirma- tur, quia non est intentionis Pontificis confirmare primā prouisionem si sit inualida, sed vult ut valeat, ac si expe- dita fuisset à prædecessore, vnde si ab illo facta non va- luisset, nec nunc quidem va- lebit. Item contra illam op- ponitur si secunda Bulla sub forma (rationi congruit) jam- plior sit, & prius aliquid per

per eam addatur, nec enim se-
cunda valebit, quia omnis
actus intelligitur de primo. l.
boues. §. hoc sermone. ff. de
verb. signific. cap. non potest
de præb. & ista est subrepti-
tia. Nam si Pontifex sciuisse-
t Bullam prius expeditam, nō
hanc concessisset, vel non tā
facile. cap. postulasti in fin.
de rescriptis. Item & excipi
potest, si literæ prioræ non
fuerunt iustæ super casu, &
negotio iustitiae Rebus. sup.
nu. 28. Item adde quod clau-
sula (*ex certa scientia, & de*
plenitudine potestatis) solū
operatur in ijs quæ sunt in-
ris, & non facti, Bald. in l. vlt.
C. sententiam rescind. Ro-
land. consil. 7. nu. 100. vol. 3.
vbi declarat quando illa non
procedat.

CAP. IIII.

De causis, quæ spectent ad Iu-
dices Ecclesiasticos.

I Nter alia, quorum cogni-
tio ad Iudicem Ecclesia-

sticum spectat (quæ omni-
bus vbiq; in aperto sunt) est
etiam cognitio de bonis pro-
prijs Ecclesiar, quæ eius sunt
quoad utile, & directum do-
minum : nam de ijs cognos-
cit Ecclesiasticus contra lai-
cum, Ordin.lib. 2. tit. 1. §. 6.
vers. porem. Sed hæc Ordin.
limitatur nisi reus laicus ne-
get res illas esse Ecclesiasti-
cas, nam tunc remittendus est
ad Iudicem secularē uti pro-
batur in cap. si clericus laicū
de for. comp. quia per illam
negationem res efficitur du-
bia glof. in cap. 1. verb. con-
seruatores, de officio deleg. t.
in 6. glof. in cap. veniens de
renuntiatione. Et in dubio
laicus non est trahendus ad
Iudicem Ecclesiasticum cō
tra regulam. cap. cum sit ge-
nerale de for. compet. & ita
decisum fuit in causa Mona-
sterij Diui. Dominici cum
Petro Aluares, Ann. 1607.
Scriba Augustino Rabelo.
Nisi clericus actor dicat se
paratum esse incontinenti
probare rem esse Ecclesiar,
ut per Abb. in cap. si clericus
num.

- num. 14. & 15. de for. compet. Couar. lib. I. var. cap. 4.
- 4** Item quoq; cognoscit Ecclesiasticus etiam inter laicos, de crimine periurij secundū glof. 3. in dict. cap. cum sit generale. Est enim mixti fori. Ordin. lib. 2. tit. 9. ibi, *periuros*. Sed hæc Ord. intelligenda est in hunc modum scilicet, vt secularis index possit punire laicos periuros, cap. Rex debet 23. quæst. 5. Couar. in cap. quanuis pactum. 1. par. §. 3. num. 11. in 6. Positq; cogere laicum cui turpiter est iuratum, vt iuramentum remittat secundum Couar. lib. I. resolut. cap. 4. nu. 5. vers. verum. vel ad eius obseruantiam, quando fuerit licet ut in cap. licet mulieres de iur. iur. in 6. Cæterum quo ad hoc, vt detur pœnitentia, periuro in foro conscientiæ, vel quando agitur in foro cōtentioso de validitate iuramenti, aut de eius relaxatione, tūc Index Ecclesiasticus competens erit etiam inter laicos, & illi efficiuntur de foro Ecclesiæ, vt in capit. fin. de for. comp. in 6. Fortun Garcia de vlt. fine. num. 325. Selua in tractatu de iur. iur. 2. par. quæst. 5. Et in foro iurantis seu in loco contractus Capicetus decis. 18. num. 6. Praxi vero ad petendam relaxacionem iuramenti creditor citari solet, siue illud iuramentum sit turpe, seu illicitum à maioribus, vel à minoribus, siue à mulieribus præstitum ex c. 1. de iur. iurant. cap. tuas de usu ris resoluit Affin. in praxi. §. 7. cap. 5. limit. 103. Menoch. consil. 24. numer. 11. & 12. Couar. lib. I. var. cap. 4. num. 5. vers. id vero. Thom. Zerol. in pract. Episco. verb. iuramenti absolutio in princ. Et prædicta relaxatio denegari non solet etiam in iuita parte aduersa vt per Afflict. decisio. 220. nu. 10. & 11. Quantum uis in contractu iuramentum appositum fuerit de non petenda relaxatione, nec ea viēda si fuerit concessa etiā motu proprio, Zerola ubi sup. in princ. nam tale iuramentū censemetur temerarium, & per illud detrahitur iuri superioris,

ris , cuius auctoritas in quo-
libet iuramento censetur ex-
cepta iuxta tex. in cap. venie-
tes de iur. iurand. tenet Ri-
chard. in 4. distin. 38. artic. 9.
quest. 3. Felin. in cap. consti-
tutus. num. 9. de rescript. So-
to lib. 8. de iust. & iur. quest.
1. artic. 9. col. pen. Staphileus
de liter. gratia pag. 168. Dum
modo tamen impetrat faciat
mentionem de iuramento , &
quod iuravit se non petiturū
relaxationem , nec ea usurum
etiam motu proprio conces-
fa , alioquin aliter præstata
subreptitia esset , secundum
Afflct. vbi sup. num. 11. Pa-
ris. consil. 96. num 93. lib. 2.

8 Praxis etiam recipit ut in eo-
dem libello in quo petitur re-
laxatio iuramenti ad effectū
agēdi , simul peti possit , quod
ipse Iudex Ecclesiasticus præ-
stata relaxatione annulet &
rescindat ipsum contractum ,
nam ad hoc etiam erit com-
petens secundum Bald. in l.
ordinarij. C. de rei vend. se-
quitur Alex. in l. quoties. C.
de iudit. & dicit communem
in praxi Dec. in rubric. leā.

1. num. 2. extra de iudit. & ibi
N. uir. num. 12. Gutierres de
iuram. confirm. 3. par. cap. 12.
num. 6. pro qua sentencia ex-
pendo tex. in Ord. lib. 4. tit.
73. §. 1. Quatenus ibi lex pro
hibet tabellionibus ne in con-
tractibus de se validis inter
laicos celebratis iuramentū
apponant , & nulla quidem
alia ex causa , quam quia ra-
tione iuramenti laici effician-
tur de foro Ecclesiastico , &
secularis iurisdictio defraude-
tur . Sed hoc non egreditur
personam iurantis , nam in
eo casu quo secularis fideius-
fit apud acta cum iuramento ,
eius hæredes nō potuisse tra-
hi ad Ecclesiasticum decidit
Senatus in litiè Petri Franco ,
Scriba Augustino Rabelo ,
Anno 1616. Praxis etiam est
ut sola relaxatio non sufficiat
ad annullandum contractum ,
sed adhuc necessaria est enor-
missimæ lœsonis probatio ,
ut decidit Senatus in lite Mo-
nialium de S. Clara de Beja ,
cum Ioanne Auoim , Scriba
Stephano de Viana. Item co-
gnoscit Iudex Ecclesiasticus
de

de matrimonio si est clandestinum Zerol. in pract. Episcop. verb. matrimonium. ver sic. 3. ubi dicit ex declaratio- ne sacræ Congregationis 68. ab Episcopo deberi declara- ri irritum, & nullum. In quo notabis qualiter sacram Cō- ciliū de reform. matrimon. cap. 1. solum annullat matri- monium clandestinum con- tractum per verba de præsen- ti, non autem sponsalia per verba de futuro, quia ea re- linquit in terminis iuris com- munis sacr. Congregat. de- clar. 45.

§.r.

*Quando Iudex secularis pos-
sit cognoscere contra per-
sonas Ecclesiasti-
cas.*

In primis ex Regia consti-
tutione, lib. 2. titul. 1. ma-
nifestum patet, quod secula-
ris potest cognoscere contra
clericum super bonis patri-
monialibus eiusdem clericī,
& ita apud Hispanos seruari

testatur Grego. per tex. ibi in
l. 57. tit. 6. par. 1. & receptum
dicit Couar. lib. 1. var. cap. 4.
num. 3. ubi num. 4. Ampliat 12
etiam si prædicta bona sint
illa, ad quorum titulum cle-
ricus facros ordines suscep-
pit, ac proinde in prædictis
bonis ordinariam præscrip-
tionem sufficere decreuit Se-
natos in lite Emanuelis San-
chez d'Almada, cum Mar-
cos Lopes Antiques, Anno
1611. Scriba Antonio Car-
ualho, & tenuit Abb. in cap.
ex literis. num. 11. de vita, &
honest. cleric. Item, & de pos-
sessione rei Ecclesiasticae,
quæ in facto consistit, quia
est profana Menoch. de re-
cup. remed. 15. num. 211. Gu-
tier. quest. lib. 1. tit. 34. Aze-
uedus lib. 1. nou. recop. tit. 6.
cap. 2. Afflict. decis. 2. nu. 13.
Cabed. decis. 82. Saulhos,
quest. 504. Menoch. de retin.
remed. 3. nu. 357. Et etiam de
Clerico in minoribus consti-
tuto qui si declinat iurisdi-
ctionē Regia, munera, quæ
ab ipso Rege obtinuit, amittit
ex Ordin. lib. 2. tit. 3. Quæ
poena

pœna quomodo evitari possit per cautelā docuit Gomes 3. tom. cap. 10. nu. 7. adde Co
16 uar. praet. cap. 33. nu. 6. Alios casus enumerant Cassan. in consult. Burg. rub. 1. §. 5. n. 47 Zerola in practic. Episcop. verb. Iudex. num. 9.

§. 2.

De praxi procedendi in castibus mixti fori.

17 **V**x diximus de casibus mixti fori intellegēda iunt, primō ita quidē, ut crimen punitum ab uno, non possit ab altero iterum puniri Marant. de ord. iud. 4. par. dist. 1. num. 20. & 27. & 6. par. tit. de Inquisit. num. 18. 97 Nisi pœna à Iudice Ecclesiastico imposta non sit condigna, & mensurata delicto, nam secularis tūc poterit iterum cognoscere & punire, Symanch. de instit. cathol. titul. 8. num. 9. Auend. in cc. prætorum, 2. par. cap 5. num. 18. Alciat. in cap. 1. nu. 128. de officio ord. Couar. lib. 2.

var. cap 10. num. 6. & sic est intelligendus tex. in cap. Felicis. §. per hoc de pœn. in 6. Secundō, illud quod dicitur 19. Iudicem Ecclesiasticum posse cognoscere aduersus laicos, debet ita intelligi, & declarari, ut non possit ille propria auctoritate capere bona, & personas eorum, sed vt per ceras Ecclesiasticas aduersus eos procedat pro executione suæ sententiæ, & postea imploret brachium seculare, & est communis praxis Hispaniæ, quam resoluti Auiles in cc. prætorum. cap. 20. nu. 14. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quest. 37. num. 8. Palat. Rub. in cap. per vestras. §. sed est pulchra dubitatio. num. 18. & ita decidit Senatus Portuensis in fortioribus terminis in causa Cosme d'Vnhos Anno 1609. Scriba Emanuel da Rocha. Fallit tamen nisi in 20 aliquo Tribunali Ecclesiastico vigeret contraria consuetudo, nam tunc Episcopus poterit capere bona, & personas laicorum, prout opinatur Bald. in cap. significasti de

- de officio delegat. Auiles vbi
sup.num.15. Palat.numer.6.
Couarru. qui dicit in aliquot
Hispaniarum diæcessibus ita
obtinuisse pract. cap.10.n.2.
Iuuat Ord.lib.2.tit.9.§.1. ibi
21 *Haec dito costume.* Quæ tamē
consuetudo hodie sublata cē-
setur ex alia Ord. quæ vide-
tur antinomia. lib.2.tit.1. §.13.
ibi, *do contrario costume*, ex
qua quendam Franciscum
Ramalho laicum non potuissi-
se ab Episcopo Lyriensi in
carcerem detrudi absq; iudi-
ciali processu & sententia de-
creuit Senatus, Anno 1608.
Scriba Agostino Rabelo. Et
22 quanuis quando Iudex Ec-
clesiasticus legitimè aduer-
sus laicum cognitionem, &
examen culpæ ad punitionē
instituerit, à multis receptū
sit posse laicum ipsum cape-
re, &c in carcerem mittere, vt
in cap.attendendum 17.q.4.
cap.contra idolorum 26.quæ
stio. 5. cuius meminit Rom.
sing. 660. Felin. in cap. cum
sit generale.num.20. de foro
23 comp. Tamen ex praxi ad-
huc necesse est, vt per senten-

tiam conuincatur reus de cri-
mine iudicialiter, ita vt absq;
illa non posse Ecclesiasticū
procedere ad capturam laici
ex crimine visitationis cen-
suerit Senatus non obstante
diplomate regio, quo conti-
nebatur criminis secreta non
esse remittenda in lite Ma-
thæi Antunes, ex oppido de
Azeytó, Anno 1611. Scriba
Augustino Rabello.

C A P. V.

*De citatione & mandato
monitorio.*

IN monitorio, vel in ci-
tatione per literas pre-
catorias, inferi debet
causa, ob quam citatio fit,
Abb.in cap.2. num. 8. de di-
lat. Marant.in pract. pag.369.
num. 69. Vnde si in precato-
ria sit expressa una causa, &
postea eam actor mutauerit,
reus non tenetur ei responde-
re, O.din.lib. 3:it.1. §.7. Barto-
li.in l.aut qui aliter. ff. quod
vi aut clam Felin. in capit.
consuluit. num. 3. de officio
deleg.

deleg. & si causa fuerit falsa non valebit citatio, glof. in cap. veniens de accusat. Alexan. in l. à diuo Pio. §. in venditione. colum. 6. ff. de re iud. Item citatio facta non seruata solemnitate est nulla, & processus nullus. l. 1. §. Offilius. & ibi Bartol. ff. ne quis eum, Afflict. decissio. 2. num. 6. Nisi citatus sua sponte compareat, quia tunc citatio inualida per comparitionem robur accipit, & convalidatur, ita statuit Senatus in litè Ioann. Feo, Scriba Frá cisco de Oliuera circa citationem à Nuncio intra domum factam per text. in l. 1. §. sed si. ff. de ferijs. Alex. ibi, num. 3. Bartol. in l. 1. num. 1. ff. de in ius voc. Gayl. pract. obser. 58. & 48. num. 4. Item in citatione, quæ fieri solet in animā, praxi non recipitur il lud, quod in seculari iuditio frequentatur, vt in contumacia rei iuramentum actori referatur, sed est necessaria cōtestatio, & ut reus appareat per se; vel per Procuratorem alias proceditur per cēsluras.

C A P. VI.

De libelli oblatione.

*

Libellus impugnari potest de ineptitudine, vt quia sit obscurus, secundum Specul. de lib. concept. 2. col. vers. item non valet. Auen-dan. responso 1. num. 19. Mat-tiens. in dialog. relat. 3. par. cap. 43. num. 3. Gayl. pract. obser. 66. & 67. In quo datur cautela per Cæpol. cap. 106. vt cōtra eū opponatur sēper in specie dicendo, in quo loco, & in qua parte obscurus & incertus sit. Nām si oppo-natur in genere non sufficiet & poterit actor replicare di-cens, quod exceptio rei est varia dubia, & incerta, vt quia non petit declarari in quo loco sit obscuritas. Item & secundo libellus impugna ri solet, quia habet conclusio nem incertam. l. si seruus. §. 3. ff. ad 1. Aquil. Item si continet contraria. Item si non continet causam, vt glof. & Bartol. in l. 2. §. circa. ff. de dolii ex-cep. Item sine expressione rei quæ

rantur, & petita fieri, & protesta vir com sua contrarie-dade em seu tempo, & pede justica com custas, quam praxim posuit Bartol. in l. 1. nu. 73. C. de litis contestatione, Abb. in cap. 1. post num. 6. extra eodem. Et de stylo ho-die dicitur *contesto pola clau-sula gérat*. Quod est idein. Nam cum litis contestatio sit lapis angularis, & fundamen-tum iuditij secundum Bald. in cap. 1. de lit. contest. Gayl. pract obseru. 75. In tantum quod illa à partibus remitti non possit secundum glo. in cap. de causis de officio de-leg. nihil mirum si reus à Iudece compallatur litem con-testari Marant. in pract. 6. p. memb. 10. num. 8. Assinius in praxi. §. 17. num. 5. Nā licet in foro seculari Iudex habeat litem pro contestata sine alia coactione vt infra dicam. Tamen in hoc foro procedi-tut per censuras usque quo reus veniat litem contestatu-rus, quo casu protestatio dic-e-tis se non animo contestan-di respondisse, nihil iuuat, vt

per Mascard. de probat. con-clus. 434. num. 20. cum seqq. Sed in causis summaris litis contestatio non requiritur, Clementina sēpe de verbor. significatione. Et 82. casus in quibus illa non est necel-saria, congerit Socin. in cap. quoniam frequenter à nu. 9. vt lite non contestat, & eius effectus ponit Marant. in pra-ctic. pag. 420. num. 9. & 12. refert Soares in pract. 1. tom. 1. par. 6. temp. Item licet in seculari iuditio tantummodo dentur duo libelli ex qualibet parte, tamen in hoc admittitur quadruplicatio, & articuli accumulatiui de nouo ex licentia, vt erat de iure communi. l. 2. ff. de except., & in principio Instit. de re-plica. Et si reus ad terminum non responderit incusari de-bet contumacia, vt reijsca-tur, & de cœro non sit au-diendus, quod non est ita in seculari, vt infra dicam, lib. 3.

cap. 10.

n. 2.

*

CAP.

CAP. IX.*Determino probatorio.*

omnes tres dilationes ex Bar
tol. in l. i. C. de dilat. stylo &
praxi receptum asserit Ca-
bed. a rest. 86. 1. par.

A Pud Tribunalia Eccl
clesiastica tres dila-
tiones conceduntur.

Quarta vero non datur nisi
adhibita iuris solemnitate, de
qua in cap. vltra tertiam 55.
de testibus, resoluuit Gayl. lib.
1. obser. 91. nu. 2. 4 & 6. Vel
nisi pars fuerit minor, Eccle-
sia, capitulum, collegium, ho-
spitalis, vniuersitas, & alij,
quibus competit restitutio,
quos latè recenset Marant. in
pract. pag. 564. ex num. 83.

2 Quæ sibi danda erit etiam
contra aliam personam pri-
uilegiatam. cap. auditis de in-
tegr. rest. Rebuf. 2. tom. de
rest. artic. 1. glos. 1. num. 44.
Maurit. de rest. in integ. cap.
249. Vnde prædictis per-
sonis dilationem duplicari per
restitutionem in integrū cau-
tē aduocatus procurat, ne
postea petita in integrū resti-
tutione lis magis protrahar-
tur, nam etiam non petenti,
& in uito minori duplicari

CAPPE N D I X
Depositionibus.

L Icet de iure & praxi nō 4
respondens positioni-
bus habeatur pro confessio,
prout habes lib. 3. cap. 12. nu-
mer. 24. Tamen hoc fallit in
beneficialibus, & spirituali-
bus, in quibus non respon-
dēs positionibus, sicut & non
jurans de calumnia, non ha-
betur pro confessio, ita Spec-
ulat. in titul. deposit. § 3. nu-
mer. 3. vers. secus puto. Ea ra-
tione, quia beneficia & spi-
ritualia non possunt posside-
ri abq; canonica institutione
cap. 3. de instit. & confessio
aduersarij, siue tacita siue ex-
pressa nihil in hoc operatus,
ne hac via ingressus ad be-
neficia pateat vitiosus. cap.
eum qui. De eo qui mittitur
in possess. causa rei
seruandæ in 6.

- quaꝝ petitur Bald. in l. edita.
 4 C. de edend. Item si habet
 verba contumeliosa. l. 1. C.
 vt nemo p̄iuatus. l. 1. C. vt
 quaꝝ defunt aduocatis, alios
 modos quibus libelus impu-
 gnari possit, ponit Speculat.
 vbi sup. §. 15. glos. in l. 1. ver-
 bo. libellus. ff. de officio Af-
 fessor.

§. I.

De Reo contumace.

R Eus citatus si fuerit cō-
 tumax, tentari potest,
 vt procedatur per missionem.
 ex 1. decreto, si causa est rea-
 lis (quod non est in vsu apud
 nos in seculari iudicio) præ-
 stito tamen prius iuramento
 calaminiaꝝ, secundum glos. in
 cap. quoniam contra. §. in
 alijs. verb. sumatim extra, vt
 lite non contestata, quaꝝ mis-
 sio cessat, si reus intra annum
 compareat, & expensas refi-
 ciat. cap. 1. & 2. de eo qui mit-
 titur, Menoch. lib. 2. de arb.
 cent. 1. casu 6. num. 13. Pro-
 ceditur etiam contra contu-
 macem per remedium secre-

stationis. cap. 1. & 2. de seque-
 stra. possel. & fruct. cap. 2. de
 dolo & contum. Si verò aga-
 tur actione personali, tunc
 proceditur per censuras, vt
 in cap. 1. de iudic. cap. tuꝝ.
 cap. quoniam. §. in alijs vt li-
 te non contestato, quod fal-
 lit in causa matrimonij secun-
 dum Abb. in dict. cap. tuꝝ.

C A P. VII.

*De reo excipiente, vel
 recusante.*

R Ecusatio debet propo-
 ni in scriptis cum cau-
 sa legitima, siue lis agatur co-
 ram ordinario, siue delegato.
 cap. cum spetiali iun. glos. ver-
 bo, coram, de appell. cap. 2.
 eodem titul. lib. 6. Quaꝝ au-
 tem sit iusta causa, iudicis ar-
 bitrio relinquitur. Rebus. 3.
 tom. com. tit. de recusat. ar. 9.
 glos. vnic. num. 9. Menoch.
 lib. 2. de arbitr. cent. 2. casu
 152. Licet non nullas spetia-
 liter enumerat Marant. in pra-
 dic. pag. 558. num. 26. Re-
 pellitur

pellitur tamen à recusatione pars quæ fecerit actū, per quæ videatur in Iudicem consen-
tire, iam habita notitia causæ
recusationis. Qui tamen con-
sensus non inducitur ex eo,
quod petierit copiam libelli,
vel quod dederit satisdationē
iuditio. Sisti secundum Bart.
in l. si conuenierit. ff. de iu-
risd. omn. iud. per l. non vi-
detur à 2. ff. de iudit. Marant.
vbi sup. pag. 227. num. 50.
Libellus autem recusationis
proponitur coram ipso iudi-
ce, & probatur coram arbitri-
bus electis per Iudicem, &
partes litigantes. cap. suspicio-
nis de officio deleg. vel apud
collegam. cap. si contra vnu
de officio deleg. in 6. Couar.
pract. cap. 26. num. 5. Et licet
dubium sit an gesta à Iudice
recusato valeant, verius est
valere, quanuis rescindi pos-
sint ut in l. non distnguemus
§. cum quidam. ff. de arbitri.
Constat enim quod propter
recusationem non tollitur iu-
risdictio. cap. Iudex de offi-
cio deleg. in 6. quanquam aliud
dicendum sit in seculari iu-

ditio ex Ordin. lib. 3. titul. 27.
§. 4. Alex. in l. quia poterat.
num. 8. ff. ad Treb. Potest etiā
reus excipere aduersus acto-
rem, quod non possit stare in
iuditio, quia sit excommuni-
catus. cap. intelleximus de
iudit. In quo declarari oportet
speti excommunicatio-
nis, an sit maior, vel minor,
& etiam nomen excommu-
nicationis ut in cap. 1. de ex-
cept. in 6. Ne excipiens vase-
tur, & illudat iudici, & acto-
ri, & ut sic finis litibus impo-
natur. Couarru. in cap. alma
mater. §. 8. num. 5. 1. par. de
sententia excom. in 6.

CAP. VIII.

De responsione rei, & litis
contestatione.

REUS si statim respon-
dere noluerit, facit co-
testationem in hunc modum
o R. comprema de v.m & me-
do das censuras Ecclesiasticas
contesta o libello do A. per ne-
gaçao, segundo vem proposto,
negando narrata, prout nar-

E TANTUR.

§. I.

De testimoniis repulsione.

IN hoc foro Ecclesiastico, quocunq; tempore possunt peti nomina ad obijciendum aduersus testes antequam publicatio fiat ut in cap. praesentium de testibus in 6. non obstante contraria consuetudine, quæ in seculari iudicio seruantur. Et licet in alijs causis repulsa in prima instantia non possint opponi postea in secunda, vt ex Afl. & alijs infra annotauit. cap. 13. lib. 3. Tamen in causa matrimoniali exceptio falsitatis contra testes post sententiā, & in infinitum obijci potest glos. in cap. 1. verb. per sententiam de except. Cum appareat falsitate probata Ecclesiam fuisse deceptam, ac proinde sententia erit retractanda iuxta cap. lator. cap. 1. consanguinei de re iud. Abb. in cap. 1. num. 10. de except. vbi Dec. num. 4. Manta. num. 16. Vnde dicitur, quod sententia in causa ma-

trimoniali nunquam transit in rem iudicatam secundum omnes in dict. cap. lator post glos. ibi. verb. permanere, quā uis alio modo explicet Couar. in 4. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 12. num. 12. & alio Soares in pract. 1. tom. 1. par. 9. temp. num. 7. Sed melius explicat And. Gayl. lib. 1. pract. obser. 112.

C A P. X.

Desententia.

IN primis Index in sententia potest sibi reservare diminutionem, declarationem, siue moderationem illius, Couarr. pract. cap. 34. in fin. Rebus. pract. benef. in forma vicariat. num. 136. Sella in Tracta. de benef. 4. par. quest. 7. num. 5. Sed illa non transit in re iudicata in causa matrimonij ut sup. dixi, nec etiā in causa beneficiali quo ad præiuditum superioris, sed bene quoad præiuditium partium, cap. cum Bertoldus

dus de re iud. Abb. in cap. I.
de concess. præbend. Nec itē
in causa suspensionis, excom-
municationis, vel interdicti,
Zerola in practica verb. sen-
tentia. num. 9. vltra quæ 24.
casus in quibus sententia nō
transit in rem iudicatam tra-
dit Marant. in pract. pag. 534
num. 130. cum sequentibus.

C A P. XI.

De appellatione.

Apellatio interponi
debet corām Iudice
à quo viua voce in
Audientia Clementin. ibi,
corām ipsis, de appell. decisio
50. Rota de appell. in nouis,
& est communis secundum
Nauar. in cap. cum contingat
num. 10. de rescript. resolutit
Guerres lib. I. pract. quæst.
102. alioquin appellatio corā
notario interposta, & non
corām Iudice erit nulla Ca-
pella Tholosana, decis. 429.
& sicut in hunc modum.

Dis f. R. que elle se sente
muito agravado de v. m. o con-
denar pela sententia da con-
tenda, & o he defeyto pelas
causas, & razões seguintes.
A primeira, por tal, & tal
causa. E a seguda, por tal, &c.
Pelas quaes, & por outras q
do processo se coligem, que
aqui ha por expressas & decla-
radas, & por outras que em
seu tempo & lugar se dirão,
salvo iure nullitatis appellada
d. sentença para o noſo muy
santo padre Papa, ou para ante
a sede Apostolica, para ante
&c. sob cuja proteção & ampe-
ro poem sua peſoa & bens, &
pede os Apóstolos ſape ſepiuſ
ſepiſimè, instanter, instanti-
tius, instantiſimè, ſimul, &
uno conſextu. E outra vez
os pede com as maiores instan-
cias, & affincamentos que po-
de, & o Eſcriuão lhe dê por
eſtrumento, & os presentes
lhe ſejam testemunhas.

Dicitur salvo iure nullita-
tis, quia si sententia est nulla
ratione consensus appellans
appellando ſimpliciter con-
firmat ſententiam nullam, fe-

cus si est nulla ex alio defessa.
At ut per Bartol. & glos. in l.
2. C. si ex falso instrum. & in
l. i. C. quando prouocar. non
est necel. si expressum. §. fin.
de appellat. & ideo illa pro-
testatio (saluo) conseruat ius
partis. glos. in l. si debitor. §. i.
vers. saluam pignoris causam
ff. quibus mod. pign. vel Hy-
poth. Cephal. consil. 296. lib.
2. num. 1. Gam. decis. 148.
num. 3.

Dicitur etiam, *pede os*
Apostolos, id est literas di-
missorias, quas si appellans
non petit, non valet applica-
tio iuxta Clementina quavis
rigor de appellat. Guid. in q.
4. num. 13. vbi limitat, & sunt
petendi Apostoli modo, de
quo sup. alias applicatio non
valebit Mirant. in pract. tit.
de appell. num. 119. Sufficiet
tamen ut unico actu sepius
petantur in uno eodemque
libello intra 30. dies. Clem.
quauis de appell.

§. i.

De tuitius.

Si pars appellauerit ad
Curiam Romanam (in

casu quo potest) antequam
finiatur tempus appellatio-
nem prosequandi, poterit im-
petrare chartam, per quam
pendente appellatione non pro-
cedatur contra illum, Ordin.
lib. 2. tit. 10. Quam char-
tam tuitiuam concedunt Se-
natores palati, in tit. do regi-
mēto do defembargo do Pa-
ço. §. 118. & eius proxim po-
nit Couar. pract. cap. 35. nu-
me 3. vers. nam ubi lis agitur.
Quod si ante appellationem
petatur charta tuitiuia iuxta
terminos interdicti, unde vi,
videtur posse concedi ex Or-
din. ubi sup. §. 116. pro quo
expende, Ordin. lib. 3. tit. 85.
§. i. Et de istis tuitiuis, circa
alias quæ. vide Cabed. decis.
76. lib. 1. & decis. 71. 2. p. Val-
lasc. consil. 79. lib. 1.

§. 2.

*Appellatio ad quæ interponi
debeat.*

Postquam appellans se
offert coram Iudice à
quo, & coram eo suam ap-
pellationem interposuit, tūc
ille, aut appellationem dene-
gat, aut ei defert, primò casu

ap-

appellans supplicat ad superiorem, & petit rescriptum inhibitorium, ut per dies aliquos non procedat ad ultiora, & ut transmittat acta, quibus transmissis, & visis iudicari potest iuxta cap. Venerabilibus. §. porro. de sententia excommunicationis, & si inuenierit bene appellatum abolutus, vel ad suffraganeum, ut eum absoluat, remittet Zerolla in pract. Episcop. verb. appellatio. versic. 8 deinde. Si vero appellationi dessert tunc assignabitur tempus appellanti ad petendos Apostolos, & ad se presentandum, & ad prosequendam appellationem coram superiori, & si non se presentauerit in termino constituto, appellatio remanet deserta ex testimonia, quod affert appellatus ad comparendum, cuius rei primum ponit Cabed. atest. 42. 1. par. & DD. in capit. personas de appellat. Contra quam tamen sententiam desertionis opponi possunt impedimenta ex causis, de quibus Mascal. concl. 116. Ma-

ranti in pract. pag. 64 r. num. 401. Quæ tamen appellatio fieri debet de minori ad maiorem Iudicem. cap. non putamus de consuet. in 6. Debetq; gradatim ad Iudicem maiorem immediatum, & nō omisso medio interponi, cap. dilecti 3. de appell. cap. Metropolitanum 2. quæst. 7. Quanuis omisso medio ad Papam appellari posse probat. tex. in cap. ad Romanam 11. 2. quæst. 6. cap. si duobus. capit. solitudinem de appell. vel ad legatum sedis Apostolicæ, Couar. pract. cap. 4. n. 9. Nisi appellaretur à subdelegato delegati Papæ, quia tunc ad ipsum delegatum est appellandum. cap. si delegatus. §. fin. de officio deleg. in 6.

§. 3.

De inhibitione.

Diximus quod in hoc gradu ante omnia petit appellans mandatum inhibitionis contra Iudicem inferiorem, quo ei inhibetur causa cognitio. cap. Romana. §. si vero de appell. in 6. inouato à Concil. Tridenti.

ses. 22. cap. 7. Nam in casibus
in quibus appellatio de iure
prohibita esset, non poterat
superior inhibitionem dare
contra inferiorem, donec co-
gnoscatur de causa iusta, vel in
iusta appellationis per acta
ipsius processus, & ideo in
¶ 14 hoc solet altera pars impe-
trare, nihil transcat, per quod
suspenditur mandatum inhibi-
tionis, & non conceditur
nisi parte citata, & audita de
iure suo. Nec etiam in causa
criminali datur inhibitio, nisi
prius visis actis processus,
Concil. Trident. ses. 13. de re
form. cap. 3. Vnde in ijs cau-
tus Aduocatus procurat, ut
veniat acta processus ad su-
periorem, ut ex eis possit iu-
stificare appellationem, &
sic possit inhiberi executio
inferiori, nam si Iudex à quo
post inhibitionem ei intimata
tam aliquid inouauerit, quasi
attentatum reuocabitur per
superiorem, vel nullum iudi-
cabitur, ut in cap. per tuas de
sententia ex commun. Lan-
cet. de attent. c. 20. ampl. 10.
¶ 15 Cæterum si appellatio fiat

ab interlocutoria habete vim
definitiuæ vel continente gra-
uamen irreparabile per defi-
nitiuam, debet constare be-
ne appellatiū ex primis actis
processus, non verò ex nouis,
Clementina appellanti, de
appell. Bartol. in l. eius qui.
num. 8. ff. de minor. Dueñas,
regul. 47. vbi ponit 7. limita-
tiones. Et cōstituto, quod sit
bene appellatiū Iudex retinet
cognitionem causæ principa-
lis secundum glos. in cap. ut
debitus honor. verb. alioquin
de appell. glos. in cap. Roma-
na. §. fin. codem lib. 6. Eius
rei praxim explicat Couar-
pract. cap. 9. nu. 5. vers. quin,
& illud.

§. 4.

De attentatis.

I Tem addo, quod quicquid ¹⁶
sit medio tempore, appella-
tione pendente à sententia
diffinitiuā, dicitur attentatiū,
ut per iura, & DD. quos citat
Mascard, conclus. 147. & se-
quenti Vallasc. consil. 91. lib.
1. Cabed. decis. 120. 1. par. Et
erit

erit reuocandum per Iudicē, ad quem iuxta tradita à Cabed. decis. 59. num. 4. 1. par. vel per Iudicem à quo secundum Couarr. pract. cap. 23. num. 2. versic. prima igitur. ¶ Vnde si pendente appellatio ne appellans dissipauerit frumentos, Iudices superiores possunt illos sequestrare. l. Imperatores. nu. fin. ff. de appellat. Ordin. lib. 3. tit. 73. §. 2. notat Marant. in practic. pag. 591. nu. 177. Cabed. vbi sup. nu. 5. Sed in hoc casu non sufficit allegatio, sed probatione opus est, quod dissipet Gayl. lib. 1. obseruat. 147. num. 5.

S. 5.

Appellatio quibus causibus nō admittitur.

¶ **A**ppellatio hodie ab interlocutoria non suspendit nec admittitur Concil. Tridentin. §. 24. de reformat. cap. 20. Nec etiam in causis criminalibus. §. 13. de reformat. cap. 1. Nec etiam admittitur præfertim ad effectum

suspensuum, quando per rescriptum Papæ sublatæ sit appellatio per clausulam illam (appellatione remota) c. 1. de rescript. cap. pastoralis de appellat. cap. super quæstionū. §. si vero de officio delegat. tradit Vitalis de clausulis. fol. 17. num. 3. Quæ tamen ¹⁹ clausula non intelligitur quo ad tertium pro suo interesse, ut est communis per Couar. pract. quæst. cap. 15. num. 4. Nam clausula illa operatur tantum quo ad partes in rescripto comprehensas, non vero quo ad tertium. Puteus in 2. decis. 147. Lancelot. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 8. num. 46. Sed si rescriptum illud emanavit ab officio contradictarum, per viam conquestus, ex quo illa clausula passim in omnibus commissariis per illud officium cœceditur, sine aliqua cause cognitione, non debet seruari communis opinio, & hæc praxis ex contuetudine obtinuit in causa Hispanensi. decis. 71. sacr. Palat. volum. 3. Sicut nec prædicta clausula ²⁰ tol-

tollit appellationem, quam appellans offert se incontinenti iustificaturum, secundum glos. in cap. suscitata, verb. sententiae, de in integr. restitutione, Mascalde probat. conclus. 687. num. 3. Sicut etiam nec praedicta clausula tollit querellam. cap. pastoralis. cap. concertationibus, eodem lib. 6. Nec supplicationem. Nisi remouetur propter delictum, vel contumaciam, Clementina unica, de dolo, vel ob infinitatem vitandam, Rebuf. 2. tom. constit. tit. de rescript. in præfatione. num. 161.

CAP. XII.

De executione sententia.

IN primis executio trium sententiarum conformiter non retardatur, Clem. 1. de re iudic., nisi ex restitutione in integrum, pro ut dixi lib. 3. cap. 21. num. 33. Vel ex nullitate surgente ex defectu iurisdictionis, ut per glo. vlt.

in Clement. de sequest. poss. & fruct. Alexand. consil. 77. num. 12. lib. 2. Couar. pract. cap. 25. num. 4. Vel ex causa nullitatis notoriz, ut per Bal. in l. 1. C. ne liceat tertio provocare. Iass. in l. 1. num. 8. fini operis. Mascalde. concl. 689. num. 3. de probatio. Sed nec tunc, quando executio est retractabilis, secundum Alexand. in l. 4. §. condemnatum num. 10. ff. de re iudicata. Aut quando impedimenta sint presumptiuè calumniosa contra illam, Capel. Tholosana, quæ stio. 54. & 430. & ibi additio, M. sing. cent. 3. obser. 84. Item per sententiam pars requiriatur, & proceditur per censuras, vsq; ad auxilium brachii secularis, seruata tamen forma Concil. Trid. sess. 25. de reforma. cap. 3. Item in hoc foro, ut sumariè procedatur ex scriptura, necessaria est recognitio, nec sufficit illa figura, quæ ob contumaciam in seculari à l. Regia inducitur.

§. I.

De executori apostolico.

Exe-

Executor datus à Papa, dicitur habere delegatam authoritatem Guido Papæ. quæst. 70. Gomes de trial. posses. quæst. 27. col. 3. vers. sic etiam, decis. Rotz. 6. de officio deleg. in nouissim. num. 2. qui partem citare debet, secundum Gomes in statu de expectat. & de breui, fallit quod ovellet examinare aliquem si est idoneus, quia tunc non est pars citanda, Anan. in cap. licet. num. 14. de transact. Abb. in clem. 1. de officio deleg. Quando vero in comissione dicitur vocatis vocandis, vel sine preiudicio, requiritur causæ cognitio Felic. in cap. de cætero. col. 3. de re iud. Caput. qd; decis. 284. par. 2. Item executor poterit cogere impenetrantem ad probandum valorem beneficij, licet illum expresserit in Chancellaria Apostolica iuxta formam regule de exprimendo valorem beneficij, imo debet facere executor ex officio suo, virū suum, quod expresserit Boer. decis. 161. num. 171.

Nam gratia est nulla, ob non
expressionem veri valoris,
Caputaq; decis. 8. numer. 6.
decis. 27. num. 2. gloss. verb.
atiquem in cap. significauit
de appellat. & in Concil. Tri-
dent. sess. 22. cap. 5: & 6. de
reformat. Item executor, an
possit procedere absq; ordine
iudiciorio; & possit recusari,
& ab eo appellari, vide Inoc.
in cap. proposuit de concess.
præbend. nu. 5. Sed quia pars
ponit exceptionem, & impe-
dimenta aduersus rescriptum
executoriale, & à non recep-
tione supplicat, & petit com-
missionem ad Collectorem,
solet altera pars impetrare
clausulam, sine retardatione
legitimæ executionis litera-
rum Apostolicarum, vti eue-
nit in lite Francisci Vas Pin-
to, Anno 1605. Scriba Ioan-
ne Baptista sanctæ Crucis.
Item literæ gratiarum, quo-
modo exequi debeant, pro
praxi videnda sunt, quæ la-
to calamo scripsit Flores lib.
1. pract. quæst. 4. Caualc.
decissio. 22. fol.

§. 2.

De auxilio brachij secularis.

PRÁXIS in hoc casu talis est, ut postquam Iudex Ecclesiasticus aduersus Clericum, vel laicum suis censuris viis fuerit, nec earum virtute potuerit suam sententiam exequi, nec iustitiam ministrare, requirere poterit Iudicem secularis per literas precatorias, vt ipse captis rebus, & persona Rei, sententiā Ecclesiastici Iudicis exequatur. cap. 1. ubi glos. verb. publicum, ubi etiam Abb. de officio ordin. & lege regia sancitum est in lib. 2. titul. 8. tradit Cabed. decil. 9. & 36. Conar. práct. cap. 10. Nam spiritualis potestas, & secularis inter se coadiuantur. cap. Imperator 96. dist. cap. nouit de iudit. aliás potest illum compellere suis censuris & pœnis spiritualibus ad auxilium sibi exhibendum, cap. 2. de maledicis, quod Iudex secularis tenetur exhibere nō alio requisito, & Ecclesiastici sententiam exequi absque

eo, quod de eius iustitia cognoscat Iul. Clar. lib. 5. sententiarum. §. fin. quest. 69. nu. 7. Bernard. Dias in práct. crim. cap. 133. Possunt autem obici, & admitti impedimenta contra brachij invocationem, & obtenta mandata executoria in termino reproductionis, qualia sunt illa impedimenta litis pendentiæ, & nullitatis, vel à sententia Iudicis 10. Ecclesiastici, cuius executio petitur, ritè & debito tempore appellatum, ac proinde pendente appellatione nihil inouandum, vel per Ecclesiasticum Iudicem nulliter processum, & iudicatum, quia sententia nulla non meretur executionem, de qua nullitate iudex secularis, antequam ad pœnam procedat primum cognoscere debet, ut præclare docet Abb. in cap. 1. de officio ordinari. num. 10. cum sequentibus. Et ita fuisse decisum in Camera imperiali, testatur And. Gayl. lib. 1. práctic. obseruat. 115. num. 4. in fin. Marant. in disput. 1. numeri 26. Oldrad. consil. 82. Sed si II. Iudex

Iudex requisitus excedat ita quod ab eo possit appellari, questionis est? Quis erit Iudex appellationis? An ille qui superior est Iudicis deprecantis, an superior iudicis requisiti. In qua questione Bartol. distinctione admittitur in l. à Diuino Pio. §. sententiam Romæ. num. 6. ff. de re iud. quam sequitur ibi Lasson. num. 10. Abb. in cap. quoad consultationem. numer. 29. de re iud. quanvis de consuetudine ad superiorem requisiti erit appellandum Rebus. 2. tom. ad II. Galliae. tit. de requisitorij. num. 14. vide sup. cap. 3. nu. 3.

§.3.

De Promotore Iustitiae.

VT Rectius, & facilius diæceses regantur, & moderetur, constituitur Promotore Iustitiae ab Episcopo, & eius Vicario, qui pro rebus Ecclesiasticis agat, & eas defendat, vitiaq; iubitorum accuset, & denuntiet, qui loco officij Episcoporum, seu eorum vicariorum succedit, & quod ipsi faciunt, ex

mandato Episcoporum censentur facere, vr not. Bernar. Dias in pract. crimin. canon. cap. 5. & de stylo fit laicus Promotore, vt in cap. 1. princip. de Procurat. in 6. Quanvis Castellæ semper clericus promotore fieri soleat, quia laico virtus clericorum accusare seu denuntiare interdictum est, cap. laico. c. sicut sacerdotes 2. quest. 7. cap. cum P. de accusat. Et eius deputatio etiam ad procedendum contra capitulares, pertinet ad Episcopum absq; Concilio Capituli, ita sacra Congregatione fuisse declaratum die 22. Septembr. Anno 1573. in facto ad Cardinalem Pachecum Archiepiscopum Burgensem testatur Zerolla in practic. Episcop. verb. Fiscus. num. 3. Item instantे Promotore Episcopus potest esse Iudex in causa suæ Ecclesiæ, etiam ad retractandum ea quæ ipsem fecit Nanar. consil. 20. num. 9. de rescript. Sed si Promotore temeritate, vel odio, aut calumniæ studio aliquem accusasse de-

prehendatur, non minus in expensis condemnabitur, quā si priuatus accusasset, vt te- nent Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 10. vers. sed nunc quid Salzedus ad pract. Bernardi Dias in pract. crim. cap. 102. glos. vlt. Boer. decis. 324. Fa- rinaç. in lib. 1. tit. 2. de accus.

quæstio. 16. numer. 22. & 23. Quanuis in seculari iuditio, 14 Promotor condemnari non soleat in expensis secundum Gutier. pract. lib. 3. quæst. 21. num. 5. Sed bene pars, cui ille assistit Cabed.

Arrest. 52. I:

par.

LIB. II.



PRAXIS

P R A X I S
S E C V L A R I S D E
M O D O , E T F O R M A P R O C E .
D E N D I I N C A V S I S C I V I L I B V S
 tam via ordinaria in 1. 2. & 3. instantia,
 quam via executiva, &
 summaria.

L I B . I I I .

S V M M A E X L I B . I I I :

- | | |
|--|--|
| C AP. 1. De citatione, & vocatione in iudicium. | Cap. 5. De tertio opponente se-
liti. |
| §. 1. De citatione in anima | §. 1. De tertio assistente. |
| Cap. 2. De libello. | Cap. 6. De litis contestatione. |
| Cap. 3. de exceptionibus dilata-
torijs. | Cap. 7. De iuramento caluniae. |
| §. 1. De suspitione iudicibus
intentanda. | Cap. 8. De reconuentione, &
compensatione. |
| §. 2. De declinatoria fori. | Cap. 9. De libello responsorio. |
| §. 3. De exceptione litis
pendentiae. | Cap. 10. De libello replicatio-
nis. |
| §. 4. De exceptione inci-
denti, vel emergenti. | Cap. 11. De libello triplicatio-
nis. |
| §. 5. De impedimentis, &
qualia admitti debeant
vel non. | Cap. 12. De dilationibus, &
quibus modis probatio fiat. |
| Cap. 4. De exceptionibus pe-
remptorijs. | §. 1. De probatione, que fit
per testes. |
| | §. 2. De probatione, que fit
per scripturas. |
| | §. 3. De probatione, que fit
per |

- per confessionem partis.
- §. 4. de probatione quae fit per evidentiam facti.
- §. 5. de probatione quae fit per iuramentum.
- Appendix de positionibus.*
- Cap. 13.** de repulsis aduersus personas testim.
- §. 1. quibus ex causis testes reprobari possint.
- Cap. 14.** de publicatione processus.
- §. 1. de impedimentis aduersus publicationem testim.
- Cap. 15.** de allegationibus in causa faciendis.
- §. 1. de modo videndi processum.
- §. 2. de modo allegandi.
- Cap. 16.** de coclusione in causa
- Cap. 17.** de sententia Iudicis definitiva.
- Cap. 18.** de impedimentis in Chancellaria.
- Cap. 19.** de praxi procedendis in 2. gradu appellationis, aut supplicationis.
- §. 1. de forma expediendi appellationem, vel gratiam per Senatorum.
- §. 2. de recusatione Senatorum.
- §. 3. de modo admittendi, & expediendi impedimenta posita in Cancelaria applicationis.
- Cap. 20.** de praxi procedendis in causa reuisionis, id est supplicationis ex gratia.
- §. 1. Reuisionis quibus casibus non admittitur.
- §. 2. de effectu reuisionis.
- Cap. 21.** de praxi processus executionis.
- §. 1. de persona exequente.
- §. 2. de liquidatione sententie.
- §. 3. de executione contra heredes.
- §. 4. de modo quo executio fit.
- §. 5. in quibus executionis non potest.
- §. 6. de forma expediendi impedimenta aduersus executionem sententie in gradu appellationis.
- §. 7. ex quibus impedimentis suspendatur execu^{tio}.
- §. 8. de alijs impedimentis aduersus executionem.
- §. 9. de impedimentis coram Iudice exequente obie^ctie

- etis an ille cognoscere
debeat, vel remittere?
& quando.
- §. 10. de ijs quæ instar sententie habent paratam executionem.
- §. 11. de pralatione creditorum inexecutione reipignoratae.
- §. 12. de subhastatione facienda.
- §. 13. de impedimentis ad uersus subhastationem.
- Cap. 22. de praxi processus in actione decem dierum.**
- §. 1. ex quibus scripturis actio summaria competit decem dierum.
- §. 2. de ijs quæ requiruntur ad hoc, ut locus sit actioni decem dierum.
- §. 3. de impedimentis, quæ obijci possunt in actione sumaria decem dierum.
- §. 4. de clausula depositaria.
- §. 5. de assignatione decem dierum.
- §. 6. de quinquenio quod prasti solet debitori inopia laboranti.

CAP. I. De citatione, & vocatione in iudicium.

AD Iuditium inchoandum omnino necessaria est citatio, sine qua processus, & sententia est nulla Ordin. lib. 3. titu. 75. tradit Minsinger. lib. 5. singular. cent. 3. obserua. 71. Quò sit ut etiam in sumariis iudiciis citatio nonquam tollatur, quia cum introducta sit ad defensionem, tolli non potest, quoniam nec ipsa defensio, quia iuris naturalis est, tol-

litr. l. vt vim. ff. de iustitia & iur. probat tex. in Clem. s. xp̄ de verb. signifi. & in Clem. pastoralis. §. cæterum de re iud. Nam in audita parte nihil potest definiri. cap. 1. de caus. poss. & proprietat. cap. nos in quandam. 2. quest. 1. Et quanuis dubitatum sit, an per principem tolli possit? Verius est non posse, pro ut defendit Pinel in rubr. de rescind. vend. l. par. cap. 2. n. 21.

F Ideoq;

Ideòq; neq; statuto aut lege tolli poterit, vt probat Bald. in l. 1. col. 1. C. quomodo, aut quando Iudex, Felin. in cap. ex parte o 2. col. 2. de officio deleg. Eo tamen casu quo li- quido constaret non compe- tere defensionem tenuerunt non nulli citationem non es- se necessariam ex tex. in cap. cum olim de re iud. & in l. 2. §. 1. ff. administr. rerum ad ci- uit. pertin. & ita id ipsum te- net Abb. in cap. 1. num. 5. de caus. possess. & propr. Sed ea opinio falsa est, nec alibi pro- batur, standum enim est re- gulæ generali, de qua sup.

3 Nec obstat tex. in dict. cap. cū olim, quia ibi multa simul iñ- etia effecerunt, vt iuditium ita necessarium non esset, & ita iuditium fuit ommissum, non vero citatio sine qua iuditium non consistit secun- dum prædicta, erat autem æ- quissimum, yt ibi iuditium ommitteretur. Primò, quia con- stabat quod Papa contu- lit dignitatem deceptus ab im- petrante, quo casu contu- lisse non videtur cessante vo-

lontate conferentis iuxta no- tata in l. & eleganter. ff. de do- lo per tex. ibi. Secundò, quia litteræ sic im petratæ fuerunt subreptitiæ. Tertio, quia sub- reptio constabat liquido ex- actis. Quartò, quod causa agebatur coram summo Pon- tifice. Quinto, quod erat cau- sa beneficialis, in qua habet ipse Iudex, & Papa plenil- simam potestatem. cap. 2. de præb. in 6. Clem. 1. vt lite nō contestat adeò, vt ex ea cau- sa dicat Abb. in cap. 1. vbi sup. num. 26. Quod potest procedere in ijs Papa sine ci- tatione. Vnde fit, mirum non esse si in dict. cap. cum olim summus Pontifex sine ordi- ne iudiciali processit, notoriè intrusum repellendo propria auctoritate, constat enim, quod clandestinum possesso- re potest quis repellere à do- mo sua sine Iudice. l. clám possidere. §. qui ad nundinas. ff. acq. poss. quæ interpreta- tio ad d. c. cū olim ommissis alijs vera videtur, & per eam limitatur decisio tex. in cap. conqueréte de restit. spoliat.

Neq;

Neq; enim si possessor clau-
 destinus expellatur à domi-
 no restitui debet. cap.olim.o
 5 1.cod. tit. Non etiam obstat
 tex.in d.l. 2. §.1. ff.de admin.
 rerum ad ciuit. pertin. quia
 potest intelligi secundū Bar-
 tol.ibi, vel etiam potest dici,
 quod procedit ex eo, quia ibi
 absens iam fuerat citatus, &
 conuictus super eo, quod di-
 cebatur pecuniam frumenta-
 riā ciuitatis conuertisse in
 alios v̄sus, vnde nouum iudi-
 tium non est necessarium ad
 hoc, vt eam pecuniam prae-
 stet ciuitati cum incremento
 v̄surarum, pro vt etiam con-
 stat in eo casu quem Bartol.
 effingit. Ex quibus infertur
 iuste dubitari posse de praxi,
 quæ vulgo abusiæ habetur,
 vt valeat conuentio de cita-
 tione facienda in alia perso-
 na extranea, attenta præci-
 puè Ordinat.lib.4. titul. 72.
 Vnde illa ita admitti videtur
 si constet absente reo citatio-
 nem fieri, sicut pronunciatur
 extat à Senatu argum. Ordinat.
 lib.3.tit.2. vbi in litis in-
 gressu procuratori, non nisi

absente reo citatio facta te-
 net. Nec item admittitur hu-
 iusmodi citatio, nisi ex chy-
 rographo recognito & iusti-
 ficato, vt sapissimè iudica-
 tum vidi.

S. I.

De citatione in animam.

7 N hac citatione praxis est
 vt reo non comparente re-
 feratur iuramentū actori, quasi
 non comparēs ei referat tra-
 dit Riminal.consil.413.lib.3.
 Limita si ille cui refertur iu-
 ramentum probabiliter igno-
 ret factum, tunc enim ei iu-
 ramentum referti non potest
 8 1. Marcellus. §. fin.& ibi Bar-
 tol.ff.act.rerum amot. Aym-
 consil. 203. num. 5. Vel si de
 facto probabiliter dubitet,
 nam dubitans, non cogitur
 illud suscipere. 1. generaliter.
 §.1. vers.hoc attestetur. C.de
 reb.credit. Bart.in 1.manife-
 stæ. num. 4. ff.de iur.iurand.
 Item limita in citatione per
 edicta, quia tunc actori non
 refertur iuramentum in ani-
 mā, vt decreuit Senatus in
 causa Noni Dias de Brito,

9 Scriba Sebastiano de Padilha, Anno 1609. Sed cautè procurator quando videt reū citatum animose velle iurando in animam negare debicum, potest poenitere antequam iuret. vt in l. si quis ius iurandum 11. C. de reb. credit. Nec enim ex praxi ad reuocationem delationis iuramenti requiritur, quod iusta causa de nouo superueniat vt putavit Bartol. in l. non erit. §. fin. num. 4. ff. de iure iurand. intelligendo sic illum tex. quem dicit communiter receptum Iass. in l. ius iurandum, quod exconuentione. num. 7. ff. eodem. Nam tex. iste hoc non requirit, vt impugnando communem considerauit Imol. in l. fin. ff. de prætor. stipul. quanuis defendo communè dici possit, ibi partem allegasse se probatatem sufficiētem habuisse, & sic in effectu superuenisse causam post delatum iuramentum, stari enim solet dicto allegantis de nouo aliquid superuenisse. cap. pastoralis de exception. Bartol. re-

cept. in l. admonendi. num. 4. ff. de iur. iur. At contra cautella in hoc casu talis erit, vt Iudex requirat an procurator auctoris habeat mā datum ad reuocādam actionē, quod si non habuerit nihilominus iuramentum reo deferetur, iudicauit Senatus in litè cuiusdā Germani, Anno 1616. Scriba Valentino da Costa, & probatur ex traditis à Carrosio de contractibus, tit. de iuramento decisorio. Cate-
rum si reus incontinenti non suscepit iuramentum, & si postea iuret, nihil ei proderit iuramentum, quia censetur delatio iuramenti resoluta, glos. vlt. in dict. l. non erit. §. fin. vnde Bart. ibi. num. 3. admonet, vt ille, cui defertur iuramentum, non respondeat, volo deliberare vtrum iurē, quia tunc resoluetur delatio, sed respondeat se suscipere, & paratum esse iurare, petere tamen tempus deliberādi qualiter iurare debeat: hoc enim admittit iuramenti delatio, l. ius iurandum, & ad pecunias in fin. ff. de iur. iurand.

Rand. sequitur Iass. in §. item si quis postulante. num. 33. de action. Cephal. consi. 65. num. 63. An autem in hac citatione in animam possit declinari iurisdictio? diuersimode practicari vidi, modo sic ex tutor. §. vlt. ff. de iur. iurando, modo non ex Bart. in l. 1. ff. de confessis.

C A P. II. -

De Libello.

IVdex comparente Reo in iudicio per se, aut per procuratorem (si non va-

luerit partes ad concordiam reducere, aut controuersiam statim dirimere) præcipit libellum offerri ad primam audentiam ex lib. 3. tit. 20. §. 4. In quo, vt recto ordine procedamus, prænotarilicet quid sit libellus, & qualis esse debet? Et quo ad primum libellus nihil aliud est quam narratio quædam in scriptis redacta claram intentionem auctoris continens, vti colligitur ex traditis à glos. & alijs quos refert Alciat. in pract. fol. 101. col. 2. Mascar. de probat. concl. 979.

*Dis Martinho morador nesta cidade contra Pedro R.**& se comprir.*

P. Que na instituição do morgado que fes & instituyo Lourenço, ordenou, & mandou que não socedeſſe nelle femea, salvo não se achando varão.

P. Que elle A. he da geração do d. instituydor, & seu descente parente mais chegado, por ser como he irmão de Diogo, pay de Geronymo ultimo possuydor, o qual he falecido sem deixar, filho varão lidimo descendente.

P. Que o R. Pedro he filho de Isabel irmãa do ultimo possuydor, & filha de Diogo irmão de elle A. & por estar em mais remoto grão não lhe pertence a sucessão do morgado, senão a elle A. que he varão. he fama publica.

P. Petit admitti, & iustitiam omni meliori modo, cum expens.

2 In primis requiritur ut apponatur quid, narrando factum ut in l. si in rem, & l. officium vbi Bart. ff. de rei vend. Item & quo iure, causa, vel ratione petatur, nam licet non sit necessarium nomen actionis proponere, oportet tamen causam ponere, ex qua conclusio sequatur Bart. in l. edita. C. de edend. Iass. in §. omnium. num. 165. Inst. de action. Gayl. lib. 1. pract. obserua. 61, ex num. 4.

3 Item ponitur in libello, & se comprir, quæ clausula ex usu communis in omnibus libellis apponi solet, & operatur hunc effectum, quod licet plura in libello cumulatas, ea omnia astringatur probare, ut dicit Archid. in c. 2. de testibus in 6. Tamen per praedictam clausulam solum astringitur probare id quod ad victoriam illius cause sufficiat, quæ clausula successit in locum antiquæ, qua dicebatur (non me astringens ultra quam ad necessaria) cuius meminit Abb. in cap. ex parte 1. nu. n. 8. de rescript. &

in cap. examinata de iuditijis Gomes in §. omnium. col. 5. de action. Item propter praeditam clausulam, non astringitur. A. qualitatem in libello disposita probare. Masc. de probat. consi. 1254. n. 56. Itē dicitur, prouara, vel intendere prouar, forte secundum consiliū & cautionem quā dicit Bartol. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. nu. 8. de verb. oblig. ut scilicet ponatur in libello, agit, & agere intendit, idq; ad hoc ut etiam in futurum comprehendat.
(Petit admetti, & iustitiam)
 clausula ista salutaris est, & nunquam omittenda, tam ex parte actoris, quam rei, nā plures effectus habet, & multi defectus per eam suppleruntur, ut videbis apud Iass. in §. omnium, à num. 147. de action. Ita ut licet quando narratio facti est diuersa à conclusione, ei, & non narrationi standum sit secundum Dec. consil. 28. col. 2. num. 3. Tamen per istam clausulam narratis etiam standum erit, ut tradit Auend. rescripto 1. nu. me. 18.

me. 18. G. yl. vbi sup. à nu. 11.
Item clausula illa super om-
nibus, & singulis, quam uti-
lis sit, & quādo vide per Mas-
card. conclus. 1254.

Item ponitur (*omni me-
liori modo*) quæ clauula li-
cet non sūt necessaria, est ta-
men utilis, & habet hunc ef-
fectū, vt si duo remedia pro-
ponantur in libello, unum
aptum, & aliud ineptum, vel
aduocatus sit dubius de re-
medio competenti, virtute
dictæ clausulæ sustinetur li-
bellus, eo modo quo me-
lius de iure valere possit, vt
per Iass. in d. §. omnium. nu-
mer. 149. & 151. de action.
Marant. in pract. pag. 396.
num. 10. Hypol. sing. 36. Et
ideo proponens duas actio-
nes in libello cumulatiuè, nō
potest compelli, vt unam ex
illis eligat, si utraq; ad eundem
rei finem tendat, pro vt
decidit Senatus in grauami-
ne Catherine Coelha, cum
Catharina Lopes, Scriba Ber-
naldin da Costa, p̄o qua de-
cis. est glo. optima iun. tex.
ibi in l. 1. §. quia autem. ff.

quorum legat. eleganter Bar-
tol. in l. edita. num. 14. C. de
edendo. vbi respondet ad con-
traria. Et inde etiam sustine-
tur libellus licet conclusionē
non habeat secundum Bald.
in d. l. edita. num. 6. Quod ho-
die planū sit attenta Ordinat.
lib. 3. tit. 63. Pro vt ex si-
mili lege regia, quæ est apud
Hispanos probarunt Matien-
so in dialog. relatorum. 3. par.
cap. 43. num. 2. Auend. 1. res-
pons. Afflict. in constit. rub.
§. 8. num. 4. Et quidem præ-
dict. ordinario consonat men-
ti iuris antiqui, vt est glos. in
l. 1. §. si quis argentum, verbo
iuranti. ff. depositi recepta ex
Iass. in l. 1. num. 6. ff. de offi-
cio assiss. Et inde etiam fit,
vt licet quis agat ex una cau-
sa, & aliam probet, non pro-
pterea debet succubere pro-
pter prædictam clausulam,
vt dicit Socin. in l. naturali-
ter. §. nihil commune. nu. 3.
ff. ac qui. possess. Dec. in leg.
petens numer. §. C. de pæct.
Marant. in pract. pag. 195.
num. 33. Contrarium tamen
ex multis defendit Vallasc.

de iur. emphyt. quæst. 6. nu.
12. ver. verum. Pinel. in l. 2.
3. par. cap. 3. num. 28. & 32.

9 Quorum sententiam libenter
amplector attenta præcipue
Ordinatione lib. 3. titul. 63.
§. fin. vbi non potest ferri sen-
tentia ex causa probata, si no
fuerit intentata, cuius legis
ea potissimum ratio esse vide
tur, quia pars citata non po
test se defendere nisi super ex
presso deductis in libello, unde
non aliter sententia feren
da est. Vnde si super non de
ductis sit inter partes discus
sum, videtur super illis sen
tentia ferri possit, quia non
potest dici partem fuisse in
defensam, ut notauit Abb. in
cap. Abbate de verborum sig
nific. Afflct. decif. 95. vel si
compatiantur probata cum
propositis secundum Vallas.
sup. num. 13.

10 Item poni solet ubiq; clau
sula illa (cum expensis) quia
de iure communi Iudex hæc
expensarum condemnationem
facere non tenebatur, nisi à
parte petitæ fuissent secundū
glos. in cap. fin. de rescript.

Couar. in pract. cap. 27. nu. 5.
Nec enim officium suum tene
tur in partiri, nisi petenti. l. 4.
§. hoc autem iuditium. ff. de
damn. infect. Nec si omittie
reatur in condemnatione rei
judicatæ, posse ea pati poterat.
l. 4. C. de positi. l. terminato.
C. de fruct. & lit. expens. quā
uis hodie aliud sit, nam iudex
tenetur semper victimum con
demnare in expensis, licet il
le iustam causam litigadi ha
buerit. Ordin. lib. 3. titul. 67.
quod non erat ita de iure cō
muni, secundum glos. & Bar
tol. in l. properandum. §. siue
autē. C. de iudit. Meno. lib. 2.
de arbitr. cent. 2. casu 177. Et
licet spacialiter nō petantur,
satis est principalem rem pe
ti, & super ea iustitiam mini
strari argum. tex. in l. ædiles.
§. item sciendum. ff. de edi
cict. edict. alias si iudex om
mittat condemnationem fa
cere expensarum, tenebitur
resarcire damnum, ut in dict.
§. siue autem, in eo enim qui
iustitiam denegat, facit item
suam. l. 4. §. si Iudex ff. de act.
& oblig. l. fin. ff. de var. & ex
traord.

traord. cog. Quod non solum procedit quando fertur sententia definitiva in negotio principali, sed etiam quando fertur interlocutoria in negotio incidenti, vel emergenti. l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens. quia si per caluniam, aut temeritatem quis litigauerit, æquissimum est, ut hoc non cedat in prædictum victoris, pro quo præsumitur propter sententiam. I. 2. ibi, quod non arbitramur. C. de officio civil. iud. Meno. lib. 2. tit. 67. de præsumpt.

I. Item ponitur (*he fama publica*) quia licet fama publica de per se non inducat plenam probationem, sed semi-plenam, secundum glos. in cap. 1. verbo fama, extra de appell. Barto. in l. de minore. S. plurimum. num. 30. ff. de quest. & ibi Hypol. num. 27. tamen cum uno teste plenam probationem inducit, secundum glos. & DD. quos refert Mascar. de proba. concl. 753. Et sic de stylo ponitur in fine articulorum, secundum Abb. in cap. inter dilectos.

num. 2. de fide instrum. quamvis quando solum testes in fine examinis deponunt de prædictis extare publica vocem & famam, illam non probari tenuerunt Bur sat. cō fil. 20. num. 64. Ferretus con fil. 246. num. 2. lib. 2. Item dici solet in fine, *sem contendæ de juzo*, quæ admonitio nō est necessaria, sed tamen exurbanitate, secundum glos. in cap. licet Elij verb. in scripto, de symon.

C A P. III.

De exceptionibus.

§. I.

De suspitione iudicium.

Q Vanuis nullibi repe riatur de iure ciuili necessariam esse causam, ut iudex suspectus dicatur, sed tantū de iure canonico. cap. 2. cap. cum spetiali de appellat, quod ius apud nos seruat etiam in seculari iudicio, tamē an id indistinctè in omnibus

nibus iudicibus etiam inferioribus admitti liceat, & bono publico conueniat; alij videat, cum iure Castellæ, quæ est melior praxis, tantum sufficit parti, quod iuret non esse calumniosam suspicionem. l. 22. tit. 4. par. 3. exceptis casibus relatis in l. 1. tit. 10. lib. 2. recopilli.

2 Huius autem suspicionis probatio, intra 45. dies finiri debet, & non ultra progrederetur, quanvis facto aduersarij prædicti terminus probationis esset transactus. Ordin. lib. 3. titul. 21. §. 21. & 22. ibi, semper embargo, quæ lex licet dura seruanda est. I. prospexit. ff. qui, & à quibus. Nec enim licet nobis iudicare de lege, sed secundum legem. cap. erit autem 4. d. cap. pastoralis. §. 3 quia vero de officio deleg. Et ob id cautè quidam supplementum impetravit à Senatu maximo, nam cum leges vniuersaliter ferri oporteat, nec soleant singuli articuli in ea explicari. I. iura. 1. & 2. I. neq;. I. non possunt. ff. de ll. occurrenti casu qui si conti-

neatur in lege vniuersali redideret eam iniquam, & duram, dicta æquitas illum casum subducit de lege accedente superioris auctoritate. l. 5. l. leges à 3. C. de ll.

Item potest, & debet pars aduersa postquam pronuntiatum sit suspicionem procedere intra terminum objecere impedimenta, & exceptiones aduersus procedimenti suspicionis; ita ut lapsus termino 30. dierum, & sententia lata super recusatione talia impedimenta nihil praestent, ut decisum fuit in lite Guillerme Cocayme cum Francisco d'Almeyda, Scriba Ioane Leal, Anno 1609. Nam illa simul cum suspicione curare debent, & una sententia terminari intra præfixum terminum, ut dixi.

§. 2.

De declinatoria fori.

Exceptio ista declinatoria proponitur coram eodem Iudice, cuius iurisdictio declinatur, & iuditium incompetens allegatur, qui de

- de tali incompetentia cognoscere, ac pronuntiare potest. 1. si quis ex aliena. ff. de iudit. vbi Bartol. & in l. 2. ff. si quis in ius vocatus, Gima decis. 340. num. 3. Licet ex eo Index aliquod interesse pretendat veluti sportulas, secundum Cabed. decis. 41. lib. 1. Qui super illa sumariè cognoscere ac pronuntiare debet Paul. in l. 1. C. de ord. iud. 6 num. 9. Alioquin si absq; prounniatione ad ulterius procederet, processus tanquam à iudice suam iurisdictionem ignorantie factus esset nullus ut voluit Caualcan. consil. 115. num. 4. Bartol. in l. multum. ff. de cond. & demonst. Assinius in praxi. §. 13. cap. 8. 7 num. 2. Et siue ille prounniet se esse competentem, aut non, semper, & in omni casu etiam minoris summæ utraq; pars potest supplicare per petitionem, aut per instrumentum quicquid Vallasc. consil. 47. num. 5. in fin. tom. 1. traddidit Cabed. decis. 48. nu. 2. 8 1. par. Sed quāuis de iure processus corām Iudice incom-

petenti factus post declinato riā annulletur, secundum Vantium de nullit. ex defectu iurisdict. Gama. decis. 219. vbi plures ad id refert. Tamē in praxi sāpe Senatus obseruare solet, quod sententia sola annulletur, acta vero ad iuditium competens remittantur, & sustineantur, ut decreuit Senatus in lite Ioan. Canuel, contra Gaspar Iaques, Anno 1612. Scriba Ludouī. Motta Feo. Quicquid Alber. in l. 2. col. 6. vers. sed nunquid acta. ff. si quis in ius vocatus, & alij in l. is apud quem. C. 9. de edēdo. Nisi pars ex eorū annullatione interesse aliquod pretendat secundum Cabed. decis. 259. num. 2. Vallasc. consil. 65. ad fin. 1. par. Ali quando etiam in hoc casu impetrari solet à Iudice competenti, vel conseruatore auocatoria, & requisitoria ut processus remittatur, & transferatur iuxta ea quæ tradit Couar. pract. cap. 9. Quæ si per impedimenta cōstiterit quod sit notoriè iniusta, aut nulla, ut quia sit concessa sine cau-

se cognitione, vel sine man-
dato principis, ut opus est
iuxta Ordin. lib. 1. titul. 65.
§. 18. Vel quia non constet
de potestate iudicis requiren-
tis, ut quia non sit eius Iu-
dex, secundum Couarru. in
pract. cap. 11. num. 5. Cabed.
decis. 49. 1. par. illa adimple-
ri non debet ex regula cap.
inter cæteras de re iud. Co-
uar. lib. 1. var. cap. 1. num. 10.
vers. vltimo. Marant. de ord.
iud. disput. 1. num. 36. Imò in
ijs nec impedimenta remitti,
sed debere Iudicem requisi-
tum de illis cognoscere de-
creuit Senatus in causa Petri
Scholaris, cum Antonio de
Brito de Sylua, super auoca-
toria emanata à Conseruato-
re Conyñibr. Anno 1609.
Scriba Marco do Couto.

§. 3.

*De exceptione litis
pendentie.*

¶ 11 Sta exceptio est etiam di-
latoria, & idcirco ante li-
tis contestationem si militer
est obijcienda, Ordin. lib. 3.
tit. 20. §. 9. Afflct. decis. 130.

num. 5. lib. 4. Assin. in praxi.
§. 13. cap. 2. num. 3. Limita in 1.
tertio comparéte, qui potest
etiam post litis contestatio-
nem dilatoriam exceptionem
obijcere, ut obseruat Angel.
in l. si quis libertatem col. vi-
tim. in fin. vers. &c secundum
hoc. ff. de petit. hæred. Dec.
in cap. cum super num. 3. de
officio deleg. quem sequitur
And. Gyl. lib. 1. pract. obser-
ua. 71. num. 8. Inducitur autē
litis pendentia per supplica-
tionem principi prorectam
præsertim si subsequatur res-
criptum principis. l. 1. & 2.
C. quando libellus princip.
dat. & l. 1. C. ut lite pend. Vel
per citationem, iuxta Clem.
2. ut lit. pend. declarat Guid.
Pap. decis. 478. Alex. in l. cū
notissimi. C. de præ'cript. 30.
ann. Nam iurisdictio dicitur
præuenta per citationem ut
probatur per iura, quæ dixi,
lib. 2. cap. 2. Vel etiam per
commissionem causæ, aut
per impetrationem iudicis.
cap. sugestum de appell. cap.
causam o 2. de testibus. Vel
etiam si causa licet noua, &c
pri-

priuilegiata respectu perso-
narum dependeat ab inuen-
tario & iuditio vniuersali fa-
miliae excusandæ, quia tunc
remittenda erit ad priorem
iudicem, ut praxi receptum
esse constat, & decisum à Se-
natū in lite Mariæ d' Oliua
cum Guiomar de Lemos,
Scriba Sebastiano Góçal. de
Lima, Anno 1612. Alios mo-
dos litis pendentiarum refert Fir-
mianus verb. lis pendet, &
Mascard. probat. concl. 987.

¶ 3 Dixi autem per solam cita-
tionem induci litis penden-
tiā, quod intelligo non so-
lam casu, quo ipse actor prius
citauit coram uno iudice, &
postea interpellauit reum co-
ram alio, sed etiam quando
alius tertius veluti socius aut
cohæres super eadem re, &
causa iam reum conuenerat,
nam ne ipse diuersis iuditijis
vexetur super eadem causa,
exceptio admittenda est. I.
qui prior. ff. de iudit. iun. l. r.
ff. quibus rebus ad eundem
iud. eatur, iudicauit Senatus
in lite Hectoris Roderici cū
Antonio da Veiga, Scriba

Ioan. de Payua, Anno 1609.
Imò & rursus idem intelligo
quando ipse Reus prius inten-
tauit actionem contra auctōrem
veluti de annulando, aut res-
cindendo contractu (vti sae-
pe contigit) & auctor vult po-
stea eum citare super eadem
re, & causa in alio iuditio,
quantumuis ille agat via or-
dinaria, & iste per viam sum-
mariam, exceptio recipienda
est propter præventionem iu-
ditij, in lite Iuliani Enriquez
cum Petro Booz, Scriba Lu-
douico Gomesio decreuit Se-
natus Anno 1609. Pro qua
decisione inducitur tex. ratio
in Ordin. lib. 3. tit. 33. §. 2. &
l. qui prior. ff. de iudit. Nam
& continentia causæ diuidi
non potest. l. nulli. C. de iu-
dit. iun. l. vbi cæptum. ff. eod.
& facit quod tradit Gutier-
res de iuram. confirmat. cap.
2. num. 18. Contrarium tamē
existimauit Senatus pro ut in-
fra dicam cap. 22. num. 33.
Limita in exceptione eius li-
tis, quæ pendet in foro Ec-
clesiastico inter laicos, quia
illa non admittitur ex deci-
sione

sione Cabed. Arrest. 91. 2. p.

S. 4.

De exceptionibus incidentibus, vel emergentibus.

14 Exceptio quæ incidit, vel emergit in causa principali, aut est præiudicialis aut non. Primò casu facit ut super negotio principali supercedeat Iudex vñq; quo incidens finiatur, & plenè tractetur ut in l. quoniam Alexandrum. C. ad l. Iul. de adult. l. 3. C. de iudit. l. pen. C. de ord. cogn. ex quibus ita decisum fuit in casu de quo Cabed. arrest. 89. 2. par. Nam ideo dicitur præiudicialis quia præiuditium affert causæ principali. S. præiudiciales Inst. de action. ita ut cesset negotium principale si pronuntietur in fauorem obijcientis. l. fundū. l. fundi. ff. de except. l. 2. C. de ord. cog. cap. tuam eodem titul. l. 1. C. de ord. iudit. cap. 15 lator qui filij sint legit. Si vero causa emergens, vel incidens, non est præiudicialis ceteratur yna, & eadem cum negotio principali, ita ut iudex

aditus non dicatur incidēter de ea cognoscere, sed impar-tiri officium suum in negotio principali, vt tenet Barto. sic intelligendus in l. interdum. S. qui furem. ff. de furtis, quæ sequitur Iass. in S. ex malefi-cijs. num. 77. de action. Et est communis opinio secundum Hypolit. consil. 115. num. 19. adeò ut malè doceant aucto-res communiter in l. 3. C. de iudit, dicentes iudicem cau-sarum criminalium non posse incidenter cognoscere de negotio ciuili, id enim tripli-citer intelligi potest, primò quando causa est præiudiciales, & tunc vera est communi-s opinio ex eo, quia prius tractanda est, nec potest cog-nosci de causa principali, antequam de ea cognoscatur. l. quoniam Alexandrum. C. de adulterijs. Secundò, quando est exceptio non præiudiciales, sed alias peremptoria ve-lati exceptio pacti, & tunc non dicitur causa incidens, sed excludens actionem, seu accusationem, ut in l. 2. ff. de except. Ideòq; non est miru

si

Si Iudex qui cognoscit de accusatione, possit etiam cognoscere de pacto. Tertio, quādo verē negotium est incidens, & tunc si non possit separari à negotio principali, nemo dubitat posse eundem Iudicem de ea cognoscere, ex ratione tex. in d. l. quoniā Alexand. quanuis tunc sumarī agendum sit ut in dict. l. 3. & in l. si quis à liberis. §. si vel 16 patens. ff. delib. agnosc. Propterea, quod non est causa præiudicialis, cæterū si negotium incidens possit separari à negotio principali, nō video cur Iudex causarū criminalium non possit de tali negotio ciuili, etiam incidenter cognoscere, quicquid dicant Iass. & alij in l. 3. C. de Iudit. vnde fit ut si causa est præiudicialis licet de ea non possit Index separatim cognoscere, potest tamen quando eadem est incidens, vt l. 3. C. de iudit. l. 1. C. de ord. cogni. & in ea ferre sententiam definitiūam, quæ habeat auctoritatem rei iudicatae, quicquid contrarium velit Iasso.

post alios in l. 1. §. qui mandatam, nu. 7. ff. de offic. eius.

§. 5.

*De impedimentis in genere,
& qualia illa sint, quæ ad-
mitti debeant, vel
non.*

Opportunè hic, quo-¹⁷
niam de dilatorijs agimus, annexitur tractatus de
impedimentis in genere, nā
solent procuratores morosi,
qui causas protelare student,
vbiq; impeditre, & impugna-
re id quod iudex præcipit; &
Hispani irrident, & inue-
huntur in iura nostra, quæ
hoc non prohibent; vnde nō
defuere iudices grauissimi,
qui saltim in audience huic
cautellæ prudenter contraue-
niunt, iubent enim ut verba-
liter procurator explicet, vel
illoco proponat, quæ sint im-
pedimenta ad obijciendum.¹⁸
Quo modo cautè euitatur
magnalitium prolixitas, cui
obuiari conueit, sunt enim
fugiendæ lites propter expé-
fas, & vexationes, & alia in-
cōmoda, quæ inde oriuntur,
vt l. fratr. C. de transact. l.

mi-

minoribus. ff. de minor. I. ser-
uus. ff. de act. & oblig. cap. dis-
pendia de rescript. in 6. Idq;
laudatur à I. C. in l. item fi-
res. §. fin. de alien. iud. mut.
Nam ob bonum publicum
introductum est finem, &
modum litibus præscribi. I.
properandum. C. de iudit.
cap. finem litibus de dolo, &
contum. cap. I. de appellat.
in 6. l. litibus. C. de agricol.
& cens. lib. II.

I. 8 Data igitur copia ad obij-
ciendum, posteaq; super eo-
vnuſ impugnat, & alter su-
stinet per rationis iuridicas,
Iudex pronuntiat super re-
ceptione impedimentorum,
quaे si non admittuntur, sup-
plicari potest per petitionē.
Si autem iudex illa recepe-
rit, non potest altera pars gra-
uamen interponere per peti-
tionē, nisi tantum in actu pro-
cessus ex consuetudine Reg-
ni; ynde tunc cautela est, vt
procurator in audience alii-
quid requirat à Iudice quod
sibi erit denegandum, à qua
denegatione cum supplicare
liceat, in petitione graui, mi-

nis cumulatiuē aget de uno,
& altero grauamine, quibus
Senatus vtriq; vel alteri ma-
gis necessario prouidere so-
let, vti contigit in processu
Ludouici de Arutia cū Alō-
so Nuñes Flores, Scriba Lu-
douic. Gomesio, Anno 1616.

Diximus autem per sen-
tentiam Iudicem pronuntia-
re prius debere super recep-
tione impedimentorum, an-
tequam ponantur in dilatio-
ne, quia si non fuerint rele-
uantia, recipi non debent:
nec est tunc necessaria pro-
batio, reiçitur enim illa, quā
do impertinens apparuerit.
I. ad probationem. 22. vbi
Bald. C. de probat. Alexan.
consil. 166. num. 7. volum. 6.
Dec. in cap. dilecti, num. 4.
de except. Et quod sit nota-
riè impertinens demonstrati
potest arguendo à sufficienti
partium enumeratione, quod
in iure argumentum solidissi-
mum est. I. patre furioso, vbi
notatur de ijs qui sunt sui, vti
in eodem proposito arguit
Roland. à Valle consil. 34. ex
num. 13. lib. 3. Aut quando 26
non

non sit verisimile id quod dicitur in impedimentis, nec enim admittitur probatio rei non verisimilis, ut voluit Iul. per tex. ibi in cap. quia verisimile de præsumpt. sequitur Anch. consil. 257. refert Tiraquel. in l. si unquam in præsat. numer. 39.

21 in fine. Aut quando in articulis nulla alia testium probatio admittenda erat, nisi per instrumenta, iuxta Ordin. lib. 3. tit. 59. Et illa fuerunt cum articulis iam oblatæ, tunc si ex illis nullum adhuc ius partis obijcietis esse apparuerit, impedimenta recipi non debent, nam ultra dilatio inutilis, & superflua censetur, & circuitus evitandus est. I. dominus testamento. ff. de condic. indeb. Clementina auditor de rescriptis, cum concordantijs vtrobiq; adductis per glo. Noster autem Senatus vbiq; rejicit inutilia superflua, & otiosa, idq; magis expedit partibus, ne vexentur superfluis litibus, & expensis. Aut si impedimenta obijciuntur in cau-

sis sumarijs, & illa altiorem indaginem requirunt, nam tunc admittenda non sunt, vt est vera Vlpiani traditio in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebellian. vbi glos. ante pen. alias concordantias ad id etiam adducit. Dicuntur autem summariae causæ illæ, de quibus Index summationi cognoscere deberet, quarum exempla vide bis relata per Accurs. in l. 3. vers. sciendum est autem, vero summatim. ff. ad exhibed. & melius per Ordinat. reg. lib. 3. tit. 18. §. 3. vsq; ad §. 12. Dicentur etiam impedimenta requirentia altiorem indaginem, quæ vel sint in se ita obscura ut ius partis illico, & manifestè non indicent, vel quæ incontinenti probari non possunt, idest intra terminum ad probandum concessum vt dixi lib. 4. cap. 10. num. 31. Aut si impedimenta **22** sint reiterata, idest si prioribus impedimentis adhuc nō finitis, vna post alia adducantur, quæ quidē admitti non

debet; nam solent non nulli
ut primum obijciunt aliqua
impedimenta, antequam illa
fiantur, & terminentur,
de alijs etiam obiectis oppo-
nere, ut quia receptis impe-
dimentis, &c admissa parte ad
probationē, postea ipse petit
copiam sibi dari aduersus pu-
blicationem illius incidentis;
ex quo præsumitur iam mali-
tia contra impedientem vo-
luisse scilicet facere iocum
magnum ut in cap. nullus du-
bitat de prælump. Propterea
in ijs caute iudices in Regno
Castellæ ex praxi concedūt
decem dies dilationis perem-
ptorios absq; aliqua publica-
tione, & conclusione (vulgo
ibi dicitur, *con todo cargo de
publicacion y concluso*) & ita
conuenit ne in unoquoq; in-
cidenti processus ordinarius
fiat. Aut quando in ipsis im-
pedimentis, apparet aliqua
præsumptio contra impedié-
re, nam hæc etiā impedimen-
ta recipi non debet Innoc. in
cap. super hoc. num. 2. de re-
nuntiation. vbi ponit exem-
plum in eo qui obijcit de spō

tanea voluntate contra agen-
tem de vi: nam probata violē-
tā spoliatione per duos testes,
non valet aduersario aliqua
probatio super spontanea,
etiam si per centū testes pro-
baret ut dixi infra. lib. 4. cap.
9. num. 3. Aut quando impe-
dimenta præsumantur calū-
niosa, ut quia impeditis
procurator non sit sufficiens
seu litem negligat, & ab ea
desistat. I. sed si vnius. §. pro-
curatorem o. I. ff. de injurijs,
vbi excluditur pater ab actio-
ne pro filio dando mandatū
non sufficiens. cap. cum dile-
cti de restitutione spol. Vel
quia illa ad rem non faciant.
Rebuf. de rescript. articul. 3.
glos. 3. in fin. tom. 2. vel quia
non serviant decisioni pro-
cessus, idem Rebuf. vbi supra
glos. 5. Deniq; omnia illa im-
pedimenta, quæ nibilo aliò te-
dunt, quam ut morentur, &
differant litem, & frustren-
tur, rejici debet, quia calūnio
sa prælumentur VII. rescrip-
tæ I. C. in l. si calumnietur.
ff. de verbis sign. & in l. sed ad
eos. ff. ex quibus caus. maior
vii

¶ti ad hoc ea notauit Rebus.
vbi sup. glos. 3. Mascard. de
probat. conclus. 253. num. 9.
25 Aut quando impedimenta
sint de materia veteri, & iam
allegata, nam ista quoq; ad-
mitti non debent ex l. 1. vbi
gloss. Bald. Iass. & Menef. C.
de iur. & fact. ignor. glos. no-
tab. in l. Necenius 41. §. fin.
ff. de re iud. Alex. in l. ex di-
uerso. §. fin. col. 2. vers. secun-
dò etiam limita. ff. solut. ma-
trimon. Fallit tamen si illa iu-
26 dex non reprobauerit, quia
tunc poterit postea de illis
nihilominus opponit ex l.
quod in diem. 6. §. fin. ff. de
compensat. l. si autem 8. §.
fin. ff. de negot. gest. tenet
Abb. in cap. fin. col. vlt. de iu-
ram. calum. Paul. in l. fin. §.
donec. C. de iur. delib. & est
communis secundum Rip.
in l. qui Romæ. §. duo fratres.
num. 26. ff. de verb. obligat.
32 Secundò, fallit etiam si Iu-
dex illa expressè reprobaf-
set in casu exceptionis peré-
ptoriè, nam adhuc potest
reus respondere libello acto-
ris ex materia iam discussa,

& allegata in illa, quam iu-
dex reprobauit Ordin. lib. 3,
tit. 20. §. 15. quod non deuiat
à iure communi, vbi præ-
dict. exceptio si habet altiore
indaginem solet reseruari in
processu causæ in tēpus, quo
negotium principale definiti-
tiè decidendum sit ut per
Bartol. post glos. ibi, in l. nam
postea in princ. ff. de iur. iur.
Marant. in pract. pag. 417.
num. 13. & de communi sty-
lo Curiæ Castellæ ita in Re-
gijs Conuentibus inualuisse
testatur Molina. lib. 4. de pri-
mog. cap. 9. num. 42. Tertiò
28 fallit si qualitas aliqua adda-
tur, quia tunc iam non dice-
tur materia vetus secundum
Soares allegat. 5. num. 4. Vel
etiam si materiae veteri noua
causa interueniat, vt in l. de
eo. §. lèpius. ff. ad exhibend.
quo loco I. C. huius rei tria
exempla proponit. Quartò fal-
lit quoties est diuersus finis
agendi ab eo, qui erat excipiē-
di, nam quod deductum est,
per viam excipiendi, si non
obtineatur, potest peti per
viā actionis Paul. in l. 1. nu-

mer. 7. C. de ord. cogn. decla-
rat Fe i. i. in cap. suborta. nu-
mer. 3. & 4. de re iud. pro quo
est tex. opt. in l. vindicantem
17. cum l. sequeti. ff. de euict.
Bart. in l. Julianus verum de-
bitorem. num. 10. ff. de cond.
in deb. & in l. qui Romæ. §.
duo fratres. num. 6. in 5. op-
posit. ff. de verb. oblig. vbi ex-
plicat quādo decisum in uno
iudicio per viam exceptionis
30 possit in alio refricari. Fallit
si de materia veteri excipiat-
tur ad alium casum, & ad
alium finem diuersum, nam
repelli non debet, quia ex di-
uersis non fit illatio. l. vlt. in
fin. & ibi Barto. ff. de calum-
niator. l. Papinianus, & ibi
quoque Bartol. ff. de minori-
bus, & l. inter stipulantem.
§. sacram. ibi. sed hec disimi-
lia sunt. ff. de verb. oblig. ex
quibus illud axioma depromi-
tur. separatorum separata
esse rationem.

35 E contrario autem gene-
raliter in dubio impedi-
menta recipi solet, ut merita cau-
sa partium assertione pandā-
tur ex l. fin. C. si per vim, vel

ali modo. l. Necenits versi.
in re. ff. deneg. gest. Barbo. in
l. si alienam. num. 5. ff. solut.
matrimon. Nec ad receptio-
nem impedimentorum op-
portet quod statim constet
de veritate illorum, sed quod
exceptionū forma concludat
intentum, iurta tradita per
Speculat. in tit. de officio iud.
§. de seruitutibus. num. 14.
Sed si iudex impedimenta
admisserit, & postea appaue-
rit in fine, quod non debue-
rant admitti, pronuntiat pro
non probatis Maranta in pra-
etic. pag. 441. nu. 23 Barto. in
l. si duo patroni. §. idem Iu-
lian. num. 11. & ibi Iasson.
num. 31. ff. de iur. iurand. Quā-
uis regulariter si illa proben-
tut, victoriā certam pro-
mittunt excipienti, & secun-
dum ea iudex pronuntiare
tenetur, iuxta glos. in cap. cū
contingat. verb. nihilominus
extra de officio deleg. Dec.
consil. 84. num. 2. Nam iudex
recipiendo articulos, tuūc
per interlocutoriam pronun-
tiare censetur illos esse parti-
nentes, & dicuntur pertinen-
tes

tes etiam modicum conferentes ad causam, ut notat Bald. in cap. quoniam de testibus.
 33 Rursus aliquando impedimenta, non solum admittuntur, sed etiam, si statim iusta appareant, simul recipiuntur ac habentur pro probatis, sine aliqua prævia pronuntiatione super eorum receptione, quod causa breuitatis optimo cōsilio introductum esse censetur in lite Paul. Rodriques, cum Ludouico de Mercado, Scriba Paulo da Breu, Ann. 1611. Nam exceptio si est notoria satis est, quod allegetur, nec opus est ut probetur, docet glos. verb. aliás in Clementina appellanti de appell. communiter recepta, secundum Couarra, in cap. Raynutius. §. 11. num. 3. Ti-raquel. de retract. tit. 1. §. 32. glos. 1. num. 98. Padilla in l. 2diles in fin. C. de seruit.
 34 Et dicitur notorium, quod ex ipsis actis apparet, ut divi infra. cap. 15. num. 4. Aut si impedimenta à iure insint, & in iure consistant, nātunc simul, si admittuntur, habe-

ri etiam debent pro probatis, quia in ijs, quæ insunt supplere debet Iudex etiam parte non opponente, ita Bart. in l. si vñus. §. pactus ne petret. num. 20. vers. si verò appetet. ff. de pactis, dixi infra. cap. 22. num. 59. & 60. vbi vi debis exempla.

C A P. I I I I .

De exceptionibus peremptoriis.

EX ijs prior est sententia l. 1. ff. de re iud. quoniam illa finem, & modum litibus imponit. l. 2. §. fin. C. de veter. iur. enu. l. cum quærebatur. ff. Iud. solu. l. 1. §. fin. ff. ad tertiy. l. transacta. ff. de verb. sign. l. terminato. C. de fruct & lit. expens, & singulis controvēsijs vnum iudicati finem sufficere placuit, ut dicit tex. in l. singulis. ff. de except. rei iud. quia res iudicata facit ius inter partes, & pro veritate habetur. l. res iudicata. ff. de reg. iur. l. penul.

G 3 § pen.

§. 20. ff. de iust. & iur. l. 1. & l. præs. ff. de re iud. Amplia etiam si sententia sit cum alijs habita, dummodo sit cum legitimo contradictore, à quo ius itidem aliorum pendeat. Vel super iure vniuersali, aut libertatis, vel legitimationis, aut filiationis, ut in l. ingenuum. ff. de stat. homin. l. 1. §. fin. cum leg. sequenti. ff. de lib. agnos. Alex. in l. s. p. nu. 76. ff. de re iud. Abb. in cap. pen. num. 17. extra eodem. Couar. pract. cap. 13. num 5. l. 19. & 21. tit. 22. par. 3. Tiraquel. de nobil. cap. 37 num. 2. & sentit glof. 2 in l. & an eadem. ff. de except. rei iud. nisi in casu leg. 2. C. de fid. instrumen. ybi Bald. & in alijs de quibus infra. cap. 2 t. nu. 10. Secundò, amplia etiam si sententia sit lata in iuditio summario, ut per Bartol. in l. á Dino Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Nanquè sententia lata in iuditio possessorio habente annexam causam proprietatis pariet exceptione, Molina lib. 3. cap. 13. nu. 22. Sed qui vincitur in possesso-

rio, vincere poterit in iuditio proprietatis, nec obstat excep-
tio, vt l. si iudex. ff. de li-
ber. causa. cap. veniens o 2.
extra de testibus.

Caterùm hæc omni in-
tellige quando sententia fue-
rit lata ab eo qui iudicandi
ius habet. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. nec enim
dicitur sententia, nisi illa quæ
valida est argum. tex. in l. nō
putauit. §. non quævis. ff. de
bonorum poss. ff. contra tab.
gl. in clem. 1. de sequestr. pos-
sess. & fruct. Secundò quan-
do sententia lata est super ea
dém re, causa & iure. l. Iuli-
nus, & l. si mater. §. eandem.
& l. cum queritur cum sequé-
tibus. ff. de except. rei iud. nec
. n. refert quod in 2. iuditio
sit eadem causa defensionis,
quæ fuit in primo, sed quod
sit eadem causa petendi, pro-
ut est casus mirabilis, quem
sic summat Paul. de Castr. in
l. si vno. ff. de except. rei iud.
Tertió limita nisi denuo scri-
pturæ reperiantur iuxta l. im-
peratores. ff. de re iud. l. sub-
prætextu vbi Padilha asserit
ita

ita esse Senatu decisum. C. de transact. Quartò limita nisi præd. exceptio tequireret altiorem indaginem, quia reseruari solet in processu cause, ut dixi in cap. præced. nū. 32. Quintò, limita si sententia fuit lata ab obseruatione iudicij, ut quia non probasti secundum Battol. in l. Iulianus verum debitorem. n. 34. ff. de condic. indeb. præser-tim alio agente, ut per Bart. in l. 2 §. 1. num. 4. ff. vi bonorum rapt. Et similiter idem quod dicitur de sententia di-cendum est in exceptione trā-factionis, ut illa sit cum eadē persona, & super eadem re-l. 1. 3. & 4. C. de transact. & fuerit item facta super re du-bia Bart. in l. eleganter. ff. de condic. indeb. & aliquo dato vel accepto. Sed quanvis illa sit generalis restringitur ta-men pro ratione subiecti uti comprobari potest ex ijs quæ dixi lib. 1. cap. 3. nu. 39. Item & infringi potest si dolus ex proposicio, vel metus in illa interueniat. l. actione. l. sub-prætextu. l. interpositas, G.

de transact. etiam si sit con-firmata per Principē vti fun-dat Molina. lib. 4. cap. 9. nu. 33. de primog. Tertiò idem 4 dico de præscriptione, nisi ius refixeret, vel alia quæ impe-diunt præscriptionem vti ha-bes in lib. 4. cap. 2. num. 10. De reliquis peremptorijs po-nit exempla Assinius in pra-xi. §. 13. cap. 6. & aliud esse potest ex Ordin. lib 5. tit. 92. §. 7. prout in Curia iudicatu fuit in lite Augustini d'Al-meyda cum Ioanne Roderico Scriba Aluaro de Moraes, Anno 1607. Item sententia in præl. exceptione lata non nocet, si noua causa superue-niat. l. si mater. §. eandem. ff. de except. rei iud. quod regu-lare est, & in hoc multa cu-mulat Tiraq. lib 1. retract. §. 8. glos. 7. à num. 4. explicat Soares in l. post rem. declara-tione leg. regn. §. pro eviden-tia. num. 40. Menoch. lib. 2. cent. 1. casu 19. Imo si igno-ranter omissa fuerit excep-tio peremptoria in causa prin-cipali, poterit illa opponi in causa appellationis Butrius,

& Abb. in cap. inter Mona-
sterium. col. 6. de re iudicat.

C A P. V.

De Tertio opponente se liti.

Solet autem in processu duorum inter se collitigantium pars aliqua se offerre, & examini causa le opponere ad utrumque excludendum actorem scilicet, & reum, dicens rem super qui contenditur ad se pertinere, quæ oppositio plerumque dolo, & fraude sit, non alia ex causa quam quod Reus timens iustissimam condemnationem item differri velit, ideoq; si oppositio sit iam pendente dilatione ad probandum, vel in causa appellationis iudex non debet supersedere in processu, imo adulteriora progradientur, & lis diffinienda erit absq; illius tertij præiudicio, qui nihilominus in separato processu admittetur ad proprii juris probationem, & ad causam agendam ab initio.

ac si ab alio cœpta non esset, omniaq; sunt cum illo repeatenda: huius sententiae auctor est Innoc. in cap. cum super. col. 3. ubi Felin. num. 17. extra de re iud. Couarru. pract. cap. 14. num. 4. Quod si tertius oppositionem proponeat ante initium termini, qui assignari solet ad probationem faciendam, vel in ipso huius termini initio, cum enim id tempus omnibus simul currere possit, nec damnum aliquod cæteris ex huius oppositionis ad missione irrogari, nec negotium ulterius protrahi valeat, æquum videtur eius oppositionem non repellere, imo in iisdem actis oppositio admittetur, quod pluribus iuribus, & rationibus probari potest, & colligitur ex Ordin. lib. 3. titul. 20. §. 31. quantis sit causa sumaria, ut decisum extat in processu Mathiae Leyte cum Marchione de Villareal, cui medius se opposuit Egydius da Breu utrumque exclusurus, Anno 1607. Scriba Cosmo da Guarda.

S. I.

De Tertio assistente.

CAETERUM si hic tertius qui se liti opponit, venit ad coadiuandum reum, vel actorem, utq; ei assistat, tunc in eo statu causam prosequi debet, quo prosequebatur ipse principalis. c. vlt. vt lite pend.lib.6. Felin.in c. cum super.num.15. Extra de re iud. Couar. pract. cap.13. num. 1. Nec quanuis sit minor, poterit restitui ad probandum, si iam fuerit facta publicatio, vti cauetur Ordinat.lib.3.tit.20. §.32. quanuis de iure communi cōtrarium esse dicendum, vt expressè deducitur ex glos. in l. si parentes, verbo ex persona.C. de euiction. Afflct. decis.15. Nec id iniquum videri debet, cum adhuc tertio saluum maneat ius appellādi ad proprij juris defensionem, vel im pediendi executionem in ijs casibus, quibus sibi non nocet res inter alios acta cum principali. Couar. pract. cap.

14. num.3. col.3. & cap. 15. Vnde si in secunda instantia iam sit plata sententia, minor assistens non excludetur in Cancellaria per restitutionē in integrum allegare exceptiones, quæ infringant ipsam sententiā, quanuis pars principalis ultra cum illis non auidetur, quod est notabile ad Ordin.lib.3.tit.87. §.1.in fin. ibi, que desfaçao.

Verū Auctor nominatus tenetur sequiforum illius, à quo fuit nominatus ad sui defensionem, nec potest allegare priuilegium sui Iudicis. l. venditor. ff. de iudit. l. 57. tit.6.par. 1. Ordin.lib.3. titul. 45. §. 11. Gama decis. 332. Amplia primo, vt procedat etiam si iudex rei delegatus sit, nam quanvis eius iurisdictio non sit prorogabilis ad personas in delegatione non expressas. cap.P.& G.de officio deleg. Tamen in terminis, de quibus loquimur iurisdictio delegati porrigitur ad personam auctoris, ea nimicum ratione, quam affert Afflct. qui hanc sententiam pro-

probat decis. 227. &c tenuit
And. Gayl.lib. 1. pract. obser-
ua. 70. num. 2. Secundò am-
plia ut procedat, etiam si is
auctor sit Clericus iuxta sen-
tentiam glof. in cap. clericū
nullus 11. quæst. 1. quæ seruat
Hispaniæ secundum Co-
uar. pract. cap. 8. num. 3. & in
Lusitania iuxta Ordin. lib. 2.
tit. 1. §. 11. & in Gallia secun-
dum Fabr. §. fin. col. 2. Inst.
de satisdat. Limita primo, ni-
si vocatus allegaret in com-
petentiam iudicis inter par-
tes principales colitigantes
secundum Anchstr. consilio
333. num. 3. quem sequitur Fe-
lin. in cap. exceptionem nu-
m. 25. de except. Secundò limi-
ta quod auctor iste poterit al-
legare suspicionem iudicis,
ex tex. notab. in l. si pauper. 9.
ff. de lib. causa, quod ut singu-
lare notauit Gayl. ybisup. ob-
seru. 71. num. 7. Tertiò limita
in Rege & Fisco qui si ut au-
ctor fuerit vocatus, ad iudi-
cem patrimonij Regij debet
acta remitti. Ordin. lib. 3. tit.
45. §. vlt. & tenuit etiam Bar-
to. & Platea, quos refert Mar-

tin. Laudensis de Fisco quæ-
sto. 27. quicquid Bald. in l. 3.
col. 2. C. de iure Fisci. lib. 10.
Quartò limita nisi iste ter-
tius veniat ad defendendum
se ipsum, & rem quam adhuc
dicit esse suam, licet aliis no-
mine eius teneat, nam tunc
conseruatur in suo foro, ut in
Ordin. lib. 3. tit. 45. §. 10. ibi,
per ante o juiz do seu foro,
quæ ordinatio sic declarari,
& concordari debet, aliás n-
repugnaret tex. in §. 11. sta-
tim sequenti, pro qua con-
cordia ponderatur ratio tex.
ibi, pois he demandado por a
cousa que dis ser sua, quod
est notabile pro decl. ratione
tex. in l. 1. & 2. C. vbi in rem-
actio, & fundatur ex ijs quæ
dixi. lib. 1. cap. 3. numer. 3.
Quod ita decidit Senatus in
lite Michaelis Leyte cū Du-
ce de Auero, super renoua-
tione emphyteosis, in qua ter-
tius assistens, fuit admissus
cum exceptione declinato-
ria, Anno 1611. Scriba
Ioanne de Pay-
ua.

C A P. VI.

De litis contestatione.

Quanus olim de iure communis litis contestatio esset unus actus substantialis iuditij, adeo ut si omittetur, totum processum viciaret, ut per glos. in cap. dudum o 2. de electione. Bartol. in l. prolatam. C. de sent. & interlocut. Auendan. 1. respon. num. 2. & 4. Minsing. cent. 3. obleruat. 174. & dixi lib. 2. cap. 8. Tamen hodie de consuetudine Regni talis error non facit processum nullum, & absq; ea sustinetur, imo causa breuitatis in luctu fuit, ut iudex ex officio teneatur statim in principio dicere litem esse contestatam. lib. 3. tit. 51. per quod corrigitur ius commune in auth. libellum. C. de litis contestatione & tollitur contraria sua. Doctorum, de qua per Mascard. concl. 434. Sed non de ista, sed de propria, & stricta litis contestatione, qua per responsum partis inducitur,

intelligenda est lex regia, cu^m illa sit pñalis, in lib. 3. tit. 36. ibi, se quizer decer, pro ut in terminis decidit Senatus in lite Gaspar de Faria cum Alonso de Cisneros, Scriba Iorgeo Fernandes, Anno 1611. Et in hoc etiam sensu accipienda est Ordin. lib. 4. tit. 13. §. 10. ibi, do tempo, quæ obseruatio ad proximū utilis erit, & vera videtur attenta dispositione iuris communis, vbi litis contestatio tunc solum dicitur, quando sit responsio contraria ad libellum actoris, ut in cap. vn. iun. gl. ibi, extra de litis contestatione. cap. dudum o 2. de electione. Iudicauit in terminis. Senatus in lite Andreæ de Castro, Scriba Christophoro Riberio, Anno 1610. quæ decisio sustinetur etiam ex traditis à Gimia decis. 147. nu. 2. in fin. Licet contrarium censuerit postea idem Senatus in lite Ludouici daçunha cum Cathalina de Arayde, Scriba Antonio de Freytas, ex eo quia moratoria rei cunctatio quo ad hunc effectum habetur

tur pro litis contestatione, ut per Bald. Alber. & Iass. in l. si-
eum. §. qui iniuriarum. ff. si-
quis caut. & tenuit etiam Ti-
raq. lib. 1. retract. §. 15. glof. 2.
num. 5. Conciliari tamen pos-
sunt prædict. duæ decisiones,
ut prima procedat quando
reus habuit iustum causam
iuditium subterfugiendi, &
non contestandi. Secunda ve-
ro decisio procedat quando
constiterit dolosè reum lité
frustrari, differre, & cuncta-
ri, nam tunc ne ex suo dolo
fructus lucretur, moratoria
eius cunctatio in eius odium
habetur pro litis contestatio-
ne quo ad fructus restituendos,
ita nuncupatum voluit.
Faber quem citat Tiraq. vbi-
sup. num. 8. cum sequentib.
Inde etiam alias effectus in-
fertur ut scilicet etiā post li-
bellum oblatum ante contra-
riam partis responsionē pos-
sit actor ab instantia desiste-
re sine eo quod teneatur de-
sistere ab omni causa, ut per
Senatum in lite Vasco Ferná-
dez cum Fráncisco de Lemos
Scriba Valentin. da Costa,

quod notari licet pro decla-
ratione tex. in l. postquam li-
ti. C. de pacts. Item alius ef-
fectus est ut post litem con-
testatam non possit actor mu-
tare libellum, nec addere ut
dixi infra cap. 10. & cap. 11.
in princ. Et ex ijs etiam in-
fertur declaratio ad Ordina-
lib. 4. tit. 39. §. 2. ibi, antea da-
lide contestada, ut intelliga-
tur de propria, & vera litis
contestatione, de qua supra,
& ita practicari vidi.

C A P. VII.

De iuramento calumniae.

Post litis cōtestationem
sequitur iuramentum
calumniae, quod qui recusaue-
rit, siue actor, siue reus cadit
à causa. Dummodo tamen
præcedat iussus iudicis secan-
dū Paul. in l. 2. §. quod si ac-
tor. C. de iur. iur. propter ca-
lum. & pars statim insistat,
& iudicetur, nam si per dissi-
mulationem, sine villa senten-
tia, in causa progrediatur, nō
ideo

ideo processus reddetur re-
tro nullus vti olim erat de iu-
re communi secundum Ma-
thesal. singul. 6. Ferrar. caut.
12. ante Ordin. lib. 3. titul. 63.
per quā p̄dicta cautela eui-
tatur.

C A P. V I I I.

*De compensatione, &
reconuentione.*

REUS conuentus si quid
rab auctore consequi spe-
rat, habet duplex remedium
repulandi. Primum est per
viam compensationis, quod
non semper habet locū, præ-
fertim si non sit liquidum ex
alterutra parte. l. vltim. C. de
compens. quāuis ad hoc uno
modo cauit Cæpola. cap. 83.
alio Bart. in l. 3. ff. de stat. lib.
Secundum remedium est re-
conuentionis, per quod Reo
pleniū consulitur corām eo
demmet Iudice siue ille sit or-
dinarius, siue delegatus ad
instantiam tantum auctoris,
vt per Bartol. in auth. & cō-

sequenter. C. de sent. & inter-
locut. Marant. in specul. ad-
uocat. 4. par. dist. 6. num. 11.
pa. 151. limitata sic lege Re-
gia in lib. 3. titul. 33. §. vlt. vbi
loquitur de delegato ad in-
stantiam vtriusq;. Et siue ille
sit ad certam spēiem causa-
rum, vel personarum spēiali-
ter deputatus, quales sunt
in hac vrbe Iudices pupillorum,
& rerum Indiarum, vel
residuorum, Marant. vbi sup.
num. 19. vers. 5. quæro. Nisi
eius rei super qua mutuo pe-
titur per reconuentionem iu-
dex incapax sit, Ordinat. vbi
sup. §. 5. quæ sic debet intelli-
gi, & concordari cum alia,
Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 1. nota-
uit Bartol. vbi sup. num. 6.
& 19. quem sequitur Paul.
ibi, num. 2. Sed qui obijcit
compensationem debiti sibi
iam soluti, an teneatur pœ-
na dupli, de qua in Ordinat.
lib. 3. tit. 36. Bart. dicit quod
sic in l. amplius non peti in
final. verbis. ff. rem ratam ha-
bet. Contrarium tamen de-
fendi potest, quia cum sit pœ-
nale, non debet extendi. l. in-
ter-

terpretatione. ff. de pœnis.
Sed non est discedendum à Bartol. quia & is, qui compensat, verè actor dicitur. l. neq;. C. de compens. imo & is tenebitur pœna stellionatus. l. si fideiussor. 29. §. in omnibus, in fine. ff. mandati.

CAP. IX.

De libello responsorio Rei.

Enista repulsione quia reus efficitur actor. l. i. ff. de except. poni debet specificè ratio, & causa per quam Reus concludat suam responsonem & defensionem, ita ut eam non in genere, sed in specie proponat secundum Bartol. in d. l. i. num. 6. & 7. Felin. in cap. pastoralis. col. 5. extra de except. Et vbi cunq; fecerit mentionem in suis articulis de aliqua scriptura, illam offerre tenetur sicut & Actor. l. i. ff. de edendo. Aliás articuli deleri debent ex Regia Ordinat. lib. 3. titu. 20. §. 25. Nec edere videtur, qui totam scri-

pturam non edit. l. i. §. fin. vbi glos. verbo edere. ff. edendo. l. veluti, ibi, vel minus plenè editum. ff. edendo. l. vbi exigitur. vers. dolo autem. ff. edem. Nisi talis scriptura sic penes partem aduersam, nam tunc non tenetur eam offerre Abb. in cap. i. de probat. Bart. in l. si legatum. ff. de edendo. Vel nisi scriptura de qua fit mentio fuerit inter alias personas; nam potest articulati de illa, etiam si non offeratur, vt tradit Vallasc. de iur. emphyt. questio. 7. num. 35. Vel nisi petatur licentia ad articulandum de tenore illius, & de eius ammissione, nam in ijs casibus prædict. Ordin. limitatur ex auctoritate decisionis Senatus in lite Ludsonici Aluares da Costa, cum Vicentio Monteiro, Scriba Dominico de Pina, Anno 1607. Et quia qui offert instrumentum, censetur fateri omnia in eo contenta, vt in l. cum precum. C. delib. caus. Bartol. in l. post legatum. num. 2. ff. de ijs quibus vt indigni. Ne aliqua eius capitula pro-

du-

dacenti noceant cautē ali-
qui dicunt illud producere
quatenus contra se non facit
secundum Bald. in cap. cum
dilectus. num. 15. de consuet.
Sed contra cautela est, vt ad-
uersarius dicat, ego reproduc-
co eandem scripturam quan-
tum pro me facit, secundum
Butrium in cap. cum olim de
censibus, & resoluti commun-
niter Franc. in cap. imputari,
ad fin. de fid. instrum. quan-
tus alij præd. cautionem ni-
hil prodeße magis putet, quo
rum dicta nititur ad concor-
diā reducere Masc. concl.
916. ex num. 15. Igitur ista
repulsatio semper admittitur
in audientia, si & in quatum,
idest si pertinet, & in quan-
tum pertinet, quod alibi dici-

tur (salvo iure impertinentium, & non admittendoū) nam impertinentes articulos
non esse admittendos collig-
itur ex I.C. in l. si duo patro-
ni. §. idem Julianus. ff. de iu-
re iurand. Bart. in l. ad proba-
tionē a 1.2. notab. C. de pro-
bat. Vestrius in pract. cap. 14.
& 15. lib. 1. Masc. concl. 132.
de probat. Vnde ista clausula
(si & in quantum) efficit ne
attendantur admissio, vbi ar-
ticuli impertinentes reperiā-
tur, si credimus Bart. in d.l. si
duo patroni. §. idem Julianus
Bald. in l. fin. in fin. C. qui le-
gitim. personam. Crauetta
confi. 23. Marc. decis. 565. &
567. 1. par. Felin. & commu-
niter omnes in cap. cum con-
tingat de officio delegat.

Contrariando dizem Pedro & sua molher.

R.R. contra Mart. & sua molher, &c.

P. Que na instituição do morgado que fes Lourenço, somente
exclui o femeas no mesmo grao, & linha, & antes faltando
no mesmo grao varão, admittio femeas, assi no primeiro, co-
mo nos demais chamamentos que fes dos seus descendentes,
& collateraes.

P. Que elle Pedro he filho de Isabel irmãa de Geronymo, ultimo
possuydor

possuydor do d. morgado, o qual he falecido sem filhos, & assi
por f. Itar naquel grao varao, como auia de succeder sua may
se fora viua, com muito mais razaõ elle R. por ser tambem
varaõ.

Petit admittii, &c.

*De primo & secundo articulo
pro masculo ex femina.*

5 **Q** Vanuis testator voca
uerit masculos, & in
eorum defectu filias foemi
nas, non inde censemur ex
clusus, imo est admissus mas
culis ex femina. Primo, quia
de rigore, & propria nomi
nis significatione, masculo
rum appellatione cognati mas
culi comprehenduntur auth
de hæred ab intest. ven. §. nos
igitur, ibi, quiq; ex masculo
rum, &c. quæ tex. ad id alle
gat Fulgos. consi. 86. num. 4.
Ant. Rub. consi. 22. num. 7.
ad idem etiam allegari solet.
I. I. C. de cond. insert. iun. do
ctrina Paul. ibi num. 4. & li
cit hæc iura non probent eā
sententiam ad quam allegan
tur, verissima est, & pro ea
est melior tex. in auth. sicut
hæreditas. **C. delegit.** hære d.

iun. I. I. C. quando mulier, &
dubitari nō potest quin mas
culorum appellatio compre
hendat masculos cognatos,
secundum communem vsum
loquendi, cui standum est. I.
librorum 50. §. quod tamen
Cassius versicu. nam & ple
runq; ff. deleg. 3. à qua pro
prietate non est recedendum,
nisi appareat euidens contra
ria voluntas. I. non aliter. ff.
eodem. I. ille aut ille. §. cum
in verbis. ff. deleg. 1. Secundò 6
pro hoc masculo facit tex. in
cap. 1. de eo qui sibi, & hæ
redibus. vers. tandem, quem
ad hoc induxit Grego. in I. 3.
tit. 13. par. 6. verb. *mugeres.*
col. 6. vers. sed quid si, vbi scri
bit, quod si conditor maiora
tus vocavit masculos, quos
voluit semper præferi foemi
nis; deficientibus masculis
admittentur ad maioratum
masculi ex foeminis, in cuius
senten-

fententiam citat etiam Anchar. consi. 359. num. 3. Paul. de Castro in l. 1. C. de cond. insert. idq; afferit Greg. maximè procedere in maioratu, in quo sunt villæ, castra, iurisdictio, nam tunc testator præferens masculos videtur considerare fragilitatem mulierum, quibus dominari non conuenit, eandem etiam sententiam sequitur Bald. consi. 133. lib. 2. & repetit idem Bil. in l. quoties. num. 6. C. de suis & leg. hæred. & in cap. significatione. num. 1. de rescript. & ferè in eisdem terminis Ant. Gom. in l. 40. taur. num. 62.

⁷ vers. quarto facit. Præterea pro hoc sæpe consuluisse afferit Manica de conjecturis. lib. 8. tit. 18. num. 6. & 19. & per integrum illud consilium multis rationibus & Doctorum testimonij hanc partem tuetur, & ipsum etiam defendit Pelaes de maior. 2.

⁸ par. quæst. 6. nu. 67. Ulteriorius pro hac parte facit, quia quo tiescunq; conditor maioratus masculos ad successionem vocavit, & eis extantibus no-

luit fœminas admitti, non tam causa conseruandæ agnationis, sed ex prædilectione sexus propter fragilitatem mulierum, quibus dominari non licet, ut supra dixi, vel ex eo quod ipsi masculi sustineant onera familiæ, fœminis vero sufficiat competenter dotem assignari, ut per Molin. lib. 3. cap. 5. num. 26. Vel ex eo quod honorem, & dignitatem masculi tueatur, iniurias propulsent, atq; illatas vendicent, ut inquit Cephal. consil. 306. nu. 72. lib. 3. Proculdubio in hoc casu certum est vocatis masculis intelligi vocatos masculos ex fœminis descendentes, quia ex vi, & proprietate vocabuli negari non potest, quod masculorum appellatione comprehendantur masculi descendentes ex fœminis quam conclusionem in terminis tenet Rub. consi. 22. num. 3. Corn. consi. 246. lib. 2. Ruyn. consil. 43. lib. 1. Bolognia. cōf. 63. Cæpol. consil. 7. Brun. tracta. de statut. fœm. exclud. art. 3. Molin. lib. 3. cap. 5. num. 48.

Pelaes dict. quæst. 6. num. 55.
 & 58. assertens hoc esse de mé
 te omnium scribentium. Et
 9 confirmatur, quia conditor
 vocavit in defectu masculo-
 rum filias, eiusquæ descen-
 dentes, ita ut ijs deficiéntibus
 ad colaterales masculos de-
 ueni et successio, quo casu
 dubiū non est masculū ex fœ-
 mina censeri vocatū ea ratio-
 ne, quia ex quo personæ ipse
 honoratæ non poterant esse
 agnatæ, nō censetur cōsidera-
 ta agnatio, sed qualitas mas-
 culinitatis, ita in terminis
 Anch. consil. 339. col. 3. &
 4. Dec. consil. 303. num. 8. do-
 cent Aret. col. pen. & Socin.
 num. 59. in l. Gallus. §. nunc
 de lege velleia. ff. de lib. &
 posth. Molina & Pelaes vbi
 10 sup. Nec obstat quod testator
 vocavit filios cum qualitate
 masculinitatis, & sic videtur
 voluisse conseruare agnatio-
 nem, quia illud non proce-
 dit quoties qualitas masculi-
 nitatis ad certos gradus, &
 personis restringitur, nam
 tunc conseruadæ agnationis
 ratio vterius non exténdit,

limitata enim causa limitatiū
 parit effectum. I. in agris, de
 acq. rerum dom. I. age cum
 Geminiano. C. de transact.
 cum alijs adductis à Mieres
 de maior. quæst. 6. num. 106.
 & ita limitat Imol. in l. si ve-
 ro. §. de viro ad fin. ff. solut.
 matrimonio, quem sequuntur
 communiter DD. quos re-
 fert Molin. lib. 1. cap. 5. n. 37.
 & lib. 3. cap. 5. num. 10. & 18.
 Pro quibus ego vltra ipsos
 considero, quod de persona
 ad personam non sit regula-
 riter extensio. I. commodissi-
 mè delib. & posth. secundū
 interpretationem quam assi-
 gnat ad eam. I. Bart. in l. Gal-
 lus. num. 9. cui subscribit Cu-
 man. in d. I. commodissimè.
 num. 3. Ripa in l. 1. num. 82.
 ff. de vulga. Soar. in l. quo-
 niā. amp. 1. num. 1. I. ass. con-
 sil. 220. col. 4. lib. 2. Vnde in
 eo casu quo conditor maio-
 ratus statuit, quod non suc-
 cederet fœmina nisi quando
 non reperiretur masculus, Se-
 natus contra fœminam agna-
 tam admissit cognatum in li-
 te Ducatus de Veragua, pro
 domi-

domino Nuno Colon, Anno
1604. pro quo ego consului.

C A P. X.

De libello replicationis.

REplicatio iuuat, & fortificat libellum pro ut
notat Bald. in l. fin. quæst.
17. num. 38. C. de hær. institu-
tio replicatio habetur pro
libello, glo. in l. quæstum 31.
§ fin. ff. de pecul. Gam. deci-
sif. 330. num. 2. Vnde si illa re
pugnaret, & esset contraria
libello non admittetur, Af-
flict. lib. 2. fæud. fol. 55. tit. de
controversia inter Episcopū
& Vassal. num. 6. Nec enim
permittitur actori actionem
mutare post litem contestatā
secundum glof. & Bartol. per
tex ibi, in l. edita. C. de eden-
do, iudicauit Senatus Neapo-
litan. in fortioribus terminis
secundum Afflict. decif. 60.
Vnde in hoc casu reus pote-
rit impedire replicationem
compellendo agentem, ut pri-
mā causam prosequatur iux-
ta authen. qui semel C. quo-
modo, & quando Iud. Aut pe-
ter absolui, nec admittet, ut
actor mutet actionem secun-

dum cautellam, quam comi-
niscitur Pinel. in l. 2. 3. par.
cap. 3. num. 25. de rescind.
Sed tunc actor desistet à prio-
ri actione, & tantum prosequet-
ur deductam in replicati-
one secundum Dec. in d. l.
edita. num. 53. solvens prius
expensas interim factas, pro
ut tradit Salicet. in l. postquā
liti. num. 19. C. de pact. Sed si
replicatio non opponatur, ex-
ceptio habebit locum Dec.
consi. 84. num. 2. Ideoq; repli-
catio (oportet) ut offeratur
in termino, aliás repelletur
actor, & non auditur Ordin.
lib. 3. tit. 20. §. 19. In quo An-
gel. Arer. in rubrica Instit. de
exception. num. 23. ad fin. ad
monet causidicos ut sint cau-
ti & elapsi termino per epito-
rio accusent contumaciam,
& iudex ad ipsorum petitio-
nem instanter super hoc pro-
nuntiet, videlicet titium fuis-
se contumacem in termino,
& de cætero non fore super
illo audiendum, quod dicit
idem lensiss. Bald. in l. diffa-
mari. C. de inzen. & man. Sa-
licet. in l. sive. C. qui accusar.

non possit eandem cautelam posuit Capola. cap. 164. Et idem etiam censuit Natta in Clemen. s. p. §. & quia. col. 14 de verb. signific. Felin. in cap. licet causam. nu. 17. vers. limita 4. de probat. & videtur sentire Ordinat. vbi sup. ibi, o juiz os mandara pre- gear, & ibi, os lançara. Et qui dem. hac cautela semper huc usq; fuere vni aduocati nostri temporis, sed iam praxi receptum est necessariam non esse accusationem contumaciam, sed ipso iure absq; petitione partis elapso termino ab ipso Scriba dati mandatum de capiendo processum contra aduocatum, & si in illo non reperiatur responsio, remanet pars repulsa, & progressetur in causa, que praxis sustinetur ex eo, quia attenta Ordin. Regia omnes termini hodie sunt iam peregrinatorij, & à lege inducti in lib. 3. tit. 20. §. 44. i. o. sejam audiados por lancados do que ouuerão de vir, poiso que à parte contraria não accuso sua contumacia, & ibi, não sera necessaria ou-

tra obra mandado, pronuncia- ção do julgador, quasi terminus iste legis sit statutus in modum præscriptionis, ita Felin. in d. cap. licet. vers. limi- ta. 3. cui sententiae conuenit tex. in l. quinquaginta, & in l. siue oportet. §. 1. & §. con- sequens. ff. de excusat. tut. vbi non auditur elapso termino 50. dierum, qui datur ad ex- cusandum Alex. in l. insulam num. 34. ff. de verb. oblig. Bal. in l. exceptionem. C. de pro- bat. Abb. in cap. cum in tua ad fin. qui matrimonium ac- cular. possit. & ratio est, quia fortior est dispositio legis ad excludendum, quam disposi- tio hominis, nam lex nō sup- pleatur per Iudicem, & ideo terminus legalis prorogari non potest, auth. de exhib- reis. §. suscepto, nam ex termi- no iuris oritur quedam inter locutoria, à qua non appella- tur. l. si qua pena. ff. de verb. signific. M. sc. de prob. concl. 1235. num. 36. Quod tamen limita nisi pars rejecta alle- get impedimentum ex clau- tula generali, & plerūq; pars admit-

admittitur si adhuc res est in
tegra, prout erat tempore as-
signati termini, & ius aduer-
sari non sit factum de terius
glos. in Clem. s̄epe. §. & quia
vers. non obstante de verb.
signific. & videtur tex. pro
hoc in l. mancipiorum. ff. de
option. leg. vbi si datur alicui
terminus ad eligendum, &
post terminum electio transf-

feratur in te, tamen elapsa ter-
mino potest mora purgari, si
ius aduersarij non efficiatur
deterius, similis tex. in cap. si
tibi absenti de præben. in 6.
vbi lapsus termini ad accep-
tandum beneficium non no-
cet re integra, quin post ter-
minum lapsum possit accep-
tari, & forma hæc est.

Replicando, &c.

- P. Que o fundador do morgado da contendia, não somente por palavras claras, mas por coniecturas muy expressas quis que este morgado não viesse a femeas em quanto ouuesse varão, posto que fosse de mais remoto grao, porque
- P. Que o fundador teve intento de cōseruar sua agnaçao, a qual não se conserua polas femeas, senão pelos varoēs, chamandoos sempre, & excluyndo as femeas.

De primo articulo. Pro mas-
clo agnato, contra co-
gnatum.

- 4] N primis contra cognatū
expenditur tex. in l. si viua
matre. C. de bon. mater. vbi
nepos non debet esse melio-
ris conditionis, quam filius,
vnde Paul. in l. gallus. § nūc
de lege. dicebat in emph-
tico accepta pro se, & libe-

ris masculis nepotem ex fœ-
mina non posse admitti, quo-
niam mater eius, si viueret, ex-
cluderetur, deinde expendi-
tur doctrina Bartol. in l. libe-
rorum. num. 14. & 26. ff. de
verb. signific. quæ est recepta
communiter secundum Pi-
nel. in dict. l. si viua matre.
num. 19. Gomes in l. 40. taur.
num. 61. Molin. lib. 3. cap. 5.
num. 1. Pelaes 2. par. quest. 6.

à num. 52. pro quibus est.
 I. illam. C. de collat. vbi ne-
 pos subintrans in locum ma-
 tris in eadem portione succe-
 dit, quā mater habitura esset,
 & in l. fin. C. de natur. lib.
 vbi prohibitio facta filio ex-
 tenditur ad nepotem vbi est
 eadem ratio, deniq; est tex.
 in cap. 1. §. hoc autem notan-
 dum de ijs qui fæud. dar. poss.
 in quo fœminæ non succe-
 dunt, nec eorum filij admit-
 tuntur, cum de fæudo ad ma-
 ioratum passim argumenten-
 tur D.D. vt constat ex Bald.
 in l. cum antiquioribus. n. 2.
 C. de iur. deliberand. Couar.
 lib. 3. var. cap. 5. vers. 6. Maxi-
 mè cum ratio illorum iuriū
 militet etiam in alijs disposi-
 tionibus. Ea enim est quia nō
 debet quis melioris esse con-
 ditionis, quā auctor eius fuit.
 I. non debet. I. quod ipsis de-
 regu. iuris, quam rationem in
 d. §. hoc autem assignat Iser-
 nia. num. 9. vbi eleganter Bal.
 inquit successionem non de-
 bere fieri per saltum, & ideo
 oportere vt gradus antea sit
 successoris argument. I. tria

prædia de seruit. rustic. præd.
 Destructo nanq; antecedenti 6
 sequitur consequentis destru-
 ctio. l. 1. ff. de officio eius. Fa-
 cit ratio tex. in cap. licet ex
 quadam de testibus, cum sa-
 tis sit absurdum eos admitti,
 quorum repellerentur auto-
 res, vnde Ioan. And in addit.
 ad Speculat. in tit. de success.
 abintestat. scribit quod si quis
 aliquem hæredem instituerit,
 & substituat alium sub con-
 ditione, si sine liberis mascu-
 lis deceserit, si institutus de-
 cedat reliquo nepote ex filia,
 non videtur defecisse fidei-
 comissi conditio, & ideo sub-
 stitutus admittetur, quam sen-
 tentia in plures secuntur, quos
 Molina refert vbi sup.

C A P. XI.

De libello Triplicationis.

An in causis summarij: i
 duplicatio, & triplica-
 tio daretur? magis obtinuit à
 Senatu illam dari, vt in ordi-
 narijs, in lite Martini Alfösi,
 Scriba

Scriba Bertolameo Moro,
Anno 1609. Vnde in causa
habilitationis hæredū tripli-
cationem admitti à Senatu
quoq; decisum fuit. Item an
post oblatum libellum tripli-
cationis possit actor addere
suo libello replicationis? dubi-
tatum fuit in lite Bertolamei

Thomas cum Francisco de
Freytas, Scriba Valentim da
Costa, Ann. 1611. Vbi tamē
decisum extat actorem nihil
addere nec mutare posse, vt
quia post terminum elapsum
non dicatur re; integra tecū-
dum Bald.in l. si eo tempore.
C.de remiss.pignor.

Triplicando dis, &c.

- P. Que no chamamento primeyro que ses o fundador para o dito
morgado de sens filhos, despois de os auer nomeado aos varoës, & seus descendentes deles varoës por linha masculina,
logo chamou a falta deles as suas filhas, & nas demais sosti-
tuyções tornou a fazer o mesmo modo de chamamentos nos
netos do primeiro chamado.
- P. Que no cabo pos húa clausula, & diſe, que pelo mesmo modo
& maneira se socedeſſe nos demais descendentes seus, ou
transuersais, adonde entraſſe o dito morgalo.
- P. Que quando a falta de filho ou neto varão se chama a filha,
não se tem respeito propriamente a agnaçao.
- P. Qu: a may delle R. estac en grao & linha mais chegada, a qual
seu filho representa.

De secundo Articulo Triplica-
tionis. Ex quibus colligatur
voluisse testatorem eun-
dem modum succe-
dendi in seqq.

Subſtit.

Dixi ponderanda esse
illa verba, succedasse

assī, & da mesma maneira,
quæ omnimodam similitudi-
nem significant, & includūt
in ſe eundem modum succe-
dendi, secundum Bart. in ex-
trauag. ad reprimendum ver-
bo, pro vt, sequitur Bald. &
Iaff. in l. pen. C. de institut.
Alex. confi. 9.num. 10. lib. 1.

H 4 Nam

Nam illa verba habent relationem ad præcedentes substitutiones factas, & primo nominatas, ex qua relatione idem modus præcedens inest in referente. I. aſſe toto de hære. inst. I. si ita scripſero. ff. de cond. & dem. Quemadmodū verbum *aſſi*, similitudinem denotat. I. quæſitum. §. peto. I. qui habebat. §. fin. leg. 3. I. li- bertas. §. hæc scripture, de ma- numisi testam. Bart. I. quibus diebus. §. termiñius. 2. col. ff. de con. & dem. Aymo. consil. 25. num. 26. vbi dicit dictio- nem (ita) esse restrictiū ad præcedentia. Et verbum, sem- per, idem importat, quod om- ni caſu secundum Rom. con- sil. 166. col. pen. Et dū dixit testator *succedasse aſſi*, aper- te significauit illis verbis, or- dinem in principio expressū seruandum esse in omnibus, qui in locum deficien- tium subrogarentur.

De tertio articulo. An ex vo- catione feminæ agnatio- geneatur ex- clusa.

Q Voties in aliqua par- 3 te dispositionis fœmi- na aliqua inuitatur ad suc- ceſſionem, non censetur ha- bita ratio conseruandæ agna- tionis, iuxta celeb. consil. Bald. 473. lib. 5. vbi probat tunc censi-ri conseruatam ag- nationem; quando fœmina ſemper excluditur, & nullo caſu admittitur, & plures re- fert Molina lib. 3. capit. 5. num. 50. & ultra ipſos Paul. in I. gallus. §. nunc de lege. num. 8. quem refert & multis comprobat Meres d. quæſ. 6. num. 64. vers. 2. dicta com- munis.

Sed hæc ſententia limita- 4 tur, ut non procedat, quando inſtitutor fœminas vocauerit in ſubſidium, non ex præ- dilectione, ſed eas relinquent- do in diſpoſitione iuriſ communis; tunc enim cengebitur voluisse conſeruare agnati- onem interim dum ſuperēſt aliquis maſculus agnatus etiā remotiſſimus iuxta doctrinā Decij in consil. 364. num. 2. dicētis quod ſi ſtatuto prohi- beantur ſuccedere fœminæ, quādiu

quādū supersunt masculi,
non ex eo sequitur fœminas
esse vocatas, sed remanere in
dispositione iuris cōmunis,
inducta enim ad exclusionē
non debent operari effectum
contrarium. l. legata inutiliter
ff. de adim. leg., quod in alio
proposito rectè comprobat
Pelaes. d. quæst. vers. quibus
non obstantibus. num. 10.
Facit doctrina Ancharran. &
Florian. inter consilia An-
char. consil. 359. vbi docet,
quod si testator masculos, &
descendentes eorum vocauer-
it, licet postea fœminas in
eorum defectum admiserit,
masculus agnatus etiam re-
motior excludet quancunq;
fœminam & masculum cog-
natum, & etiam proximiore,
quam doctrinam bene fun-
dat Greg. in l. 3. tit. 13. par. 6.
verb. *mugeres*. vers. 2. præmit
tendum, docens propter talē
vocationem fœminarum nō
fuisse recessum ab agnatione
prius expressa.

6 Pro cuius pleniori intel-
ligentia, & confirmatione ob-

seruo fundatorem maioratus
ad vocationem fœminatum
descendere quasi coactum, ne
bona libera manerent; nam
euenire poterat, vt masculi
agnati, quales ipse ad suam
successionem desiderabat, de-
ficerent; atq; ita in vltimo
masculo viderentur ipsa bona
manere libera, & alienabi-
lia argum. l. qui solidum. §.
prædium deleg. 2. & in termi-
nis ita respondet Bertrand.
consil. 46. num. 8. lib. 1. docēs,
quod quando fœminæ non
sunt inuitatæ, nec substitutæ,
vltimus masculus potest li-
bere de bonis testari, probat
late Lass. consil. 164. num. 2.
lib. 4. & in consil. 3. lib. 1. quan-
uis contrarie partis auctores
plures referat Mieres in 3. p.
quæst. 6. num. 44. & 4. p. quæ-
stio. 29. num. 2. col. 3. illius
num. ad finem. Quò sit, vt
in hoc casu conditor maiora-
tus qui perpetuam esse cupit
suam successionem per sub-
rogationē eorum, qui essent
de suo genere iuxta l. cum de-
bere colūnam deseruit urb.
præd. l. proponebatur. ff. de
iudic.

iudit. & l. sicut. §. fin. quod cuiusque vniuersit. nomi- ne , deficientibus masculis prudenter fœminas , & earū progeniē admiserit , ne fortè existimari posset in vltimo masculo maioratū expirasse; atq; ita ad conseruationē ag- nationis , quam prädilexerat , defecisse non videtur , inte- rim dum superesset aliquis , per quem ea conseruari pos- set ; desideria enim morien- tium ex arbitrio viuentium , non sine iusta ratione inter- pretanda sunt . l. quoniam de- sideria . C. de natura lib. Superior autem interpretatio pro- culdubio arbitrio testatoris , si viueret , conueniret. Atque ideo in conflictu eorum om- nium , qui erāt cognati , illum , qui ex matre tantum descen- derat präferri illis , qui ex ma- tre , & a via . censuit Sena- tus Castellæ , in lite Comita- tus de Gifuentes , anno 1613 .

In quarto articulo , ibi , a qual ob se filho representa .

Representatio tunc de- ebet mū admittitur , statu-

vibet

ex voluntate testatoris nō ap- pareat vt in Ordinatio.lib. 4. tit 100. § 3. Nā prouisio homi- nis facit cessare prouisionē legis Tiraq. in l. si vnuquam . verb. liber. num. 8. & 9. Mol- lina lib. 1. cap. 2. num. 27. Et in dubio videtur testator se cōformare cū dispositione iu- ris . l. si duo . acq. hære . l. hære- des mei . §. cum ita . ss. ad Tre bell. Vnde verba illa , o que elle ordenar , & dispuser , se guardara , ad dispositionem ex pressam institutoris neces- sitati sunt referenda , cum id dispository dicatur , quod ex verbis dispositionis eviden- ter constat , & non coniectu- ris tantū deducitur secundū Dominic. in cap. 1. §. licet . num. 5. de procurat. in 6. & comprobatur ex adductis in terminis per Molinam. lib. 3. cap. 8. num. 2. cum sequenti- bus . Tu tamen dic sufficie- t. citam voluntatem ex ver- bis , aut mente testantis iuri- dicē deditā . Cum voluntas 9 non tantum dicatur , qua ex- pressa est , sed quæ tacitè , & per coniecturas ex verbis de- ducitur

ducitur. I. cū virū. C. de fideicom. I. pen. deleg. I. l. cū proponeretur. I. qui solidum deleg. 2. l. 3. C. delib. præterit. I. licet imperator deleg. I. singul. tex. in l. titius. §. I. de liber. & posth. & in terminis Paul. Parisi. consil. 38. num. 13. vol. 2. Dec. consil. 1. 15. & 38. Tyb. Decian. consil. 63. nu. 7. vol. 2. Auend. in l. 40. Tau. gl. 20. nu. 2. & 4. & ibi Palat. nu. 22. & 29. Castillo. num. 30. Greg. in l. 3. tit. 13. pa. 6. verb. mugeres. col. 7. ad fin. versic. Ideoq; dicendum est, quos refert Molina. lib. 3. cap. 8. nu. 5. Et confirmatur ex eo, quia expressum etiam est illud, quod ex verbis infertur, seu deducitur, licet illud non exprimatur. Et scriptum dicitur quod ex scriptis colligitur Angel. in l. quoties. ff. de hær. insti. Bart. in l. si fidei asfor. §. meminisse. nu. 1. in fin. ff. deleg. 1. resolut Dec. consil. 68. col. 4. Cepha. consil. 74. num. 10.

⁹ 10 Vnde primo repræsentatio cessabit, si conditor maioratus ad successionem voca-

uerit filium, vel successorem, qui tempore successionis maior existat, nam tūc filius secundo genitus admittetur excluso nepote si iij primogeniti, qui in vita aui p. æ mortuus fuerit ut tenuit Ancharr. consil. 82. num. 11. Alciat. consil. 579. num. 4. Dec. consil. 443. in fin. Soc. consil. 87. vol. 3. & in l. si cognatis. nu. 5. de reb. dub. & alij quos refert Molin. lib. 3. cap. 8. nu. 18. & confirmat multis rationibus, & aucto: i. atibus. Auenda. in l. 40. gl. 17. ex num. 18. Et comprobatur quia verba illa (*filho mayor*) secundum naturalem, & non fictam significationem sunt accipiēda. l. fin. C. de ijs, qui ven. æta. Et quando filius vocatur cum aliqua qualitate, quæ non repertitur in nepote, nepos non continetur appellatione filiorum, ut in specie pro patruo considerauit Alexan. & Iass. quos refert Auend. vbi sup. num. 19. Iudicauit ita Senatus ex ijs, in lite Simonis da Cerpa cum Blanca Florina, Scriba Iorg. Fern. ann. 1618.

Con-

II. Contrarium tamen tenue
runt non nulli quos refert
Molin. lib. 3. cap. 8. num. 19.
& Tiraquel. de primog. quæ-
stio. 40. num. 11. & quæst. 41.
num. 4. Peralt. in l. cum ita.
§. in fideicommisso. num. 15.
deleg. 2. Et ultra ea, quæ ab
iustis auctoribus pro nepote
allegantur, illa argumentatio
pro eo magis urget, scilicet,
quod cum omnes descenden-
tes sint vocati ordine succes-
sivo (pro ut est in materia
maioratus) inde fit ut tales
descendentes in secundo gradu
censeantur vocati secundum
glos. receptam in l. gallus. §.
quidam recte. ff. delib. & posth.
vbi Paul. explicat & probat
Soc. Ergo videntur inuitati
per substitutionem compen-
diosam, scilicet, ut eo casu
quo proximus non succedat,
censeatur vocatus sequens in
gradu per substitutionem vul-
garem, quæ etiam habet locum
in legatis, & fideicommissis.
I. ut hereditibus. ff. delegat. 2.
Et eo casu quo non succedat
primus censeatur vocatus se-
quens in gradu per fideicom-

missum, quod aperte proba-
tur ex doctrina Bart. in l. cen-
turi. num. 32. ff. de vulgar.
recepta communiter secun-
dum Rip. ibi. num. 146. Al-
ciat. num. 96. Alex. conf. 162.
num. 1. lib. 2. Paul. Paris. con-
sil. 18. num. 14. lib. 2. quam
explicat Couar. in cap. Ray-
nutius. §. 9. num. 1. de testam-
vbi DD. communiter talen-
substitutionem appellant co-
pendiosam lato sumpto voca-
bulo, cum ea substitutio cen-
seatur repetita per omnes des-
cendentes, quoniam quot sunt
capita, tot sunt substitutio-
nes ex natura maioratus, ut
benè probat Molin. lib. 1. c. 1.
num. 17. & lib. 3. cap. 6. n. 29.
Sequitur manifestè quod cū
post mortem cuiuslibet pri-
mogeniti censeatur vocatus
per fideicommissum sequens
in gradu, censebitur etiam
vocatus per vulgarem substi-
tutionem scilicet mortuo pri-
mogenito in vita patris, cum
igitur talis nepos censeatur
admissus ex prima maiora-
tus institutione secundum
prædicta, consequens est, ut
licet

licet testator vocauerit filium maiorem qui reperiatur tempore mortis ultimi possessoris, non debet nepos exprimogenito excludi, tā ex eo quia nepos semel admissus, ex natura maioratus debuit postea specialiter excludi, nec in verbis generalibus censetur exclusus, vt in l. cum auus. ff. de cond. & dem. Quām etiam ex eo quia verbum (filius maior) positum in maioratu debet referri ad solos filios, ita vt inter eos ex orta contentione maior præferatur, non vero ad casum de nepote contra patrum, inter quos non potest dari bona comparatio maioritatis.

33 Secundò repræsentatio cessabit ex alia cōiectura, veluti si testator dixerit, vt succedat filius qui superuixerit, vel qui superstes extiterit tempore mortis ultimi possessoris, vt tenuit Gregor. in l. 28. tit. 8. pa. 5. verb. segun. Bertrand. cons. 214. col. 4. vol. 4. Costa de patruo, & nept. num. 13. usque ad num. 16. & alij quos refert Molin. lib.

3. de primogeni. cap. 8. & eam multis rationibus & auctoritatibus comprobat Auenda. in l. 40. taur. gl. 8. ex num. 11. vbi argumentis in contrarium satisfacere Conatur.

Tertiò repræsentatio cesabit ex alio, veluti si institutor maioratus vocauerit suū proximiorem, vel proximum in gradu, vt in terminis nostræ Ordinationis probat etiā latissimè Auend. in l. 40. taur. gl. 20. ex num. 16. cum seqq. Nam vbi proximior vocatur, filius non repræsentat personam patris prædefuncti. Couar. præct. quæst. cap. 38. nu. 4. Ant. Gom. in l. 40. taur. n. 41. Costa de patruo, & nep. pag. 130. quicquid Molina de primogen. lib. 3. cap. 8. num. 11. cuius fundamenta impugnat Humada in l. 2. tit. 15. par. 2. gl. 17. num. 10. Et ita sanè iudicauit Senatus in lite Aluari Rodrigues Borralho, anno 1607. Scriba Hieronymo de Mendoça.

Quartò cessabit si conditor maioratus agnatum, remotiorem admiserit, & p: s illum

illū excluderit filias foeminas
nam tunc neptis ex filio pri-
mogenito prædesuncto, quā
uis aliás ipsa prærogati-
uam viri patris repræsentet
vt resoluit Tiraq. de iure pri-
mog. quæst. 14. num. 3. & 4.
Couar. præct. cap. vlt. num. 8.
vers. 4. Molina lib. 3. cap. 8.
num. 10. de Hispan. primog.
Pelaes de maior. 2. par. quæ-
stio. 6. à num 15. & 19. Costa
de successione Reg. pag. 198.
Tamen per patrum ipsa ex-
cludetur ut decidit Senatus
Castellæ in causa Comitatus
de Palma pro domino Ludo-
uico Portocarrero, Anno
1594.

16. Sed & illud pro declara-
tione nostræ Ordinatio. adde
quod si conditor maioratus
in linea descendantium ex-
pressè sustulit ius repræsen-
tationis, tacitè illud videtur
sustulisse in linea transuersali.
Auendan. in l. 40. taur. gli.
18. num. 6. Et ratio est, quia
cum prædict. Ordinat. Illud,
quod disposuerat circa ius re-
præsentandi in linea descen-
dantium, ampliavit pro:ede

re in linea transuersali, vt ibi,
o que nō solumente, &c. Dedu-
citur quod exclusa per testa-
torem repræsentatione in li-
nea principali descendantium,
ampliatio quæ facta est ad li-
neam transuersalem, debet
etiam censeri exclusa, iuxta
doctrin. Dominic. in cap. qua-
lis. 25. dist. Et quia ampliatio 17
sive addicio facta ad lineam
transuersalem, non potest co-
sistere sine suo principali re-
gula cum principalis de reg.
iur. in 6. Quam opinionem
probauit etiam Azeued. in l.
5. tit. 7. lib. 5. nou. recopillat.
num. 5 Inquiens quod si in
linea descendantium pater
ordinauit quod patruus ex-
cluderet nepotem filium pri-
mogeniti, idem etiam vide-
tur voluisse obseruari in li-
nea transuersali, quia constat
hoc casu testatoris voluntate
fuisse, vt propinquior in
grado præferretur, nam nul-
la alia ratio reddi potest, &
ideo haberi debet pro expres-
sa. I. quanvis vbi glo. com-
muniter recepta. C. de fidei-
comissis. Deinde quia ille ca 18
sus

sus in filio secundo expressus ex paritate rationis, vel per argumentum à fortiori, aut de maiori ad minus, proculdubio & alios casus similes in transuersalibus comprehendere debet, quando cōcurrit si. us. secundus cum nepote.

CAP. XII.

De dilationibus, & quibus modis probatio fiat.

IN causis violentiae vnicam tantū dilationem concedi Praxi & stylo receptum esse constat. In ordinarijs vero secunda dilatio non conceditur illi, qui in prima dilatio ne nullam probationem, aut diligentiam fecit, vt traditū est ab Speculator. tit. de probat. §. 1. & docuit Bald. in eius addit. in tit. de dilat. Et ratio est, quia iura negligentibus non subueniunt. l. pulsus. ff. quæ in frad. credit. Vnde absq; iusto impedime-

to probato, finita dilatio reintegrati non potest. l. oratione, ibi, cœla cognita. ff. de feriis. Bartol. & Bald. in l. fin. eodem titulo. Ino sine causa cognitione datio secundæ dilationis erit nulla secundum Abb. consil. 64. num. 2. & altera pars supplicare poterit, vt per Barto. consil. 97. Quæ quidem secunda dilatio semper intelligitur lapsō priori termino Tiraq. de retract. lib. 2. § 2. glos. vñica. nu. 23. Sed in hoc melior est praxis Castellæ vt secunda, vel tertia dilatio petatur intra terminum, non vero termino elapsō, vti sit in hoc Regno reludante Ordinat. lib. 3. titu. 54. §. 1. Sed non currit dilatio si factō aduersarij impediatur, secundum Alexan. consil. 72. vol. 3. Iass. in l. sicum. §. qui iniuriarum. col. 3. & 4. ff. si quis caut. & cautela est, vt pars protestetur secundum Marant. in practic. pag. 434. num. 8. Item praxis est vt pente tenti prorogationem termini non sit necesse ei notificari ex regula. cap. eum qui de regul-

gul.iur.in 6.&c sit communis
vtriq; ita vt vni concessa pro
sit alij. l.petendæ. C.de tem-
por.in integr.refst. nec potest
renuntiari inuito aduersario
Tiraq.lib.primo retract. ad
fin.num.27.

Item, quia s̄epe contigit,
vt malitiosè dilatio petatur
extra Regnum, optima est
praxis Castellæ, vt illa con-
cedatur sub cominatione cer-
tæ pænæ pecuniariæ in defe-
ctu probationis fiendæ, sic
enim lites finientur, & mali-
tijs cautè obuiari poterit.

Item petens terminum ul-
tra marinum ad regiones In-
diarum, & alias iurare ille sta-
tim tenetur, nec debet expe-
ctare, vt notificetur ad iuran-
dum, imo si vñsq; ad primam
audientiam non iurauerit,
reijcitur a petitione præd. di-
lationis, & ita practicari vidi
in lité Lupi Roderico, Anno
1609. Scriba Martino Alfon-
so d'Auis.

Item praxis est tempore
dilationis da terra protestar
por tempo, & carta parafora,
quauis absq; huc protesta-

tione illam fore concedenda,
para fora, censuerit Senatus
in lite Antonij Correa, cum
Gondisaluo Lopes de Vergas
Scriba Pet. Carualho, Anno
1616.

§. I.

De Probatione que fit per
testes.

Primo modo probatio fit
per testes, qui probandi
modus primum sibi locum
vendicat, & omnibus alijs
dignior, quia naturalis, &
iuri diuino consona.cap.ter-
tio loco, vbi Abb. extra de-
probat. vnius enim testis pro-
batio nulla reputatur. l. iuris
iurandi. C.de testibus. cap.li-
cet vniuersis extra codem.
Quod primo fallit quando ip-
se deponit de facto proprio
ad utilitatem alterius. l. quæ-
ro. §. I. ff. de ædilit. edict. de-
fendit Alex. consi. 197. col. 2.
lib. 7. Salicet. in l. si quis decu-
rio. C.de falsis, & alij quose
fert Tiraq. de retract. l. par.
§. I. glos. 14. num. 46. Ita ta-
men si aliquot bona conie-
cturæ concurrent, & de eius
commodo, vel incommodo

non

non agatur ut per Vallasc. cō
sul.73. num. 4. Cuius tamen
sententia adhuc dubia vide-
tur ex ijs quæ ipsemet Alex.
sibi contrarius tradit. in l. 2.
§. si absens, & ibi quoq; latè
Iass. per multa quæ vterquæ
allegat. ff. si ex noxal. caus.
agat. quæ illic in promptu
sunt omnibus, & ideo illam
adhuc restringendam puto,
ut procedat tantum in rebus
parui momen*i*, & in causa
ciuili rectè Symanch. in ca-
thol.institu.cap.62. num.41.
Secundò fallit, quando vni
testi, idest certæ personæ, &
eius dicto committitur ex cō
uentione litigantium, quòd
sanè fieri potest ut per Bart.
& Ang.in l.vlt. ff. de prætor.
stipulat. dicit communē Ale
xan. consil. 54. lib. 2. Quod
cum moderamine accipien-
dum est, quoties scilicet no-
minatim quoad certum ne-
gotium, & super re certa con-
fensus præstatur ut probatur
in l. Theopompus, ibi, inequa
libus. ff. de dot. præleg. Nè
alias propter generalitatem
detur occasio fraudibus, &

falsitatibus, ut considerauit
Couser.lib.2.var.cap.13.vers.
verū. Et ita tamē ut in illa re
testis affectio, & commodum
postea non appareat, ut quia
agat de se exonerando Barto.
in l.defferre in fin. ff. de iur.
fisci, Farinaceus te testibus.
quest. 60.num. 18. Aliter etiā
distinguit Bald. in l. in bonæ
fidei. num. 8. C. de reb.cred.
Tertiò fallit ut infra cap.22.
num. 9. & alijs casibus de quib
per Gibriel. titu.de testi-
bus concl. 1. Iass. in repetitio-
ne l.admonendi ex num. 173.
ff. de iur.iurand. Vnde dedu-
citur ad perfectam probatio-
nem, non minus quam duos
testes requiri, & ipsos suffi-
cere. l.vbi numerus. ff. de te-
stibus. cap. in omni negotio,
& cap. licet vniuersis extra
eodem. Quanuis hoc limita-
re contendat multis modis.
Specul. titu.de testibus. §.re-
stat. num. 1. Farinaceus tra-
ctatu de testibus. questio. 63.
ex num. 32. in quibus plures
testes, quā duo requiruntur.
Item addo ex lege Regni nul-
lam esse probationem p.
I ftes

stes in ijs quæ eius summam excedunt, quicquid Abb. in cap. 2. num. 10. & ibi Felin. num. 16. de probat. aliter doceant, atq; ideo nec per libellum posse illam summam peti sine instrumento declarauit Senatus in lite Marci de Quintal cum Ioan. Roderic. Nouais, Anno 1607. Scriba Bertolam. Moro, & tradidit Cabed. decis. 31. lib. 1. Nam prædicta nullitas inducta à lege ipso iure habet locum, licet à parte non opponatur, Ordinat. lib. 3. titul. 59. in fin. & sic inutilis redditur cautela Cæpol. cap. 253. non minus quam alia quæ ad prædi- & am constitutionem ponitur à Barto. & Salicet. in l. san- cimus. C. de donat. attenta præcipue Ordin. lib. 4. tit. 19.

S §. 2. Sed ille casus cautè qui dem notandus est, ut si plus sit dictum inter partes, & mi nus reperiatur scriptum à Tabellione, illa omissio pre bari possit per testes secundū Bart. in l. si librarius 93. in fin. ff. de reg. iur. Quoniam ista vaixa probatio admittitur e-

tiam in casibus requirentibus scripturam Bartol. recept. in l. certi conditio. §. quoniam. num. 14. ff. si cert. pet. & in specie ita colligitur ex Ang. in l. quoties. nu. 3. & ibi Imol. num. 9. ff. hær. inst. sequitur Aret. in l. gallus. §. idem credendum. col. 2. ff. delib. & po sthum. Alex. consi. 215. na. 2. lib. 2. Dec. consi. 11. num. 17. Et decisum fuit à Senatu in lite Emanuel. de Goes cum Hector Mendes, Scriba Mar co de Quintal, Anno 1610. Ethis etiam addo alium ca sum, quo scilicet dotis pro missionem à fratre factā ma rito Sororis suæ potuisse probari per testes, etiam si illa summam ordinationis excede ret, decreuit Senatus in cau sa Ludouici de Arrutia, cum filio Emanuel Gomes Gale go, Anno 1616. Scriba Ludo uic. Motta Feo. Sic ampliata Ordin. d. tit. 59. §. II. versic. nem, quanuis Thom. Valasc. in hoc varie à Senatu Portuensi iudicatum fuisse asserat decis. 72. num. 45. tom. I. Alios casus ad limitationem

prædict. Ordina. cautè nota-
vit Hypol. in rub. num. 37. de
prob. Vallasc. de iure emphy.
quæst. 7. num. 18. ad quos le-
torem reijcio.

§. 2.

*De probatione que sit per
scripturam.*

Secundo modo probatio
fit per instrumentum,
eui tamē derogari potest per
duos, vel per tres testes, vt
per Lanfranc. in praxi. cap. 9.
num. 39. Mascard. de probat.
quæst. 6. num. 60. Couar. lib.
2. var. cap. 13. num. 11. Me-
noch. lib. 2. de arbitrar. casu
105. Cuius rei praxim ad ar-
ticulandum docuit Bartol. in
l. in exercendis. num. 9. C. de
fid. instrum. vbi etiam poni-
tur contra cautella. num. 15.
Vel si illud non habeat requi-
sita, de quibus in Ordina. lib.
1. tit. 80. §. 7. Quæ singula de-
clarat Couar. pract. cap. 20.
Mascard. vbi sup. ex num. 92.

§. 3.

*De probatione que sit per con-
fessionem partis.*

Tertiio modo fit proba-
tio per confessionem

partis in iuditio, quæ vt vali-
da sit, nonnulla necessaria
sunt. Primò, vt sit facta à ma-
iori, quia confessio pupilli
sine tutori ei non præjudi-
cat, nec valet, l. certum. §. in
pupillo. ff. de confess. l. clatū.
C. de auct. præst. Nec etiam
confessio minoris sine cura-
tore in causa criminali, pro-
vt habes. lib. 5. cap. 1. nu. 39.
Quanuis in ciuilibus valida
sit, sed aduersus eam restituī
possit secundum Speculator.
tit. de confess. §. sequitur, &
in tit. de restit. in integr. §. 2.
in princ. Bartol. etiam in l. 1.
col. penul. C. de confess.

Secūdo vt sit sponte, quia 12
confessio per metū, vel frau-
dem, vel vi extorta irrita est,
nec consitenti nocet, cap. 1.
extra quod met. causa. cap. 2.
15. quæst. 6. l. 1. §. 1. ff. de quæ
stion. Item, & scienter, quia 13
si per errorem facta fuerit,
erit nulla, cap. fin. extra de
confess. l. 2. ff. eodem Masc.
lib. 1. quæstio. 7. num. 19. &
concl. 378. Nec enim erronea
confessio præjudicat, imo re-
nucari potest, nisi sit confes-

sio super facto proprio, in quo non cadit probabilis error, l. quanquam ad Vellean., & ideo contra illam non admittitur probatio Bartol. in l. non fatetur. ff. de confess. Vel nisi sit facta dato termino ad confitendum, & illa sit à parte recepta, nam tunc prætextu erroris minimè revocari poterit, ut per cautelam instituit Cæpol. cap. 69. num. 2. Sed contra c. utellam videbis apud Bartol. in l. de ætate. §. qui iusto. num. 3. ff. de interrogat. act. vbi dicit se pluries ita consuluisse. Item confessio, quæ sit in uno iudicio respectuè ad certum finem, in alio non præjudicat. l. fin. ff. de interrogat. & ion. inducta enim ad unum finem, non operantur diuersum. l. legata. ff. de adim. legat. Et ideo ex confessione, quam quis fecit productus in teste, non posse in alio condemnari censuit Senatus, teste Vallasco, consult. 33. l. par. Ad quod optimè pertinet in signe dictum Alber. de Rofat. in 2. pa. r. statut. quæf. 148.

vbi dicit, quod si lege municipali caueretur, vt omnes pro æstimo faciendo deberent afferre omnia bona sua, vt possent notari, & etiam si haberent debita, si quis, vt minus pro æstimo solueret, retulit bona sua, & iurauit etiam se debere centum sempronio, quod talis virtute illius confessionis etiam iurata non potest cogi à sempronio, vt sibi illa centum soluantur, cui suffragatur quod pulchrè dixit Salicet in l. 1. col. 4. C. de confess. quem pro singulari sequitur Hypol. in rubr. num. 104. vers. limita. & in repe. l. fin. vbi de hoc latè. C. de probat. & in hanc sententiam sunt, & alia consimilia exempla quæ egregie in proposito assert Mascal. concl. 345. ex num. 23. cum sequentibus, & voluit etiam Tiraquel. in tit. res inter alios acta limit. l. in fin. Et inde etiam est, vt confessio dubia semper in favorem conscientis soleat accipi, & intelligi, vt post Dec. resolut idem Mascal. concl. 344. num. 12.

Et

¶ Et inde etiam sit, ut si quis
confiteatur in iuditio se de-
bere pro certo respectu, & ad
certum finem, non possit cō-
fessio separari, sed & quali-
tati fides adhibenda erit. cap.
cum olim in fin. de censibus,
& multo magis si confessio
sit cum iuramento iuditia-
li, quia licet aliás in confes-
sione absq; iuramento, si qua-
litas sit separabilis, vt quia
post debitum confessatū in-
teruenisset, qualitati, quæ pro
confidente facit, fides adhi-
beri non soleat pro vt resol-
uit Bartol. in l. Aurelius. §.
idem quæ sit in fine. ff delib-
leg. communiter recept. ex
Boer. decis. 243. nu. 3. & de-
cis. 339. & satis aperè colli-
gitur ex Ordin. lib. 3. tit. 50.
§. 1. vers. porem, & ex l. siquidem. C. de except. Cabed.
arest. 68. 1. par. Tamen in cō-
fessione cum iuramento iu-
diciali indistincte fides adhi-
benda est, & qualitati etiam
sicut post facto constet inter-
venisse, vt probat Ord. lib. 4.
titul. 52. & idem esse de iure
communi tenuit Faber. in §.

si quis postulante in princ. &
ibi Gomes. num. 17. de actio.
& alij quos refert Cabed. de-
cis. 34. 1. par. Et ratio est, quia
in prædicto iuramento qui iurat,
censetur iudex. l. 1. in princ.
ff. quarum rerum actio, iudex
autem non solum super cau-
sa principali pronuntiare po-
test, sed etiam super depen-
dentibus ab ea. l. cum vendé-
te, & ibi Paul. G. vbi causæ
fiscal. clem. dispensiosam ad
fin. de iudit. Vnde pars defe-
rens iuramentum tacitè vi-
detur permittere quod etiam
super connexis iuretur, argu-
men. l. 3. §. penul. ff. de contr.
& vtil. act. tutell. tradit Iass.
in l. 1. num. 3. C. de transact.
Quare prædicto ordin. intelli-
genda est quando qualitas al-
legata habet aliquam conne-
xitatem, sive dependentiam
à causa principali, aliás præ-
dictæ qualitati fides non ad-
hibebitur, verbi gratia, si iu-
res te mutuum accepisse, &
tamen aduersarium tibi de-
beri ex alia causa eandem quā-
titatem, cum enim hæc causa
omnino separata sit à causa

p̄incipali, illi non adhibebi-
tur f̄iles, vt in terminis decla-
rat Boer. consi. 7. num. 6. Iu-
dicauit ita Senatus in lite Ga-
spat Lopes, cum Emanuele
Gomes deluas, Scriba Lu-
douic. Motta Feo. Ex quibus
optimè fundari potest decis.

I6 Cabed. 34. num. 12. Alia au-
tem est confessio extra iudi-
tialis de qua Mascard. con-
clu. 346. & sequenti. In quo
notabis ad extorquendā con-
fessionem ab aduersario in-
uentam esse à DD. cautellā
fundatam in l. filius fam. a 2.
ff. ad Maced. quam appellat
mirabilem Mathes. notab. 22
& secuntur alij quos refert
Mascard. concl. 627. num. 36.
Menoch. lib. 1. cas. 94. num. 7.
& casu 21. Fulvius Patian. in
tract. cui incubat onus pro-
bandi, lib. 1. cap. 29. ex nu. 26
Cui adde & aliam cautellam
ad probandum debitum pe-
cuniae, quam mutuo dedisti
amico se motis arbitris, qui
æ alienum coram testibus
confiteri renuit, vt illum du-
cas in tuum cubiculum, vbi
habens testes abditos, tunc

roges quando debitum tibi
velit exoluere, qui tunc nul-
lum præter creditorem ades-
se putans, facilè sponte debi-
tum fatebitur, & testes depo-
nent per hostij rimulam vi-
disse, & vocem habuisse no-
tam, hoc igitur pacto credi-
toris int̄etio optimè erit pro-
bata, vt tenuit Accur. in l. 2.
§. idem labeo in verb. audie-
runt. ff. de aqu. plu. arc. Cu-
ijs doctrinam vt eximia plu-
rimum commendant, & se-
cuntur ibi Bart. & cæteri om-
nes scribentes relati ab Hy-
pol. in rubr. de probat. num.
350. Masc. concl. 458.

§. 4.

*De probatione, que fit per
evidentiam facti.*

Quarto modo probatio fit per inspectionem
oculorum, quæ nunquam cé-
setur exclusa, quia etiam post
lapsum terminum, & conclu-
sum in causa admittitur: &
superat omnem spem probationis secundum Azon. in
summa. C. de lege Aquil. pro-
ut eum allegat Bal. in l. con-
tra negantem. num. 7. C. eod.
Iaff.

Iass. in l. 1. num. 10. ff. nou. oper. nunc. & in hanc rem plura dicit Tiraq. de retract. linag. §. 4. glos. 1. num. 37. Hy polit. in l. 1. §. si seruum. ff. de quæstion. Vbi etiam multa egregiè adducit, nec enim alia ex causa probatio in iure requiritur, nisi ut veritas in apertum referatur, & ipsi iudici sit nota ut per Couar. lib. 1. var. cap. 1. versi. 7. nu. 1. Etsic nunquam censemur prohibita, ut dicit Alciat. in tractat. de præsumpt. 2. par. nu. 18 16. Ita ut si statuto caueatur, ut non possit opponi aduersus sententiam, nec etiam de nullitate; tamen hoc non habet locum in nullitate, quæ constat ex inspectione actorum secundum Anchar. consil. 212. quem sequitur Hy polit. vbi sup. num. 7. tradit. Masc. lib. 1. de probat. quæst. 8. num. 17. Fulu. Patian. lib. 1. cui incumbat onus probandi cap. 47.

§. 5.

De probatione, que sit per iuramentum.



QVINTO modo probatio fit per iuramentū necessarium, quando scilicet actor in causa parui momenti vnum tantum testem idoneum habuit, qui facit semi-plenam probationē. 1. Theopompus. ff. de dor. præleg. 1. ius iurandum. C. de testibus, ideo præstatur iuramentum suppletorium ex mandato iudicis, petente tamen parte secundum Bar. in l. admonendi circa fin. ff. de iure iurand. Quod tamen impediti potest ex multis, veluti ex defectu personæ, ut quia actor sit per iurus, infamis, pupillus, vsluarius, excommunicatus, & alia huiusmodi. Vel quia qualitas causæ id nō patitur, ut quia in ea de consuetude requiratur plena & integra probatio ut per Socin. reg. 252. vbi 80. colliges causas ex quibus prædict. iuramentum impediri possit, & alias ex Herculano de probanda negat. num. 199. & nu. 235. & alias ex Plato in l. si quando. C. vii de vi, à num. 125. & alias à Cabed. decis. 45. lib. 1. nu. 5.

Menoch. de arbitr. iud. lib. 2.
21 casu 208. Notabis tamen quod quando actor probat se impletè, & idem reus efficiat, reo potius deferendum est iuramentum, debet enim iudex esse paratior ad absolvendum quam ad condanandum. cap. ex literis extra de probat. I. Arrianus. ff. de act. & oblig. cap. inter dilectos in fin. de fid. instram. adeò ut si tu probes per unum testem magis legalem, & fide dignum, & aduersarius per alium testimoniū non ita fide dignum, nō deferetur tibi hoc iuramentū. Aret. in cap. in nostra, & ibi. Felin. de testibus, nam licet perfecta probatio per aliam contrariam non elidatur, sed plenior, & verisimilior præualeat, cap. in nostra de testibus, tamen imperfecta probatio per contrariam, & minus verisimilem eliditur argum. cap. literas de præsumpt. Bart. in d. l. admonendi. num. 51. de iur. iur. Gozadin. conf. 8. num. 48. Quid si viderit actor quod iudex non sibi, sed reo deferat iuramentum

per cap. fin. de iur. iurandi hanc poterit interponere causellā ut percludat ipsi iudicium, afferendo reum ad iuramentum præstandum esse sibi suspectum. I. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. notauit Masic. de probat. quæstio. 9. num. 57.

APPENDIX I.

de positionibus.

Tempore dilationis positiones fiunt, ex quibus actor suam intentionem instruere conatur per confessionem partis aduersariae, ut ita iudicii probatio fiat secundū Speculat. tit. de positionibus. §. 4. Est enim positio optima & fundamentalis pars probationis continens id super quo quis petit ab aduersario responderi secundum Bald. in l. generaliter. §. sed sacramento. C. de rebus creditis, unde illa solum recipit confessionē ipsius partis. cap. statuimus de confess. Atq; idem licet sit minor 25. annis, & maior 14. Ipse & non curator depone-
re tenetur ut per Cabed. de-
cis. 137. I. par. num. 3. Dixa-
tem-

tempore dilationis positionē fieri quia elapsō terminō dilationis non tenetur reus deponere Bald. in l. in contrācibis. §. illo C. non num. pecun. Marant. in pract. pag. 441. num. 11. Misericordia pro-
ba. concl. 1181. Item si pos-
25 siō sit partim vera, partium falsa tota negari potest absq; periurio secundum glos. in cap. 2. de confess. in 6. Quam dicit communem Iass. in l. 1.
§. si stipulanti. num. 10. ff. de verborum. Vnde quomodo rectēformari possit positio, ne deponens excusari possit à periuro super quantitate tradit Couar. lib. 1. var. cap. 2. num. 5. ad fin. Gayl. pract. obseruat. 82. ex num. 16.

Solet autem in Regnis

26 Aragoniæ & Italiz pars pe-
tere, vt testes qui fuerint pro-
ducti contra sē, respondeant
ad sua interrogatoria super
articulis secundum circun-
stantias causæ, & personarū,
quæ praxis non inutilis est
ad indagandam veritatem,
& ad faciendos testes variari
in altero ex illis decem præ-

dicamentis, quæ ponit Bald.
in l. testium. num. 14. C. de
testibus, & ideo illorum co-
pia nō datur parti, ne instruā-
tur testes ad falsum, vt per
Alex. in l. 2. C. de eadē. Et
miror quod aduocati erudi-
tissimo huius Regni hac pra-
xi non utantur. Cum etiam
de iure communi illa vbiq;
sit admissa ab aduocatis anti-
quis, vt traditum est per
Speculat. titul. de testibus. §.
iam de interrogatorijs, & per
DD. in cap. 2. vbi glos. verbo
interrogatoria de testibus in
6. Maranta in pract. pag. 406,
& pag. 454. a. 7.

CAP. XIII.

Derepulsis aduersus personas testium.

SI pars præsens fuerit in loco, vbi testes examinā-
tur, debent statim tempore examinis, vel si absens quam
primū post finitam dilatio-
nem petere nomina testium,
& dicere causas ob quas te-
stes

stes reprobare intendit, idq;
praxi & vnu forensi receptum
esse constat, etenim iure co-
muni aduersus testes erant
obiectiones, & vitia propo-
nenda ante sententiam, cap.
1. de except. idest ante con-
clusionem in causa, cap. cum
dilectus de fid. instrum. cap.
auditis de procurat. imo an-
te publicationem, & no post
ut in cap. presentium de te-
stibus. Vnde à fortiori, nec in
causa appellationis contra
eosdem testes obiectio ex eo
rum vitijs, & defectibus ad
illorum elidendū testimoniū
admitti debet. Et ita praxi
hac sententia vera est, quam
etiam Neapolis seruari asse-
rit Afflict. decis. 266. quic-
quid glos. in cap. 1. de excep-
tion. verb. per sententiam, &
ibi Abb. & Felin. col. 2. cuius
glos. & Abbatis opinionem
seruari in Regno Franciæ te-
statur Guid. Pap. decis. Del-
phin. 500. Et praxi esse rece-
ptam in prætorio Granatenfi
affirmat Couar. pract. c. 18.
nu. 5. col. 4. vers. deinde scio.

3. Cæterum prædict. resolutio

limitari potest in obiectione
de falsitate, &c de subornatio-
ne testis ex pretio iuxta Or-
din. lib. 3. tit. 58. §. 2. vers. sal-
uo. Nam exceptio falsitatis
semper, & ubiq; etiam a per-
tis testibus, & post sententiā
allegari potest, ut infra dixi.
cap. 15. num. 7. in fin. & cap.
20. num. 2. Vel si pars sit mi-
nor qui admittetur per resti-
tutionem in integrum aduer-
sus lapsum temporis cōcessi
ad obiectiēdum contra testes,
quanuis contrarium teneat
Capel. Tholo. decis. 53. Boer.
decis. 245. num. 7. Palat. in
rep. cap. per vestras. §. 26. nu.
13. & l. 1. tit. 8. lib. 4. cōpill.
Castellæ. Vel si ex actis pro-
cessus constet iudici de inha-
bilitate testimoniū, ille ex of-
ficio poterit quocunq; tem-
pore testes repellere, quanuis
repulsa à parte non fuerint
oppositæ Felin. in cap. inti-
mauit de testibus Iass. in l.
admonendi. num. 14. de iur.
iurand. Bald. in l. si quis testi-
bus. num. 7. C. de testibus.
Gomes. 3. tom. cap. 12. nu-
mer. 22.

§. 7.

*Quibus ex causis testes repel-
li, ac contradicere possit.*

6 **C**ausas ex quibus testes impugnari possint, refert ad longum Masc. concl. 1363. & sequenti, cuius dicta transcripsit Farinaceus de op- positione contra personas te- stium. quest. 54. cum seqq. ad quos lectorem reijcio. Ceterum repulsa illa non admittitur si unus testis legalis concor- det cum alio, qui patitur de- fectum, nam fides unius tol- lit defectum alterius. Bald. re- cept. in l. si quis ex argentariis §. 1. ff. de edēd. ex multis quos refert Tiraq. de pæn. cauf. 51. num. 121. & colligitur ex Or- din. lib. 3. titul. 62. §. 3. in fin. Quod tamen accipi debet, quando plures etiam testes concurrunt, prout intellectus Ange. quem secūtur alij quos refert Gabriel in com. tit. de testibus concl. 1. num. 2. Nā si ad perfectam testium pro- bationem ad minus necessa- riō requiruntur duo testes. l. vbi numerus. ff. de testibus: proculdubio vterq; debet es-

se probatæ vitæ Bald. in cap. tertio loco de probat. Nam si fides unius testis omnino tol- litur, dictum illius suppleri non potest, cum id quod nī- hil est supplementum non re- cipiat, vt ex Bald. notauit Ti- raq. vbi sup. num. 124. Item repulsa inimicitiae non admit- titur si constiterit maliciose, iam lite mota, facto aduersa- rii, contra quem testis produ- citur inimicitiam fuisse con- tractam vti contra cautelam Cæpolæ. cap. 4. rectè notari licet ex traditis à Bart. in l. 1. §. cum quis in fin. ff. de quæ- stio. & melius ex Ordin. lib. 3. titul. 58. §. 8. Gomes. 3. tom. cap. 12. num. 14.

Item repulsa non admitti- 10 tur, si obiectio aduersus per- sonas testium, eius inhabili- tatem non concludat tempo- re iuramenti, & depositionis iuxta tex. in l. non hoc. ff. vn- de cognat. Nam conditio te- stis inspiscitur tempore dela- ti iuramenti, & non tempo- re publicati processus vt per Bart. & Rom. in l. damni. §. Sabini. ff. de damn. infect. Bal.

in

in l. si quando. C. de testibus,
vbi Salicet. col. 3. Ferrara vbi
ita aduertit. cap. 15. de cautel.

XI Item quanvis ex praxi nō
admittatur reprobatio testium
qui dixerunt circa repulsas,
nisi tantū in duobus casibus
de quibus in Ordination. lib.
3. titul. § 8. §. 4. Tamen lau-
datio testium, quos pars con-
traria intendit repellere, de-
negari non solet, nec debet.

CAP. XIV.

De publicatione testium.

EPUBLICATIO ETIĀ IN SUM-
MARIJS IUDITIJS NECESSARIA EST VT DIXIT BART.
IN EXTRAVAGANT. AD REPRIMENDUM, VERB. FIGURA. VERS. & AN-
REQUIRATOR PUBLICATIO, QUEM
REFERT & SEQUITUR QUO AD RE-
MEDIA POSSESSORIA, CAPICIAS
DECIS. 55. NUM. 3. & ITA SERUATI
DE CONSUETUDBINE TESTATUR
MOLIN. DE PRIMOGEN. LIB. 3. CA-
PIT. 13. NUM. 67. NAM PUBLI-
CATIO IDEO SIT VT PARTES POS-
SANT RECIPERE COPIAM EXAMI-

NIS TESTIUM, & TUNC CENSETUR
PRÆCLUSA VIA PRODUCENDORUM
TESTIUM. NAM REGULARE EST PU-
BLICATIS ATTESTATIONIBUS TESTES
AMPLIUS NON RECEPI SUPER CIS-
DEM ARTICULIS, VEL DIRECTO CÔ-
TRARIJS. AUTH. AT QUI SEMEL. C.
DE PROBATION. CAP. INTIMAUIT.
CAP. FRATERNITATIS DE TESTIBUS.
CLEM. 2. EODEM TITUL. QUAE RE-
GULA LIMITATUR IN MULTIS CASI-
BUS UT PER MENOCH. DE ARBITR-
QUEST. 34. ALIAS FALLENTIAS PO-
NIT ROJAS SINGUL. 203. ALIAS 134
ANDREAS GAYL. LIB. 1. PRACT. OB-
SERV. 105. EX NUM. 2. & EAM
FUSILLIME EXPLICAT ANTO. GA-
BRIEL. LIB. 1. TIT. DE TESTIBUS CON-
CLUSIONE ULTIMA, VBI 71. LIMI-
TATIONES PONIT PRÆTER Vnde-
CIM. AMPLIATIONES. NAM AD-
HUC PUBLICATIS ATTESTATIONI-
BUS IUDEX EX OFFICIO POTEST
QUERERE A TESTE INTERPRETA-
TIONEM SUI TESTIMONIJ, & ITERUM
EUM EXAMINARE SI CONFUSUS DI-
XERAT, UT DOCET GLOS. VERB. DU-
BIVM IN CAP. IN PRÆSENTIA DE
PROBAT. & SI NON FECERIT RE-
QUISITUS A PARTE, POTEST AB EO
SUPPLICARI AUT APPELLARI SECUN-
DUM FELIN. IN CAP. PER TUAS.

nu. 5.

num. §. de testibus, cui subscribit Hypol. in l. 1. §. si quis vltro. num. 34. ff. de quæstio. quicquid Aret. & ibi Abb. in cap. cum clamor de testibus aliud existiment. An autem publicationis omissione redat processum nullum? Bart. dixit quod non. in l. prolatâ. num. 19. C. de sententijs, & interlocut. omn. Iud. Menoc. de arbitr. quæst. 33. Nisi tamē à parte publicatio petatur, quoniam tunc si Iudex illam non faciat, processus nullus iudicabitur secundum glos. in cap. fin. vers. cessante. verbo iudicijs de hæc et. in 6. Si modo à tali denegatione appetetur, ut resoluit cum pluribus Bantius de nullit. titul. de nullit. ex defectu process. num. 40. & testatur communem Assinius in praxi. §. 3. cap. 10. num. 4. Vnde hanc controversiam omnino tollere videtur Ord. lib. 3. tit. 63. ibi, ou naõ fossem as inquirições abertas. Vel eam Ordin. intellige, & declara ut per DD. proxime relatos. Quanuis in causa criminali publi-

cationem testium esse de substantia iudicij, eiusq; omissionem nullitatem processus introducere pro constanti defensat Iul. Clar. lib. 5. sententiarum. §. fin. quæst. 40. num. 1.

§. 1.

*De impedimentis aduersus publicationem testium,
& de restitutione
in integrum.*

*

Q Voties quodlibet impedimentum subsit, publicatione impeditur, & iterum dilatio reformatur. l. oratione. ff. de ferijs, Maranta in pract. pag. 433. nu. 5. Et multo melius si pars fuerit minor per restitutionem. cap. auditis, & ibi Abb. de in integr. restit. Nam eo ipso, quo omisssia est probatio, minor censetur Iesus, nec est necessaria alia probatio. Mascal. concl. 1279. à nu. 11. cū seq.

Q Quod primò fallit in causa criminali, in qua non restituitur minor accusans aduersus omisssam allegationem, vel probationem, ut est tex. notab. in lauxilium. ff. de mi

nors

nor. tenet Alex. in l. i. §. nuntiatio. num. 34. & ibi Iasson. num. 10. vers. 2. ff. nou. oper. nuntiat Ant. Gomes. 3. tom. var. cap. 1. num. 7. Cald. in l. si curatorem, verb. vel aduersarij dolo. num. 37. C. de integr. restit. Secundò fallit in minore iurisperito secundum glos. in l. professio. C. de muner. patrimon. lib. 10. quā vnicam & singularem appellat ibi Ioan. de Platea, & Anton. Gomes. 2. tom. var. cap. 14. num. 5. versic. 10. & alij quos refert Roland. de confectione inuent. 2. par. quæstio. 6. Auiles in cc. prætoriū. cap. 33. glos. verb. a menos co-
sta. num. 4. quantis Sarmien. lib. 3. select. cap. 12. contraria-
riam opinionem defendat.
10 Tertiò fallit quando petitur
restitutio post publicatas at-
testationes ad probādam ali-
quam exceptionem dilato-
riam, vel declinatoriam, nā
talisi restitutio deneganda est
Inoc. in cap. coram de in-
tegr. restitut. quem sequitur
Bald. in l. peremptorias. nu-
mer. 28. C. sententiā rescind.

non poss. à quo tamen disce-
dit Couar. praet. cap. 26. n. 4.
vers. vidi tamen, Molina. lib.
3. de primogen. cap. 13. n. 60.
Quartò fallit in causa sum-
maria, & iuditio possessorio,
vt per Capic. decis. 13. Co-
uar. vbi sup. cap. 17. num. 4.
vers. 6. Cald. vbi sup. num. 19.
Quintò limita vt minor non
restituatur post didicita, &
publicata, ad probandum idē
super quo iam aliquos testes
ipse produxit, propter euidēs
periculum subornationis, vt
post Innoc. in c. auditis de in-
tegr. restit. tenet Bart. in l. i.
§. nuntiatio. num. 33. ff. nou.
oper. nunt. Menchac. quæst.
forens. cap. 31. ante n. 4. Ant.
Gom. 2. tom. cap. 14. num. 5.
Quæ sententia recepta fuit à
Senatu in lite Francisci Lo-
pes Franco Anno 1612. Scri-
ba Dominico de chaues, quic
quid Cald. vbi sup. num. 20.
Sextò limita vt restitutio se-
mel concessa non reitaretur,
nec in secunda instantia in
causa appellationis. l. i. C. si
sæpius in integr. restit. Nam
in unoquoq; casu vnam resti-

tutionem concedi praxi receptum esse constat, nisi sint diuersi articuli Cabed. decis. 200. 1. par. num. 4. Vel nisi in secundo gradu noua exceptio allegetur, tunc enim iterū restitutio concedetur, pro ut tradit Azeued. in l. 5. titul. 9. lib. 4. recopilat. num. 4.
 14 Septimō limita ut etiam minor non restituatur aduersus lapsum temporis concessi ad obijciendum aduersus testes. Capella Tholosan. decis. 53. Boer. decis. 245. num. 7. Palat. in repet. cap. per vestras. §. 26. nu. 13. dixi sup. cap. 13. 15 num. 4. Octauō limita ut minor alicui assistens non restituatur ad probandum si iam fuerit facta publicatio, ut dixi sup. cap. 5. num. 4.

CAP. XV.

De allegationibus in cause faciendis.

DOstquam sit testimoniū publicatio, Scriba mittit processum ad aduocatum ac

toris, ut super illo faciat allegationem de re benē probata, tam de iure, quam de facto. iuxta l. qui prior. ff. de iudit. cuius allegationis copia datur reo in ipsis actis ad allegādum similiter tradit lass. in l. is apud quem. col. 2. C. de edend. Marant. in pract. pag. 484. nu. 50. Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 2. casu 175. vbi refert quatuor opiniones apud Lusitanos autem id sine controversia est. Initio autem allegationis poterit aduocatus aliqua prænotare ut fiant, ex quibus se iuuaret, præsertim si illa sint eiusmodi, ut extra terminum probatorium fieri possint, veluti si per inspectionem oculorum Iudicis velit pars aliquid probare de sua intentione, quia talis probatio nunquam censetur exclusa ut dixi sup. cap. 12. num. 17. Vel potest offerre acta processus iam finiti sicut styllo seruatur. Vel petere ut Iudex querat à teste interpretationem sui dicti, quod ex officio facere potest, pro ut dixi sup. cap. 14. nu. 2.

num. 2. Vel etiam petere, ut deferatur iuramentum suppletorium, ut per Marant. in pract. pag. 499. num. 4. Vel ut fiat examen nam in ijs, & similibus ante sententiam Iudex prouidere solet, si sibi reat videatur, ut infra dicam. cap. 16. num. 2. Sed si ultra aduersarius dicat aliquid debere fieri de iure, potest dicere aduocatus, doce, quia hoc nulla lege cauetur, nam ut dicit Bald. in cap. nihil circa fin. de electione, quod legem non cauetur, in practica non habetur, & paria sunt aliquae si in fine lege, & contra legem, idem Bald. in cap. in genesis eodem facit, cap. is qui, ibi, cum id non sit expressum in iure de sententia excommunic. in 6. Auth. de non eligend. tecund. nubent. coll. 1. ibi, nec quelibet est lex tale aliquid dicens. Quanvis dici non potest, quod ille loquitur sine lege, qui allegat rationem. Nam lex est omne quod ratione consistit. gl. in c. consuetudo. 1. dis. gl. in c. ex eo, verb. rationis de electi. lib. 6.

§. 1.

De modo videndi processum.

IN primis inspiciat aduocatus, an pars aduersa fuerit confessi in positionibus, vel in iuditio via voce, & ipsa confessio fuerit redacta in scriptis per notarium, ut acta demonstrant, quæ faciunt se notoria. l. gesta. C. de re iud. Roland. consil. 70. num. 7. vol. 1. Bart. in l. 2. num. 4. ff. in lic. solui. Post modum videat attestations sui clientili, in quibus si testes in aliquo discident, curet eos compone, quoniam testimoni contrarietas vicanda est, & testimoni dicta (quantum fieri potest) ad concordiam sunt reducenda, non autem cauienda, nec stricte intelligenda, sed lauanda, & ut concordent etiam verba impropianda sunt, ut voluit Cephal. consil. 77. n. 31. Hyer. Gibriel. consil. 55. n. 1. Bertazol. consil. ciuili 60. numer. 22. lib. 1. Valle consil. 33. num. 14. vol. 2. Decian. consil. 40. num. 2. vol. 2. Imo sape intellegenda sunt secundum arti-

articulum Dec. in l. quatenus
cuiusq; inter sit. ff. de reg. iur.
6 Rursus si viderit testes rei, &
actoris esse in uicem contra-
rios, asseuerabit magis suis,
tanquam verisimilia deponē-
tibus esse credendum, optimē
Abb. in cap. cum oport-
teat. col. vlt. de accusat. Iass.
consil. 126. in fin. lib. 4. Tiraq.
in l. si vñquam in præfatione.
num. 43. Masc. conclus. 1370.
Vel quia sunt sui testes de af-
fi mat uia, contrarij vero de-
negatiua. glof. in l. diem pro-
ferre. §. si plures. ff. de arbit-
ris, aut quia sunt digniores,
vel quia sunt plures nume-
ro, contrarij vero pauciores,
ut dixi. lib. 4. cap. 10. num. 13.
Vel quia deponunt cum cau-
sa redditione, contrarij vero
non, secundum Iass. in l. cum
ij. §. vult. num. 4. ff. de trans-
fact. Vel quia sui testes iuris
præsumptione, possent esse
melius informati, vel quia de-
ponunt in specie, contrarij ve-
ro in genere, vel quia sui te-
stes deponunt in fauorem rei,
& alia similia, de quibus om-
nibus Ant. Gabriel late in cō-

munib⁹. tit. de testibus, con-
clus. 4. cum sequentibus. Iux-
ta quæ intelligendus est I. C.
in l. 3. vers. tii magis. ff. de te-
stibus. Item in suis allegatio-
nibus curet aduocatus pro-
bationem aduersarij destiue-
re obijciendo aduersus dicta
testium, ut quia deponunt de
auditu, qui non probat Ga-
br. in commun. titul. de testi-
bus, concl. 3. 7

Vel quia sunt singulares,
quo casu etiam non probant
idem Gabriel. ubi sup. con-
clus. 2. dixi infra lib. 5. cap. 1.
n. 79. Nisi ex aliquo præsu-
mantur cōtestes Gramat. cri-
mi. consil. 27. n. 12. Graueta
consil. 78. num. 9. Imo quan-
do testes deponunt de actu
reiterabili satis est, quod ten-
dant in eundem rei finem. l.
qui sententiam. C. de pœnis,
Paul. de Castro consil. 113.
col. 2. lib. 2. Aym. de antiquit.
temp. 4. par. versific. sed enim.
num. 11. Alexan. consil. 53. in
causa. num. 4. ad finem. lib. 1.
Hypol. consil. 5. num. 6. & 8.
Paribus consil. 5. num. 14.
lib. 1. Marant. in l. is pōest.

K num.

num. 90. ff. acq. hæred. Nequè obstant. cap. cum dilecti de electione, &c c. tam literis de testibus, procedunt enim in singularitate obstatuia, non in adminiculatiua, in hac enim testes singulares coniunguntur ad plenam probationem. cap. fin. de success. ab intestat. glos. verb. legitimis. In l. 2. ff. de excusat. tut. DD. in l. gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posth. Paris. consi. 75. num. 13. lib. 1. eleganter Capol. consil. 3. num. 9. in ciuilibus. Sive agatur de probando aliquid in genere. glos. fin. in l. ob carmen. §. fin. ff. de testibus, sive in specie, dummodo testes singulares in eum scopum depositiones suas dirigant d. l. qui sententiam. C. de pœnis, cum alijs sup. adductis, aut nisi testes quanuis singulares sint ita probi, & notabiles, quod iudicem adducant ad indubitatem fidem, ut volūt plures quos refert Tiraq. de pœnis causa §1. num. 106. Gabriel. vbi sup. nu. 62. & 71.

Veleriam obijciat, quod in suis dictis ipse testis sit libi-

contrarius, vt quia vnum dixit extra iuditium, aliud in iuditio, talis enim contrarietas reprobatur, & nulli fides adhibenda est. l. qui falso. ff. de testibus. l. eos. ff. ad l. Cornel. de fals. Couar. lib. 2. var. cap. 13. num. 7. Mascal. qui egredi declarat & limitat concl. 1367. num. 3. de probat. Vnde Bar. in d. l. eos. num. 8. posuit cautellam, quando habes testim, quidixit extra iuditium (ego scio) hoc tantū nō plus, facias scribi dictum eius, vel facias dici corām testibus, quia si aliud dicat in iuditio, puniretur de falso, quæ tamē cautela adhuc non videtur tuta ex ijs, quæ tradit Grego. in l. 41. tit. 16. par. 3. verb. dizen el contrario. Vel quia testes plures sunt inter se varij, & contrarij, ex hoc etiam reprobantur vt per Curt. de testibus. 7. par. num. 144. Mascal. vbi sup. Vnde caut. Barto. est in hoc casu, vt Iudex mittat pro testibus, vt declarent dictum, quando in eis appetet contrarietas Bartol. in l. 2. §. creditum. num. 10. ff. si cert. pet.

pet. Cæterum si apertis testibus reperitur quod aliquis testis dixit falsum qua practica & cautella uti debeat aduocatus, monuit Bart. in l. si fal-
so. num. 3. C. ad l. Cornel. de fal. & contra cautellam vi-
debis apud eundem Bart. in l.
3. num. 4. C. de fid. instrum.
8 Item obijcere poterit aduocatus, si testis de credulitate, vel iuditio deponat, quia ei fides adhiberi non debet cap. quoties de testibus, glos. in l. testium. C. eodem. quod quā verum sit explicat Masc. vbi sup. concl. 1369. Vel etiam si deponat extra capitula Bart. in l. si duo patroni. §. idem Iu-
lianus per tex. ibi. ff. de iur. iur. Masc. concl. 1370. & con-
clus. sequenti. Vel si testis dat alium in contestem, qui inter-
rogatus neget, aut dicat se nescire, redditur enim de fal-
so suspectus, & facit ut neu-
tris eorum tanquam contra-
rijs creditur. ita Bald. in cap. causam. col. 3. de testibus Câ-
pes. de testibus. reg. 410. Bur-
lat. consil. 69. num. 26. vol. 1.
Cephal. consil. 233. num. 24.

vol. 2. Vel si testis non reddit rationem sufficientem dicti sui, quia tunc nullam fidem facit Bald. in l. conuenticulā. col. 4. C. de Episcop. & cler. latē Menoch. de arbitr. que-
stio. 25. num. 3. declarat mul-
tifariè Mascard. concl. 1375. Vel si testis deponat in causa ad suum commodum spectati, aut eorum qui sibi vinculo affectionis sunt coniuncti. l. nullus. ff. de testibus. l. omnes C. eodem Masc. concl. 1363. Nisi ipse testis ante depositio nem protestetur cum iura-
mento nihil commodi ex de-
positione expectare, ita cau-
tē notauit Ferrara caut. 40. Soc. reg. 513. vers. primo fal-
lit, & voluit Felin. in cap. per-
sonas de testibus, & nisi ipse affinis aut consanguineus, &
ita inhabilis deponat de facto
proprio, quod ipse fecit ad
utilitatem alterius, ut elegan-
ter notauit Paul. in l. 2. §. si
absens, & ibi Iass. num. 8. ff.
si ex noxa. causa agat, quod
cautē notandum est.

§. 2.
De modo allegandi.

K z Qui

9 **Q**ui in suis allegationibus optimum methodum seruare velit, sequentia principaliter debet attendere (nec enim alienum erit hæc pro iunioribus explarare) ut nihil huic studio aduocandi deesse videatur. In primis igitur pro facilitiore intellectu eorum, quæ ad subiectæ materiæ expeditionem respiciunt, debet pars aliqua evidentialia in facto, vel in iure præmittente per capitula ut in l. præponebatur, versic. quibus ita premisis. ff. de castri. pecul. quia sic melius dicenda percipiuntur, ut in l. I. ff. de origin. iur. vbi suadetur evidentialia ab aduocatis in foro dicentibus esse præmittenda per duos effectus, primò quia auditores reddunt audios, & attentos. Secundò quia dicendorum præstant intellectum. Deinde debet diuisionem ponere, nam partitio (ut ait Accurs. in proximo Inst. §. igitur. verb. partiri) animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriam artificiosè

informat. Item & casum litis motæ verè, & breuissimè figurare debet, nam ex facto ius oritur. I. ex plagijs. §. inclivo. ff. ad l. Aquil. l. fin. in princ. ff. de iur. iurand. & quæstionem ex casu insurgentem proponere, & de ea pro utraq; parte disputabit, nam arguendo, & disputando veritas detegitur. I. munerum. §. mixta. ff. de muner. & honor. Et si fuerit res clara, & legibus determinata, non curer plures auctores congereare. Etenim (ut dici solet) vbi legem habemus, superfluum est glosas, & Doctores allegare teste glos. in l. sed licet. ff. le officio præsid. Nam vbi est casus legis ibi nō est quæstio. glos. vlt. l. ancillæ. C. de furtis. Et si habuerit regulam pro sè, ea firmiter nisi debet ut dicit Accurs. in l. omnis definitio in princ. ff. de regu. iur. Nec enim dubium dicitur de quo est regula, ut inquit Bartol. in l. quoties. ff. si quis caut. nam secundum regulam semper pronuntiandum est ut per Bald. in l. si tutor in fin.

fin. C. de seruis comun. manumitt. & dicit glos. in rub. de reg iur. in 6. paulò ante finem. Potiorem esse eius causam, pro quo facit regula sequitur Abb. in rubric. ut lite non contestat. cum alijs adductis à Iasson. in l. 2. col. 6. versiculo nota istam doctrinam. ff. si quis in ius vocat.
 10 non ierit. Sed si lex aut Ordin. non ita expresse casum decidat, illa tamen in argumentum adduci potest per aliquem ex locis legalibus, quos retulit Specul. in titulo de disp. & alleg. §. post hoc. & latissimè Euerard. in canto loquio. Quod si lis, vel con trouersia fuerit super intellectu alicuius clausulæ instrumenti, pro sua parte debet pôderare semper verba scripturaræ contractus, vel testamenti, nam regulariter à proprietate verborum non est recessendū. l. non aliter. ff. deleg. 3. quod in legibus, & statutis etiam procedit glos. opt. per tex. ibi in l. 1. §. si is qui nau. vers. in re igitur dubia. ff. de exercitor. act. multa Tiraq.

in l. si vñquam verb. libertis, ex num. 4. C. de reuoc. & nu. 71. Mantica de coniecturis, tit. 4. lib. 3. Sed fallit nisi usus loquendi aliud patiatur, qui ante omnia attendendus est. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. delegat. 3. l. labeo, vbi Bart. ff. de supplect. leg. Mascard. de probat. conclus. 329. num. 3. Etiam in qualibet materia odiosa, & poenali, secundum Bart. in rubr. ff. nou. oper. nunt. & quanvis in statuto caueatur, ut verba intelligantur ad literam, & pro ut iacent secundum Bald. in l. omnes populi. pen. quæ ff. de iust. & iur. Abb. in proæm. decret. & ibi Felin. num. 14. Masc. concl. 1129. num. 17. 21. & 22. Tiraq. de retract. §. 2. glos. 1. num. 6. Nam propter usum testatoris, vel regionis receditur à proprietate verborum, ut est tex. vulg. in l. cum delanionis. 8. §. asinam. vers. optimum. ff. de fund. instruc. Nec enim in testamentaria dispositione, multum attenditur verborum proprietas, cum sape ab ignariis,

naris, & indoctis proferatur,
 vt in d.l. non aliter. §. 1. versi.
 cum plerunq; ff. deleg. 3. ob-
 seruat Accurs. in l. quod si ne
 potes. 1. scholio. ff. de testam.
 tutel. Item quid verba signi-
 ficient, & importent diligen-
 ter attendet. Sunt enim quæ
 voluntatem liberam, & quæ
 arbitrium boni viri signifi-
 cant, de quibus plura Bartol.
 in extraug. ad reprimendū.
 verb. videbitur, & melius Gre-
 gor. in l. 29. tit. 9. par. 6. Me-
 noch. lib. 1. de arbitr. quæst. 7.
 cum sequentibus. Nam le-
 gatum in arbitrio hæredis po-
 situm valebit, & in eius vo-
 luntate minime. 1. Senatus. §.
 1. l. si sic. 78 ff. deleg. 1. l. vtrū.
 §. cum quidam. ff. de reb. dub.
 Vnde si testator rogauit hæ-
 redem, vt post mortem no-
 minet Titium in emph. ff. sibi
 videbitur, & ille meruerit,
 Senatus sanxijt fideicommissu
 deberi in lite Francisci Pe-
 drosa da Gama cum donna
 Isabel Pereyra, Scriba Anto-
 nio de Freyas. ex l. fideicom
 missa 1. 1. §. quanquam, ibi,
 videbitur, & ibi, meruerit. ff.

deleg. 3. adde Sarmentum.
 lib. 2. select. cap. 6.

Item mens testatoris non
 est coniecturanda in casu om-
 nino omisso, & abortiuo,
 sed ex verbis à testatore pro-
 latis perfectis, vel imperfe-
 ctis, vt per Alex. & Iass. in l.
 3. C. de lib. præt. & vulgo di-
 citur in mente retentum ni-
 hil operari. l. si repetendi. C.
 de condic. ob caus. l. quidam
 cum si'um. ff. de hæred. insti.
 l. commodissimè. ff. de lib. &
 posth. & omisssum habetur
 pro omisso. l. quicquid as-
 tringendz. ff. de verb. oblig.
 l. vlt. C. de paqt. conu. Et non
 sit extensio de re ad rem, nec
 de persona ad personam. l. si
 vnu. §. ante omnia. ff. de pa-
 cti. l. si ita 126. §. Chrisogo-
 nus. ff. de verb. obl. Sed tunc
 debet totam scripturam per-
 legere iuxta l. in ciuale. ff. de
 ll. Nam ex una parte scrip-
 turæ alia declaratur cum vo-
 luntas testatoris, vel contra-
 hentis semper præualeat, quæ
 ex verbis scripturæ connexis
 vel admixtis elicitor, & sit
 manifesta, vt per Bart. notabi-
 litas

in l. 2. num. 39. & ibi Alexan.
num. 32. & Iass. num. 36. ff.
de vulg. Bald. Ang. & Salicet
in l. precibus. C. de impub.
& alijs. Præferenda est enim
voluntas verbis, ut animus
corpori, & sequenda tanquā
Regina, ut de contractibus
notatur in l. pen. ff. quæ res
pignor. oblig. l. si insulam. ff.
de præscript. verb. de vltimis
volunt. in l. in conditionibus
ff. de cond. & dem. l. 3. C. de
lib. præt. l. cum proponeretur
ff. deleg. 2. Tiraq. in l. si vn-
quam, verb. libertis ex n. 52.
& sufficit quod illa ex conie-
cturis propiciatur Valle con-
sil. 6. num. 15. vol. 4. dixi sup.
12 cap. 11. num. 9. in fin. Nam,
& voluntas disponentis eli-
citur, & probatur ex vicini-
tate scripturæ. l. hæredesp a-
lam. §. 1. ff. de testam. Nam si
superius de aliqua qualitate
loquitur, quod eam prosequa-
tur, vicinitas scripturæ sem-
per innuit glos. in §. item la-
pilli. Inst. de rerum divisione
quauis ponatur aduersatiua
(sed) semper enim intelligi-
tur retentus ijsdem terminis

præcedentibus Sylvest. Aldo
brand. in §. sed ius quidem ci-
uile Inst. de iure nat. gent. &
ciuil. Nam & præcedentia
magis influunt in sequentia,
& maioris efficaciz est clau-
sula præcedēs ad sequētia, quā
è conuerso. glos. 1. in l. quis-
quis. 93. ff. deleg. 3. Bart. in l.
auia. ff. de cond. & demonst.
& in l. si quis ex argentarijs.
§. si initium. num. 20. ff. de-
edendo Mathesal. notab. 151.
Peralta in l. si quis in princi-
pio testamenti. num. 166. de-
leg. 3. Deinde è conuerso pro **13**
batur voluntas, quod fuerit
talism in præcedenti ex sequen-
tibus. l. si seruus pluriū 53.
§. vlt. ff. deleg. 1. Nam sequen-
tia declarant præcedentia, ut
docet Mant. de coniect. men-
te testant. lib. 6. titul. 13. Iul.
Clarus. in §. testamentum.
quæ. 76. Et ex posteriori scri-
ptura declaratur primæ l. quis
quis 93. iun. glos. vlt. ff. deleg.
3. actus qui sequitur declarat
voluntatem in actu præcedē-
ti, ut in l. sedet Julianus. §. pro
inde. ff. ad Macedon. & in §.
pauonum Inst. de rerum di-

sione, & per Bart. in l. cætera.
 §. sed si parauerit. ff. deleg. 1.
 Ex quibus in ijs terminis di-
 cit Ruyn. consil. 139. num. 13.
 vers. & præmitto. 2. vol. quod
 si masculi in conditione se-
 quentis substitutionis appo-
 siti sint, ex hoc masculos in
 præcedenti substitutione vo-
 catos esse intelligitur, sequi-
 tur Anto. Gabriel. lib. 4. co-
 mun. tit. de testamen. concl.
 10. num. 9. Ita credo censuiss-
 se Senatum Castellæ, in lite
14 Comitis de Buendia. Præte-
 rea voluntas elicetur ex con-
 textu ipsius testamenti ut in
 Lnumis. ff. deleg 3. nec enim
 colligitur ex uno solo verbo,
 sed ex omnibus clausulis iun-
 ctis dispositionis ut in l. Mæ-
 uia. 44. ibi neq; contextu ver-
 borū totius scripturæ. ff. de-
 man. miss. testam. Vnde dice-
 bat Bald. consil. 136. col. 1.
 volu. 3. Quod non debemus
 inspicere unam clausulam
 solā testamenti, sed omnes op-
 timè Brunus consil. 39. nu. 6.
 declarat Mant. vbi sup. tit. 13.
15 Rursus voluntas declaratur
 ex Relatione ut in l. talis scri-

ptura. §. fin. ff. deleg. 1. Molina lib. 3. de primog. cap. 7. nu.
 11. Et ex repetitione ut in l.
 qui filiabus vbi Iass. ff. deleg.
 1. Et ex præfatione ut in l. vi-
 tim. ff. de hæred. instit. notat
 Molina lib. 1. primog. cap. 5.
 a num. 2. Et ex clausula ge-
 nerali in fine posita l. quæ cō-
 ditio. ff. de cond. & demonst.
 Et ex causa argum. l. si quis
 nec causam vbi Cornel. ff. si
 cert. pet. & à primordio tituli
 à quo posterior formatur eue-
 tis. l. 1. vbi glos. & Bar. nu. 9.
 C. de imponend. lucrat. des-
 cript. lib. 10. ex quo infert ad
 questionem Bald. quem se-
 quitur Iass. in l. generaliter. §.
 cum autem. num. 11. O. de in-
 stit. & subst. Et à ratione
 propter quam dispositio di-
 citur emanare. l. cum pater.
 §. dulcissimis. ff. deleg. 2. quia
 illa regulat, & ampliat præ-
 dict. dispositionem Roland.
 à Valle consil. 6. num. 16. lib.
 1. Tiraq. de cessant. cauf. 1. p.
 num. 144. Et tanto magis id
 dicendum venit, quando te-
 stator si de hoc fuisset inter-
 rogatus vtiq; ita respondisset
 iuxta.

iuxta notat. per Bart. in l. Ti-
tius. §. Lutius. ff. delib. & po-
sthum. glos. communiter ap-
probata in l. tale pactum. §.
fin. ff. de pact. de quo multa
Tiraq. in l. si vñquam in prin-
cip. num. 3. & nu. 56. C. de re-
uoc. donat. Nā desideria mo-
rientium ex arbitrio viuen-
tium, non sinē iusta ratione
interpretanda sunt. l. quoniā
desideria. C. de natur. lib. Mā-
tic. de coniect. lib. 3. titul. 2.
num. 6.

16 Ulterius voluntas elicetur
& probatur ex conditione, &
qualitate personæ, in quam
verba fuerint prolatæ, sic do-
cuit I. C. in l. & si suscepit. §.
& si proponas. ff. de iudit. &
in l. pen. de alim. leg. l. Titia.
§. vlti. ff. de aur. & argen. leg.
& in l. si seruus plurium. §. fi.
ff. delegat. 1. optime Bald. in
l. ex militari. ff. de testam. mi-
lit. Bart. in l. plenum. §. equitij
ff. de vſu, & habit. Simon. de
præt. lib. 1. de interpret. vlt.
vol. fol. 106. & 118. ex nu. 8.
Mint. de coniect. lib. 6. tit. 11.
vbi ex hoc inferunt ad plures
questiones, & idem antea tra-

didit Palat. in rubr. de donat.
§. 11. num. 12. & 14.

Deniq; voluntas elici, & 17
deduci potest ex grauamine
alicui iniuncto, vt in l. deniq;
§. interdum. ff. de pecul. lega.
Vbi quanuis si legetur liber-
tas seruo in testamento nō vi-
deatur sibi relatum peculiu, iuxta l. vñica. C. de peculio
eius, si tamen seruus iubeatur
aliquid dare de peculio hære-
di, ex hoc censemur sibi reli-
atum peculium, & ita ex gra-
uamine inducitur honor ad
limitationem tex. l. legata inu-
tiliter. ff. de adim. legat. Secū-
dò facit tex. in l. Titia seio 89
§. seia libertis. deleg. 2. Vbi ex
grauamine quod nouissimus
fundum restituat videtur in-
duci inter legatarios recipro-
ca substitutio. Tertiò facit l.
si ita stipulatio 39 ff. de oper.
libert. Ex quibus inferebat
Bart. in l. centurio. num. 37.
ff. de vulgar. limitationem ad
glos. communiter approbatā
in l. Lutius in fin. ff. de hære-
di. instituend. Vbi si filii in cō
ditione positi fuissent à testa-
tore grauati, ex hoc censerent
tur

tur honorati & vocati ex testamento, quasi primus videoatur grauatus ex fideicommissio eis bona restituere, ut ita grauamen ipsis impositum subfistat, quam sententiam defendit Galliaul. ibi. nu. 458. & magis communem testatur Alciat. num. 99. Couar. in cap. Raynati. §. 3. nu. 3. Ruyn. cons. 39. lib. 3. nu. 12. quicquid Iaff. in d. l. centurio nu. 57. Rip. nu. 266.

C A P. X V I.

De conclusione in causa.

Conclusum in causa dicitur, quando est productionibus, & allegationibus renuntiatum, ut per Iaff. in l. admonendi. num. 51. r. lect. & num. 62. 2. lect. ff. de iur. iurand. Vel etiam quando alterutra parte inuita in contumacia Iudex præcipit fieri conclusum iuxta auth. iubemus. C. de iudit. alios modos quibus conclusio sit adnotavit Felin. in capit. cum dilectus a num. 27. vsq; ad num. 39. de fid. instru. Et illa quidem in omnibus

causis necessaria est, ut per Menoch. lib. 1. de arbitr. question. 35. num. 7. ubi num. 8. enumerat decem causas, in quibus non concluditur, & de stylo in hoc Regno Scriba ponit conclusionem, & dicuntur esse processus conclusus, quanvis nonnulli melius putent adhuc non dici verè conclusum interim dum non est processus positus in manu iudicium. Cæterum conclusio processus aperiri potest, non solum ex ratione tex. in Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 30. Sed atiam ex alijs, de quibus Gayl. lib. 1. pract. obseruat. 107. ex num. 5. Vel etiam si Iudex reperiat antea opportere fieri aliquas interrogations ad se bene instruendum, præsertim in causis summaris, ut Clementina sep̄, verb. interrogabitur, in fin. de verb. signific. Vel super aliquo prouideti, quod ab adiuvante sit prænotatum, pro ut diximus sup. cap. 15. vel etiam in causa criminali poterit admittere omnem probationem, ut per Barto. in l. diui fratres. ff.

de

de pœnis, & infra dicam lib.
5. cap. 1. num. 81. Vel etiam
si aliquis ex litigantibus mo-
riatur, aperitur conclusio, vt
hæredum habilitatio fiat, ne
detur sententia contra defun-
ctum. l. defuncto. ff. de pub.
iudit. Si autem conclusio fa-
cta sit à partibus, illam iudex
revoicare non potest, etiam iu-
sta subsistente causa, cum cō-
clusio non sit actus suus, sed
partiū, aduersus quarum cō-
uentionem nil facere potest.
Iudex ipse ita Bald. Assinius,
& alij quos refert & sequitur
Menoch. lib. 2. prælumpt. 64.
num. 3.

CAP. XVII.

De sententia Iudicis.

Iudex in sententia debet
exprimere causas, qui-
bus nititur ad ita iudi-
candum ex nostra consuetu-
dine. lib. 3. tit. 66. §. 7. corre-
cto in hoc iure communi in
cap. sicut, &c in cap. cum Be-
goldus de re iud. Per quæ iura

communis opinio est non
esse necessarium, quod causa
exprimatur secundum Imol.
in l. si is ad quem. ff. acq. hæ-
red. Iasson. in l. qui Ronæ. §.
duo fratres. ff. de verb. oblig.
Rationem posuit glos. in l. si
quis ad exhibendum. ff. de ex-
cept. rei iud. quam ad id no-
tauit Bartol. in l. inter stipu-
langem. §. 1. num. 11. ff. de
verb. oblig. Sed non requiri-
tur causa vt valeat sententia,
sed vt constet de causa con-
demnationis, vt est tex. in si-
mili. in l. 2. §. ignominia. ff.
de ijs qui not. infam. maximè
quia prædict. Ordin. non pro-
cedit annulando prohibiti-
uè, quo casu valet actus in
contrarium ex Salicet., per
tex. ibi in l. vlt. C. de sentent.
ex breuil. sequitur Iass. in l.
non dubium, num. 18. C. de
legibus.

CAP. XVIII.

De impedimentis in
Chancellaria.

Icet impedimenta om-
nia illa obijci possint in
Chanc-

Chancellaria, quæ in execu-
tione aduersus sententiam. Ta-
men commodius erit in Châ-
cellaria propter Gabellæ ex-
actionem. Et quia in ijs (de
quibus modo agimus) si re-
cipiantur, datur replicatio,
& treuplicatio secundum Ca-
bed. Arest. 51. 2. par. quod
non est ita in impedimentis
aduersus executionem, nec
item datur iuramentum ut
sit in execuione, Ordin.lib.
2. 3. titul. 88. Sed vtrobique de il-
lis cognoscit idem iudex, qui
sententiam tulit ut in l. fin.
vbi Salicet. C. de sententijs,
quæ sine certa quantitate. Bart.
& Paul. in l. 1. per tex. ibi. C.
de sentent. & interlocut. om-
ni. iud. Item anteaquam
sententia transeat per Chan-
cellariam potest pars petere
declarationem per impedi-
menta, vt declaretur super
aliquo, veluti si pars petat
ius sibi reseruari in proprie-
tate, vel contra aliquem, nam
sententia obscura declarari
potest Ordina. lib. 3. titul. 66.
§. 6. notauit Gabriel. lib. 6. de
regul. iur. conclus. 3. num. 25.

Si autem declaratio infrin-
gat totam condemnationem,
non est admittenda, nam qui
declarat nihil de nouo adde-
re potest. I. hæredes palam. §.
si quid post. ff. de testament.
I. adeò. §. videtur. ff. acq. rerū
dom. notabiliter Oldrad. con-
sil. 263. num. 2. Eset enim
tunc potius noua dispositio,
quam declaratio, quod ius
non patitur. I. ab executori,
& ibi Bart. num. 5. ff. de ap-
pellat. obseruant ex alijs Me-
noch. de arbitr. lib. 1. quæst.
73. num. 17. & num. 21. cum
sequentibus. Andr. Gayl. ob-
seruat. I. num 6. lib. 2.

Obserua tamen in praxi 4
utilius, & pinguius prouideri
damnato per appellationem
ac supplicationem, quam per
impedimenta in Chancella-
ria, & ratio est, quia si pars
condemnata victa quoque fue-
rit in illa secunda sententia,
quæ late fuerit super im-
pedimentis, & eis non obstan-
tibus transierit per Chancel-
liaram (quauis ab ea appel-
lari, & suplicari possit) non
tamen dñi Senatores graua-
minis

minis cognoscunt de meritis, & in iustitia primæ sententiæ, contra quam fuere impenitenta obiecta. Ordin. lib.3. tit. 84. §. 8. Vnde cautius & consultius faciet aduocatus, quanvis videat sententiam habere aliquam nullitatem, vt non curet eam impedire in Chancellaria, sed supplicationem interponat, cum etiam in gradu appellationis, vel grauaminis possit agi de nullitate sententiæ, vt in Ordin. lib.3. tit. 75. §. 1. Quanvis iudices superiores in hoc casu debuerant prius cognoscere de nullitate, & pronuntiare super illa, quæ non de meritis causæ, vt per DD. in l. si ut proponis. C. quomodo, & quando iudex. Bart. in l. si expressim. nu. 8. vbi ponit practicam. ff. de appellat. Et licet in hoc casu postea appareat, quod appellatio ex aliqua causa sit deserta, non remanebit deserta causa nullitatis, quod notabile dicit Barto. vbi sup num. 10. Min sing. cent. 4. obseru. 63.

⁶ Obserua etiam in praxi,

quod si quis supplicauit in tempore, & simul posuit impedimenta in Chancellaria, poterit desistere ab impedimentis, & prosequi grauamē intra duos menses vii colligitur ex Ordin. lib.3. tit. 84. §. 4. in fin. Quæ tamen lex dum probat duos menses curiere etiam à tempore, quo impedita fuit in Chancellaria sententia ab eo, qui supplicauit, debet intelligi & limitari, nisi ex probabili ratione fuisset impedita, quia tunc tempus ad supplicandum concessum non currit secundum Bald. in l. contra maiorem. C. de in officiis. testam. Angel. & Paul. in l. hæres. col. 1. in fin. ff. de vñuris Hypolit. sing. 152. Didac. Peres in l. 2. titul. 5. lib. 3. ordin. glos. 1. in princ.

Item obserua, quod decima Chancellariæ non debetur de sententia eius rei, quæ est inestimabilis Cabed. arresto 84. 2. par. Nec de illa quæ, lata est à iudice commissario in eo processu, qui cæptus fuit in iuditio, vbi decima non debebatur, & postea per diploma

ploma Regium fuit aduocatus, & alteri iudici commissus, vti decidit Senatus in lite Francisci Botelho, Anno 1608. Scriba Francisco d' Almeyda.

C A P. X I X.

De praxi procedendi in gradu appellationis, aut supplicacionis.

IN primis licet regulariter omnibus, & in omnibus causis appellatio permissa sit, quia est defensio glos. in l. qui restituere. ff. de re iud. tamen ultra 45. fallen tias, quas ponit Marant. in pract. pag. 618. ex n. 267. & alias centum & viginti vñā, quas refert Anton. Nicel. in cōcord. glosatum. glos. 6. & alias 32. quas constituit Soc. reg. 40. & alias Greg. in l. 13. & 16. titul. 23. par. 3. Couar. pract. quest. cap. 23. num. 4. in fin. Tu iuxta ritum Regni quinquè modis principaliter limitare poteris ex Ordinat.

lib. 3. titul. 79. Primo quando sententia lata est in ea summa quæ iudicis iurisdictioni subsit, nam illa executioni mandatur, neq; ab ea appellari licet, idq; propter negotiorum qualitatem, quæ non patitur iuxta rei pub. bene institutæ utilitatem, executio nem sententiæ in tam breui summa appellatione proposita impediri. In qua tamen semper attendi debet quantitas petita ab actore, quanuis reus reconueniat de maiori summa l. si idem. §. quid si. ff. de iurisdictione omn. iud. Cabed. decis. 21. l. par. num. 6. Et licet in minori summa iudicium fiat, vt quia reliquam maiorem, videlicet nonaginta è cœtum fuisset statim reus confessus, ita seruari iussit Senatus in lite Francisci Botelho, cum Francisco Mendes transoco, Scriba Michaele Rodrigues, Anno 1610. Non enim attenditur nisi sola forma petitionis, & non confessionis, aut probationis extrinsecæ, vt per Alex. in l. 2. num. 16. ff. si quis in ius vocatus, Me noch.

5 noch. consi. 2. num. 94. Nec etiam in actu, quem quis approbavit, appellatio admittitur, de quo Menoch. quando dicatur approbari in lib. 2.
 6 præsum. 94. Nec post decen-
diū. Nec etiam in causa, in
qua aliquis fuit verus cōntu-
max. l. 1. C. quorum appell.
non recip. l. ex consensu. §. fi.
ff. de appell. vbi Barto. Imol.
& Alex. declarant quis dica-
tur verus contumax Marant.
in pract. pag. 620. num. 274.
 7 Licet ipse possit opponere ex-
ceptionem nullitatis argum.
tex. in l. 4. §. condemnatum.
ff. de re iud. optimè Bart. in l.
dinus. ff. de milit. testament.
 8 Nec etiam ab executore, nisi
excedat modum, quod tunc
dicetur si opposita aliqua ex-
ceptione ad impedientium,
illa non obstante, in executio-
ne procedat glos. in l. ab exe-
cutore, verb. excedat. ff. de ap-
pell. caute notauit Cæpol.
cap. 44. Dueñas, reg. 41. fal-
lent. l. vbi etiam alia exem-
pla proponit.
 9 Item licet appellatio ha-
beat effectum deuolutiuum,

& suspensiuum. Tamen sen-
tentia non suspenditur per
appellationem in causa alimē-
torum per l. fin. vbi Barto. de
appell. recip. Nec in via exe-
cutiva iuxta Ordinat. lib. 3.
tit. 86. §. 3. Nec in iuditio li-
quidationis pro ut dixi infra
cap. 21. num. 6. Nec in via
sumaria decem dierum pro
ut habes infra. cap. 22. nu. 3.
Nec in iuditio familiæ ercif-
cūdæ, pro ut scribitur lib. 4.
titul. 96. §. 22. Nec etiam in
causa depositi, argum. tex. in
Ordinat. lib. 4. titul. 49. §. fin.
In quibus licet appellatio iu-
rē admittatur, quo ad causæ
deuolutionem, non vero quo
ad eius suspēsionem, alia exē-
pla pro praxi Castellæ adiun-
git Couar. pract. cap. 23. ex
num. 7. Marant. in pract. pag.
588. ex num. 163. & dixi sup.
lib. 2. cap. 11. num. 18.

Item pars quæ grauamen ¹⁰
interponit debet intra duos
mens. illud prosequi, alias
reijcitur à remedio prædicto,
nec ex vi iusti impedimenti
prædictū tempus prorogari
potest nisi à solo Rege Gama
decisi.

decis. 38. Et in hoc differt pri-
mò supplicatio ab appella-
tione Cabed. decis. 42. nu. 7.
lib. 1. in qua partes possunt
allegare causas impedimen-
ti, quando appellatio dicitur
deserta. l. vlt. §. illud. C. de
tempo. appellat. Clementina
si appellationi de appellatio.
Secundò differt quia interim
dum pendet appellatio in Se-
natū suspenditur executio.
lib. 3. tit. 73. Sed in grauami-
ne tantum per sex menses.
lib. 3. tit. 84 §. 14. Tertiò dif-
fert quia eiā si appelletur ab
vna parte tantum; sit appella-
tio communis vtrique, &
tam appellanti, quam appella-
tio prouidetur in gradu ap-
pellationis per iudices supe-
riores lib. 3. tit. 72; quod non
est ita in grauamine. lib. 3. tit.
§ 184. § 12. Quartò differt quia
si acta veniunt per appella-
tionem ad superiorēs elapso
termino praefixo, semestri tē-
pore potest Senatus ex actis
appellationem desertam pro-
nuntiare, quod est notabile;
si verò veniunt acti per viā
grauaminis ordinarij prædi-

cto termino fatalium elapso
pronuntiat Senatus se de tali
grauamine non posse cognos-
cere, & sic est differēia in
pronuntiatione quam posuit
Cabcd. decis. 42. num. 4. &
§. lib. 1. Quintò differt, nam
in casu appellationis potest
pars vti instrumentis dierum
apparitionis, in supplicatio-
nibus vero controuersum est,
& diuersimode a Senatu fuit
iudicatum, modo sic modo
non ut testatur Cabed. decis.
40. Sextò differt quia si iu-
dex recipit appellationem,
altera pars potest aggrauare
in actu processus in lib. 3. tit.
70. §. 8. in supplicatione vero
si iudex eam concedit, & ad-
mittit, pars opponit se con-
tra illam concessionem per
impedimenta. lib. 3. titul. 84.
§. 5. Septimò differt, quia si
pars appellat, cum supplica-
re debuisse, potest superior
cognoscere de grauamine, nō
sic écouerso, nam si pars sup-
plicat, non potest cognosce-
re de appellatione, nisi appel-
letur atgumento. Ordinatio.
lib. 3. titul. 69. §. vlti. Octauò
differt

differit in alio, ut infra dicā.
num. 14.

12 Item prius datur copia processus ad exprimēdā gra uamina supplicanti ex l. qui prior. ff. de iudit. qui si velit aliquid probare per testes, debet in sua allegatione licentiam petere, quia illa concedi non solet, nec debet, nisi super articulis de nouo, & super quibus in prima instātia non fuerunt adducti, & recepti testes, Bart. in l. per hanc. C. de temp. appell. nu. 4. & idem in auth. qui semel. C. de probat. Ordinat. lib. 3. tit. 83. ibi, qualquer razão de nouo, quæ tamen ita singulariter exponi ac declarari debet, ut scilicet illa ratio, & materia noua sit dependens ab ea, quæ in articulis veteribus continebatur faciens ad causam, & respiciēs primam actionem. Quia si fuerit aliquid omnino nouū & diuersum, tunc admitti non debet, ut dicit Abb. in cap. si iudicauerant, & ibi Fe lin. in 4. colum. de except. & pro singul. refert Hypolit,

sing. 240. Rebus. in tractatu de rescript. articul. 3. glof. 4. num. 14. Mascar. de probat. concl. 118. num. 50. ex quo explicant Abb. num. 7. Fe lin. nu. 11. quis dicitur nouus articulus dependens à veteri in cap. fraternitatis, & ibi Marianus extra de testibus. Sed quid si illa ratio fuisset deducta in prima instantia, sed super illa non fuissent testes adducti, nec recepti? Et videtur quod ad hoc non sit ratio illa admittenda in causa appellationis ex prædict. Ordination. ibi, não tenhaõ allegada, & in §. 2. ibi, de que ya eraõ lançados per argumentum ab spetiali, & iterum in §. vltim. ibi, de que não soy articulado. Contrarium tamen tenent complures, quos refert & se quitur Couar. pract. cap. 18. num. 6. Matienso in dialog. relat. 3. par. cap. 46. num. 2. decis. Pedemontana 14. & ita non semel, sed saepius practicari vidi, ad quod etiam pertinet cautela Bald. in l. ampliorem. num. 5. C. de ap-

L pellat-

pellat. quem sequitur Cor-
 § 3 set. singul. verb. testis. Rur-
 sus non datur licetia ad for-
 mandum articulos si illi sint
 directo contrarij probatio-
 ni ab altera parte iam factæ
 in prima instantia, Clemen-
 tina 2. de testibus , vbi id
 DD. notant, nisi sint de pro-
 bando per indirectam secun-
 dum Ant. Gabriel. tit. de te-
 stibus conclus. 21. num. 42.
 Vel nisi praedicta licentia po-
 stuletur ex restitutione mi-
 noris , ut dixi sup. cap. 14.
 nu. 7. Vel nisi pars velit pro-
 bare per euidentiam facti, ut
 habes. cap. 12. num. 17. Soc.
 § 4 regul. 403. fallent. 19. Quod
 si vtraq; pars supplicat, qui
 prior supplicationem suam
 interposuit de grauamine,
 ipse prius allegare debet, cu-
 ius allegati copia alteri par-
 ti etiam supplicantи conce-
 ditur, & postea ille prior sup-
 plicans habet etiam copiam
 de allegatione, quam iste se-
 cundus fecit, idq; de more,
 & stylo seruat, quanuis no
 sit ita in supplicatione , nec
 enim secundi appellantis al-

legatio reuertitur ad primū,
 quanuis iste primus appellans
 respectu secundi, qui ap-
 pellauit censeatur appella-
 tus , & sic in hoc etiam dif-
 fert supplicatio ab appella-
 tione, in cæteris vero suppli-
 catio habet se ad instar ap-
 pellationis Cabed. decif. 11.
 num. 15. Afficit. decif. 231.

§. 1.

*De forma expediendi appelle-
 lationem, vel grauamen-
 per Senatores.*

Causæ appellationis in §
 secunda instantia ex-
 pediuntur per Relationem
 in mensa rerum fiscalium,
 Coronæ, & patrimonij Re-
 gij, iudicis Chancellarie,
 præsidum Curiæ, & auditio-
 rum criminum. Item in mé-
 sa grauaminum expediu-
 tur etiam per Relationem
 causæ, quæ veniunt per sup-
 plicationem ab interlocuto-
 ria omnium iudicij prouin-
 cialium per instrumēta gra-
 uaminum, & similiter ab in-
 terlocutoria iudicij huius
 ciuitatis, & quinq; leucarum
 in circuitu , & ab omnibus

man-

mandatis cuiusuis Senatoris
in Audientia per petitionem.
In quibus licet grauamē sim-
pliciter interpositum regu-
lariter non suspendat, tamen
in hac ciuitate praxis est, vt
per petitionem grauaminis
adiunctam processui signa-
tam à Rectore iudex à quo
remaneat inhibitus, & non
possit iterum ad vteriora
procedere, imo eius iurisdi-
ctio manet suspensa, & ita
seruat Styllus secundum Ca-
bed. decis. 59. num. 2. par. 1.
16 Et contra sententiam Sena-
tus super prædict. petitioni-
bus, vel instrumentis graua-
minum latā, potest pars per
impedimenta iterum suppli-
care, & eorum cognitio,
& expeditio reuertitur ad
eosdē iudices, vt habetur in
l. prima. C. de sentent. præ-
fet. l. si quis, & auth. quæ
supplicatio. C. de precibus
Imp. offer. Quāvis in ijs quæ
diximus melior sit consuetu-
do Castellæ, vt tempore re-
lationis, idest, quando rela-
tio cau'æ fit; partes adsint,
nec nisi illis præsentibus, vel

eorum Procuratoribus vni
soli relatori negotium cre-
datur, nec enim de iure asser-
tioni solius iudicis creditur,
cap. quoniam contra falsam
extra de prob. Clementi. 1.
eodem tit. & quia sèpè eue-
nit quod ex breuissima nar-
ratione facti mutati in totū
ius euertatur l. si is. ff. de ex-
cusat. tut. l. hoc legatum, &
l. fin. ff. deleg. 3. Nec huic cō-
stretudini refragatur, imo
suffragatur O. d. lib. 3. tit. 20
§. 40. vers. saluo. Quam nō
semel sed rarins, quām opor-
tuerat; practicari vidi. Sed 17
& illud peius est quod cum
iure Castellæ sapienter san-
ctum sit, vt iuniores in Se-
natū prius votum præbeant
in l. 6. tit. 4. lib. 2. recopillar.
ne fortè respectu seniorum
libentius dicere vereantur,
vti fatetur Gama decisio. 1.
num. 10. Cabed. decis. 6. n. 8.
Quod etiam obseruat audi-
torium Rotæ secundum Ro-
ma. singul. 81. & in Neapolis
secundum Afflct. decis. 1.
Et obseruandum dicit Nicol.
Lyren. in Exod. cap. 23.

In hoc Regno qui alijs præ-
est relationem facit, & prius
votum præbet ex Ordinat.
lib. I. tit. I. §. 13. idq; ex sen-
tentia tex. in l. I. ff. de alb.
scribend. l. 2. ibi decernendi.
C. de præfec. prætor. lib. I. 2.
Ita vt alij adiuncti non pos-
sint non propter eius aucto-
ritatem illi assentiri, & sa-
pissimè factum integrè non
percipientes, quod ita fieri
non conuenit. Nam ex facto
ius oritur. l. ex plagijs 53. §.
incliuo. ff. ad l. Aquil. l. fin.
in princ. ff. de iur. iur. Et in-
certus de facto, certus de iu-
re esse non potest, neq; præ-
bere respōsum. l. vt respōsu.
C. de transact. l. domitius la-
beo. ff. de testament. Ideoq;
in alijs Regnis Aragoniæ,
Italiæ, & in Parlamento Pa-
risiensi, & in Senatu Tholo-
sano, & Rottæ vbi Sena-
tores mutuò relationem fa-
ciunt, vti apud nos, qui Re-
latoris munere fungitur, ex
eo ipso suffragium pro illa
vice non præstat vti affir-
mat Matienso in dialog. re-
latorum. cap. 5. num. 3.

Alio modo causæ appella 18
tionis, & grauaminis à defi-
nitiva expediuntur in Sena-
tu. Scilicet per suffragia, &
deliberationes in scriptis,
vbi si primus (cui est facta
causæ distributio) aut secun-
dus, vel tertius in ea fuerint
deliberatione, quod proces-
sus non est ita benè fulmina-
tus, vt possit finaliter defini-
niri sine prævia aliqua dili-
gentia facienda, poterit in
mensa per relationem pro-
nuntiare interlocutoriā cum
ijsdem, vel alijs super illo in-
cidenti, quantunvis primus,
vel secundus dedissent iam
votum in definitiva, nam
clausis prioribus delibera-
tionibus, ita fit ex lib. I. titu.
6. §. 14. Quod non deuiat à
iure communi vt in cap. cū
Ioannes vbi Felin. num. II.
extra de fid. instru. Barro. in
l. vbi cunq; num. 7. ff. de in-
terrog. act. dicens Iudicem
quandocūq; etiam post co-
clusionem in causa positio-
nes facere posse. glos. in l. 3.
verb. inimicitia. ff. de testi-
bus, quæ dicit quod iudex
potest

potest se informare de qualitate testis, nam veritas saepius examinata magis splendor descit in lucem. cap. graue 35. quæst. 9. Contigit etiam ut aliquando grauamen interponatur ab interlocutoria, & interim ante eius expeditionem appellatio veniat à definitiua super principali, & sic concurrit simul utrung; scilicet grauamen, quod certis iudicibus distribuitur, & appellatio alijs, praxis est, ut quia remedium appellacionis est magis ordinatum, & dignius trahat ad se quod est minus arguento tex. in cap. in dubijs de cōsec. altar. Iubent enim Iudices appellationis prædictum grauamen in actis accumulati ac super omnibus pronuntiant, nec enim data sententia in finali, potest iam tractari separatim super incidenti, ut innuit tex. in lib. 3. tit. 20. §. 46. vers. porem. Ita decisum fuit in lite Simonis da Serpa cum Conuentu de Thomar, Anno 1608. Scriba Manoel Manhos.

§. 2.

De Recusatione Senatorum.

CVM facta distributio 20 ne sciri potest qui Index in appellatione futurus sit, praxis est ut tunc intentetur recusatio, nam postea dum fuerit Senator in expeditione, quanuis adhuc votū non dederit, recusati non potest, cum iam res sit iudicari cæpta. lib. 3. tit. 21. §. 5. Quod utilius est ad tollendas tot calumnias, quibus in iudicium recusationibus pa sim litigantes utuntur. Limita primò nisi suspicionis causa superueniat de nouo, nam in ijs, quæ postea accreuerint, recusatio admittenda est, quod æquissimo consilio factum est, ut nemo cogatur æquum ferre iudicem, qui si bi suspectus & inimicus sit, cap. quod suspecti 3. quæst. 5. Limita secundò in minore, qui per in integr. restitucionem poterit etiam ex causa, quæ orta sit ante, recusare Senatorē, qui fuerit in expeditione, ut comprobat mul-

tis rationibus Mauritius de
in integr. restit. cap. 253. &
receptum asserit Couarru.
pract. cap. 26. num. 4. Nota-
bis autem quod si quinq; Se-
natores fuerint in sententia
procedimenti propter trium
priorum varietatem, & dis-
cordiam, in sententia tamen
definitiua tres tantum inter
uenire debent Cabed. decis.
4. num. 2. 1. par. Sed si pars
opponit exceptionem con-
tra sententiam procedimen-
ti, ijdemmet Iudices qui fue-
runt in prima sententia pro-
cedimenti, debent esse Iudi-
ces ad cognoscendum de præ-
dictis exceptionibus, & ita
praxis seruat.

21 Cæterum an qui Regis
Consilijs assistunt, possint
recusari, questionis est? Et
videtur quod non, quia ut
ex definitione recusationis
constat, illa suspendit iuris-
dictionem iudicis recusati,
& Senatores palati cognos-
cunt de materijs gratiæ, &
non iustitiæ in voce, & no-
mine Regio, & cum ipso Re-
ge, nam Rex per Senatus

consulta eorum decreta ap-
probat, quo casu sacra ma-
iestas confirmat, & sic qui
consulunt non habent iuri-
dictionem Bart. receptoris in
1. I. ff. de officio assessor. Mor-
la. in question. iur. ciuil. &
Pontif. 1. par. tit. 2. num. 173.
fol. 90. Vnde videtur quod
Ordinat. lib. 1. tit. 2 §. 7. ibi,
Desembargadores do Paço,
intelligatur, quando aliquis
Senator fuerit iudex inter
partes, qui debeat iudicare
ut iudex delegatus, ut sic pos-
sit recusari, & propter eius
auctoritatem, & officij præ-
minentiam augetur cautio
in lib. 3. tit. 22. Nam quem-
admodum Rex non potest
recusari ut per Morlan. vbi
sup. num. 1 87. Nec eius Co-
siliarius, partes enim corpo-
ris eius sunt l. quisquis. C. ad
I. Iul. Maiest. Sed ego vidizi
contrariū practicari in quo-
dam Cosmo Machado, qui
recusauit Petru Barbosa dū
esset in Consilijs Regis in
Senatu maximo Madrid, &
alius Doctor Petrus Barbo-
sa eius nepos recusauit Sena-
tores

tores Palatij, & omnes hæ
recusationes fuerunt admis-
ſæ, non in forma iudicandi,
ſed in forma consilij, & ita
fatur Cabed. decis. 64. t. p.
23 num. 4. vbi num. 3. afferit
ipsum consilium totum re-
cusari posse, quando princi-
paliores de eo suspecti ſunt,
& probat Menoch. lib. vlt.
de arbitr. Iud. Laudens. de
offcialibus dominorum, q.
15. And. Gyl. lib. 1. pract.
obſeru. 33. Etiam ſi princeps
deleget cum clauſula recu-
ſatione remota, vt ibi pereū
num. 4. Vnde cauteſe ponſo-
let in commiſſione clauſula,
vt in caſu recuſationis aliud
Aſſessor ei adiungatur, qui
cum delegato litem expe-
diat, quo caſu iudex recuſa-
tus non remouetur in totum
a cognitione cauſæ iuxta tex-
tu in auth. ſi vero. C. de iu-
dit. ita communiter intelle-
ctum ſecundum Couar. pra-
ctic. quæſt. cap. 26. num. 1.
Præterquam in aliquibus ca-
ſibus in quibus iudex in to-
tum recuſari potest, quorum
aliquot congerit Greg. Lop.

in l. 22. tit. 4. p. 3. gl. fi. Qui ſi
in iudicando diſcordent ad-
eundus erit ſuperior Auend.
in cc. præt. 2. par. cap. 23.
num. 14. Item notabis in pra 24
xi cautionem non amittere
illumi, qui in lite recuſatio-
nis iudicatus fuit pro non
parte, vel quando durante
dilatione mortuus fuit Sena-
tor, qui fuerat recuſatus, in
ijs duobus caſibus non amit-
titur cautio, vt per Cabed.
areſt. 25. 1. par. Et idem dici-
videtur ſi fuerit absens extra
Regnum argum. tex. in Or-
din. lib. 1. tit. 6. §. 18. iun. ra-
tione tex. in l. gallus. §. ec-
quid. ſi tantum. ff. de lib. &
poſth. Vbi diſpositio loquēs
in caſu mortis extenditur ad
caſus ſimiles, vbi reſultat idē
effectus tradunt ibi ſcriben-
tes.

§. 3.

*De modo admittendi, & ex-
pediendi impedimenta
poſita in Chancel-
laria ſuppli-
cationis.*

IN primis illud praxi, & vſu forenſi receptum eſſe

L 4 con-

constat nempe secunda im-
pedimenta post prima nus-
quam admitti propter præ-
sumptionem doli ex Regia
constitutione lib. 3. titul. 88.
Nec enim de iure communi
post duas sententias tertio
prouocare licebat l. 1. C. ne
liceat in vna eidemq; causa.
cap. sua de appellat. vbi De-
cimus. num. 13. & facit rex. in
l. si quis aduersus. C. de pre-
cibus Imper. offerend. tradit
Hypol. in l. vnicā. num. 160.
C. de rapt. virg. Greg. in l. 4.
& 6. tit. 24. par. 3. Marant. in
pract. pag. 619. num. 260.
Quod tamen fallit primo, si
in sententia sit aliquod ca-
put omissum, super quo
nō fuit facta aliqua condem-
natio aut declaratio, nam
tunc licet aliás sententia nō
possit pro parte valere, &
pro parte non valere l. in
hoc iudicio ff. fam. erciscun-
dū. Tamen si continet diuer-
sa capita, potest in uno va-
lere, in alio minimè quia tot
sunt sententiae, quot sunt ca-
pita diuersa l. quædam mu-
lier. ff. eodem titulo, quæ in

ijsdem verbis repetitur in l.
vlt. ff. de iur. patron. Secun- 26
dò fallit si in p̄dicta senten-
tia quæ transit per Chancel-
lariam non obstantibus ex-
ceptionibus sit aliqua noua
condemnatio, aut declaratio
super aliquo novo articulo,
nam tunc potest per impedi-
menta contra illam declara-
tionem, & nouam additionē
audiri, quoniam licet secun-
da sententia sit confirmato-
ria prioris, tamen cum in ea
aliquid addatur, vel detraha-
tur, vel detur forma exequē-
di primam, veluti quod ali-
quid fiat, vel omittatur ante
quam executioni mandetur
prima, tunc sententiae disso-
nāt inter se, nec conformes
reputantur, nec in eis locum
habebunt supra dicta, quod
probari videtur in l. ius ciui-
le. ff. de iust. & iur. ibi, ideoq;
cum aliquid additur, &c. &
ibi Paul. & Iass. Couar. pra-
et. quæst. cap. 25. num. 6.
Tertio fallit, si posteaquā 27
lata fuit sententia à Senatu,
aliquis tertius se opposuit
pro suo interesse per impedi-
menta

menta in Chancellaria, aut
fuit vocatus ad causam, quia
tunc poterit suas exceptiones
allegare contra dictā sen-
tentiam super dictis impedi-
mentis latam, quae praxis re-
stet deducitur ex serie tex. in
l. ab executore. §. alio. ff. de
appellat. quae transcripta est
in l. 4. vbi id explicat Greg.
tit. 23. par. 3. Nam licet sint
tres sententiae latæ confor-
mes, contra quas nec admittitur
aliqua nullitatis excep-
tio iuxta Clem. 1. de re iudi-
cat. Tamen illa Clementinæ
decisio non est admittenda,
quoad tertium oppositorem,
qui ratione proprij præaudi-
tij aduersus ipsam sententiā
ultimo se opponit ad illam
impediendam ut per Couar-
ru. pract. cap. 15. num. 9. Ga-
yl. lib. 1. pract. obser. 72. n. 4.
Quanvis cum ista supplica-
tio, vel obiectio in Chancel-
lia sit contra regulam iuri-
ris, propter presumptionem
doli, ut supra diximus, non
aliter admittenda est, quam
si expressa causa iustificetur
glos. celebris in cap. Roma-

na. §. si autem de appellat. in
6. Quam præter DD. ibi val-
de comendant Abb. in cap.
ad consultationem. col. vlt.
& ibi Felin. num. 19. de re
iud. Nec etiam admittenda
est in casu quo ipsa sententia
ex vi, & natura nocet, aut
prodest etiam ignorantι, ut
in l. sèpè. ff. de re iud. cum
alijs adductis à Couarru. in
pract. cap. 13. n. 5. cum seqq.
Cæterum praxis utroq; mo 30
do diuersimodè habetur, nā
in casu primæ fallentia, si
pars vult sententiam ex pro-
cessu in eo, quod est liquidū,
& conforme in prima & se-
cunda sententia, scilicet in
ea quae transiuit per Chan-
cellariam, non ei denegari so-
let, & in cæteris prosequi-
tur. Secundò vero casu quā-
do tertius oppositor fuit ad-
missus, non solet licentia cō-
cedi, ut extrahatur sententia
de processu, usq; dum finia-
tur cum tertio oppositore,
quae praxis facilè colligi po-
test ex iure regio in lib. 3. tit.
20. §. 32. vers. è se. Ponde- 35
rando tex. ibi, allegar contra
a dīta

a dita sentençā. Pro qua etiā inducitur de iure communi tex. in l. à sententia, & in l. si perlusorio. ff. de appellat. facit etiam tex. de iure pontificio in cap. cum super vbi glos. in 1. notab. extra de re iud. in quibus admissa oppositione tertij in appellatione executio suspenditur.

32 Erunt autem in praxi optima impedimenta illa omnia in Chancellaria, quæ nō habent querimoniam aliquā de Senatoribus, qui sententiā tulerunt uti sit in appellatione, vel grauamine, vbi pars appellans conqueritur de iniustitia, & iniquitate sententiæ, nam turpe est allegare iniquitatem su-

33 premi Senatus. Sed debet pars allegare negligentiam suam propriam, & propriū errorem, vel circumuentiosnem aduersarij, uti habetur in l. præfecti. ff. de minor. Afflīct. in præludijs constit. in 10. quæst. fallent. 4. Marrant. in pract. pag. 557. Vel

34 quia in sententia reperitur scriptum diuersum aut con-

trarium deliberationibus Senatorum, aut aliquid omissum quod eam modificheret, nam probato errore, vel omissione valebit sententia secundum quod fuit in veritate Alex. consil. 215. volu. 2. num. 2. versl. & ex hoc inferatur. Vel quia fundamentum sententiæ sit falsum, & contra veritatem negotij & cause illud statim esse apparuerit, impediri potest sententia in Chancelaria, & impedimenta admitti debent. l. si prætor 75. §. Marcellus. ff. de iudit. l. 3. C. si ex falsis instrum. tradit etiam Gregor. in l. 33. tit. 14. par. 5. verb. allegaciones, nam quando cessat fundamentum sententiæ, cessat & virtus eius. l. egi tecum. verb. Paulus. ff. de ex cept. rei iud. Vnde in illa causa Laurentij Viera, cum Petro de Azeuedo concessa fuit prouisio à Senatu maximo, ut iterum reuidereretur sententia ab iisdem iudicibus, attento quod apparuerat per confessionem vnius ex illis eius votum fuisse ex falsa

falsa causa, & fundamento
erroneo datum, voluisseque
se retractare, Anno 1614.
Scriba Cosmo da Guarda.
Quod tamen habet difficultatem ex doctrina Bart. in l.
1. §. si quis moriens. vers. ite
facit, & ibi Rom. ff. ad syl-
lan. ductus argumento tex.
in cap. sicut de testibus, di-
stinguit tamen Masc. de pro-
bat. conclusio. 951. num. 23.
36 Vel cautē tunc etiam obij-
ciet pars de illa nullitate, vi-
delicet, quod non interuen-
nit mandatum vxoris super
re immobili, ex quo omnia
acta, & sententias corruere
censuit Senatus anno 1610.
in lite Francisci Páes cū Go-
mes Dias Castanho, Scriba
Francisco d'Azeuedo, quæ
tamen cautela postea evan-
nuit, nam per nouam vxo-
ris citationem, omnia acta
fuerunt recōqualidata, & res
ad priorem iudicati modum
fuit perlata, in litè Gerony-
mæ da Breu, cum Michaele
Rodrigues, Anno 1611. Scri-
ba Antonio Cotta, ex ijs
quæ dixi lib. I. cap. 3. nu. 14.

Vel etiam quia in actis ali- 37
quid vitiatum, vel falso repe-
riatur commissum, nam per
hoc pars cadit à causa. l. in
fraudem. §. quoties o 1. ff. de
iure fisci, vbi DD. id notant
Farinaceus de falsitate quæ-
stio. 150. num. 37. & sequen-
ti, ita iudicari vidi in lite
Ioann. Sanches cūm Ioann.
Bapt. Colonia, Scriba Chri-
stophoro Riberio. Vel etiam 38
aliam quamlibet nullitatem
allegabit non tamē nudam,
sed cum effectu cooperatam
adminiculo iustitiae, nam si
præter nullitatem nihil alle-
get aliud relevans, quod in
puncto juris foueat iustitiā,
Senatus ad id non attendit
secundum Vallasc. de iure
emphy. quæstio. 6. num. 14.
Nam sententia eius proces-
sus, in quo non fuit seruatus
iuris ordo, non ideo corruit,
imo eius error suppleri po-
test correcto in hoc tex. in l.
prolatam. C. de interlocut.
omn. iud. ex Ord. lib. 3. titul.
63. ibi, pola verdade sabida,
quibus verbis tollitur ordo
iudiciarius secundum Bald. 39
in

in cap. I. §. in vestitura de noua forma fidel. Rom. con fil. 20. Roland. consi. 7. n. 32. volu. 3. Præsertim in ijs quæ sunt accidētalia, & non substantialia iuditij ex l. fin. §. vlt. ff. de eo quod met. causa, quam ad hoc notat Pinel. in l. I. 2. par. num. 64. C. de bon. mat. Bant. de null. process. cap. 13. Maranta qui ponit 14. effectus huius clausu lœ de ord. iud. 4. par. dist. 9. 10 num. 32. fol. 195. Sed cum quædam impedimenta nullitatis posita in Chancellaria non fuissent recepta à Senatoribus, (nam ad eosdem iudices eorum cognitio & expeditio reuertitur) pars condemnata Ioannes à Costa Castelobrancu querimoniam exposuit coram Chancellario de visibili nullitate, ob quod glosata à Chancellario secundum Ordin. lib. I. tit. 4. §. 1. Et visa in Senatu cum alijs iuxta Ordin. lib. I. titul. I. §. 10. in fin. decisum fuit illa non debere transire per Chancellariā, Scriba Payo Malheyro, Anno 1608.

Nam sententia quæ per euidentiam facti nulla est, nunquam transit in ré iudicata, cap. fraternitatis, circa med. & ibi Innoc. de frigid. & mafef. Bald. in l. I. in fin. C. sententiam rescind. non poss. dixi sup. cap. 12. num. 18.

CAP. XX.

De Praxi Processus in causa Reuisionis.

Pro perfecta huius rei cognitione illa nobis sunt pertractāda. In primis quod sit reuision, deinde quo ordine, & modo sit in ea procedendū, ultimo quibus casibus reuisione nō admittatur, & de eius effectu. Quoad primum reuisione nihil aliud est quam supplicatio Principi porrecta, ut rigor iustitiae reparetur, quæ definitio colligitur ex Greg. in l. I. tit. 24. par. 3. Quæ tamen sufficiens non est, nec alia quam ponit Vallasc. cōfil. 51. n. 5. Et ideo alio modo defi-

definiri licet, ut sit petitio in
Senatu maximo per quam da-
tur regressus ex iisdem actis
processus contra iudicatum,
quod per appellationem, nul-
litatem, seu aliud remedium
ordinarii retractari nequit.
Alia est quae ex mera gratia
conceditur, alia quae con-
ditur quando nullo dato re-
medio iurisordinarij, pars ali-
qua vult infringere senten-
tiam, quam dicit esse latam
ex falsis probationibus, quae
licet sit nulla, potest tamen
pars recurrere ad principem,
& petere, ut iterum proce-
sus reuideatur ut in Ordina-
lib. 3. titul. 95. in princ. quod
ita etiam erat de iure com-
muni. I. diuus Hadrianus. ff.
de re iud. iun. gl. 1. ibi. Cuius
3 tamen partis allegatio dicen-
tis sententiam fuisse latam
ex falsa probatione conclu-
dere debet ex instrumentis,
quae offerat iuxta tradita à
Dec. in l. fin. C. de edendo,
vel per alios testes, qui inter-
fuerunt corruptioni, vel sub
ornationi illorum, vel si in-
directe contra illos testificé

tur, ut in cap. ex tenore de te-
stibus, sufficiet tamen pro-
bari falsitatem testimoniū absq;
eo quod probentur pecunia,
vel alio modo corrupti gl. 2.
in cap. licet causam de pro-
bat. & ibi Abb. & Felin. ver-
sic. 6. conclusio, quam com-
muniter scribentes sequi te-
statur Socin. Iun. consil. 40.
num. 9. volu. 2. Et sic in hoc
casu falsitatis tripliciter reo
damnato subueniri potest,
vno modo, de quo diximus,
libello principi oblato peti-
ta reuisione per in integrum
restitutionem, quod durabit
quadriennio secundum glos.
& ibi Iass. in d. l. diuus. n. 34.
Vel per actionem in factum
ad interesse contra corrum-
pentem, iuxta tex. in l. qui no-
mine. 25. vers. ex hac causa.
ff. de falsis, glos. in cap. licet
causam, & ibi Abb. num. 28.
Felin. 36. de probat: quod du-
rabit spatio 30. annorum, ar-
gumento tex. in l. sicut. vbi
glos. C. de præscript. 30. ann.
aut per actionem criminalē,
vsq; ad 20. annos, iuxta l.
querellam. C. de falsis, vel
etiam

etiam per exceptionem fal-
ficitatis in executione quæ per
petua erit argumento tex. in
l. purè. §. fin. ff. de doli mali
exceptione.

5 Cæterum quoad Reuasio-
nem ex gratia, supplicatio
cum iuris allegatione fulci-
ta ac subscripta ab aduocato
curiali porrigenda est in Se-
natū intra duos menses à pu-
blicatione sententiaz, Ordin.
lib.3.tit.95. §.3. Quo clapsō
tollitur omne beneficium re-
visionis. Quid si in sexagesi-
ma prima die mensis quis re-
visionem petat? Audiendus
erit ita enim I. C. rescripsit
in l. vbi lex. 101. ff. de regul.
iur. vbi Dec. id notat, quid
autem si post duos menses
minor velit restitui? deci-
sum fuit quod sic in reuasio-
ne quam petijt dominus An-
tonius de Atayde cōtra Frā-
ciscum Barretum, & hanc
opinionem tenuit etiam Di-
dac. Perez in l. 8. tit. 4. lib. 2.
Ordina. glos. verb. *dentro*,
6 col. 394. Quanuis Auendan.
in tracta. de secunda suppli-
cat. num. 19. *contrarium*

velit, nam etiā ex iusta cau-
sa quilibet aduersus lapsum
temporis per petitionē Prin-
cipi oblatam restituī debet,
& sic etiam post 4. annos ex
diplomate Regio, admissus
fuit Episcopus do Porto ad
petendam reuisionem, in li-
te Antonij da Costa, Anno
1611. Scriba Marcos do
Quintal.

Diximus etiam quod Se-
natores concessa reuisione
debent reuidere processum
ex ijsdem actis, & sentētiā
proferre nullo admisso libel-
lo, petitione allegatione, pro-
batione, scriptura, & dilatio-
ne etiā per viam restitutio-
nis in integrum, vel aliquo
alio modo intentato, nisi fue-
rint allegationes iuris, Ordi-
nat.lib.3.titu.95. §.7. Rebuſi
de supplicat. num. 80. Quan-
uis viderint impetrari diplo-
ma Regium, vt instrumenta
de nouo reperta reciperen-
tur in lite Emanueli Gomes
Gallego cum Petro de la rea,
Anno 1617. Scriba Marco
do Quintal. Eſſet enim ini-
quum, iustum litigantium
cauſam

causam propter nouas alle-gationes, & instrumenta de nouo reperta præoculis iudicū perire, ut dicit Cabed. arest.39. 1. par. Matienso in dialog. relat.3. par. cap.8. n.3.

§. 1.

Reuasio quibus casibus non admittitur.

SVnt tamen nonnulli ca-sus in quibus Reuasio de negari solet, pro ut notat Vallasc. consil. 51. lib. 1. Re-buf. de supplicat. questio. 9. Sed quanuis illa non detur in causa criminali, si tamen in ea petatur aliqua magna summa ratione interesse iux-ta doctrinam Bart. in l. inter-dum. §. qui furem. ff. de fur-tis, ratione illius interesse, si excedat summam, quam lex requirit, reuasio admittetur, pro ut docet Bald. in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minoribus, vbi adnota-to uit, quod si statuto sublata sit appellatio in quæstioni-bus criminalibus, vel restitu-tio in integrum, censetur sublata respectu principalis cause, & non respectu emer-

gentis, seu incidentis in ea sequitur Alex. in rub. num. 2. & ibi Iass. num. 7. ff. de re iu-di. Auiles in cc. prætorum. cap. 6. num. 4. & 6. in glo-verb. sententias. Bossius in praxi crimin. tit. de appellat. num. 11. Nec huic sententiæ repugnat Ordin. lib. 3. tit. 95. §. 11. in fin. Alios casus con-gerit Cabed. arest. 42. lib. 2. Item non admittitur reuasio si non excedat summa cen-tum regalium in rebus im-mobilibus, & in alijs 150. Ordin. titul. 95. §. 8. Vallasc. sup. num. 39. Quæ tamen or-dinatio declarari potest, pri-mò ut æstimatio semper co-fiderari debeat tempore actio-nis, & rei petitæ, etiam si te-tempore sententiæ creuerit va-lor, ut notant Bald. Angel. & Iass. num. 6. in l. si idem cum. §. fin. ff. de iurisdict. om-ni. iud. Auendan. in tractatu de supplicat. num. 15. Tra-didit etiam Soares à Pace in praxi. 1. tom. 7. par. cap. vni. nu 80. & Cabed. decis. 190. 1. par. Secundò declarari po-test, ut si ex una actione ac

de-

fensione plurium fieret condemnatio etiam in viriles portiones, tunc vna causa reputaretur, & vna supplatio sufficeret, ut concludit Auendan. in tracta. de secunda supplic. num. 14. Quanvis reuasio petita ab uno non proposit alijs, nisi sit res individua quæ petitur argum. tex. in l. si communem. ff. quemadmod. seruit. ammitt. glos. in l. i. C. si in commun. eademq; causa, ubi Paul. de Castro, & optimè in hanc sententiam induci potest tex. in Ordin. lib. 3. tit. 8o. §. vlt. ¶ Item non admittitur Reuasio à sententia interlocutoria, ut in §. 12. & notat Vallasc. ubi sup. num. 50. Etiam si illa habeat vim definitiæ optimè Auend. de suppl. nu. 18. Rebuss. de supplicat. nu. 66. Gayl. obser. 155. num. 6. Et intellige sententiam illam dici interlocutoriam, quæ non definit principalem articulum, sed media cause recipit secundum glos. in Clement. ad compescendas verbo definitiæ de sequestr.

possession. & fruct. glos. in auth. de litigios. §. ad excludendas verbo interlocutionibus. Auiles in cc. prætorū. cap. 6. verbo sententias, nu. 10. Similiter sententia, quæ post se aliam definitiæ ex pœstat, interlocutoria dicitur l. post sententiam. C. de sententijs, & l. i. C. quando prouocar. non est neces. Adde¹³ tamen quod si principaliter agatur de nullitate, vel rescissione alicuius actus, sententia super eo lata dicetur diffinitiæ, quantumcunque causa principalis, quæ alias erat inter eisdem personas, decisa non remaneat, colligitur ex cap. auditis, & ibi Innoc. de procurat. Bart. in l. i. §. fin. num. 3. ff. de prætor. stipul. Petrus surd. de alimēt. tit. 9. quæst. 7. num. 4. & suaderi potest ex arest. Cabed. 95. 2. par. Contrarium tamē decilum fuit à Senatu Castellæ in causa Ducis de Pastrana cum fratre eius, me ibi patrocinante, ex ratione tex. in l. 7. titul. 20. lib. 4. Re copillat.

Item

14 Item notabis ut si aliquis ex litigantibus moriatur tempore, quo petita fuit Revisio in Senatu, non est necessaria habilitatio heredum defuncti, pro ut testatur Cabed. arest. 46. 2. par. Contra rium tamē iudicavit postea Senatus in lite Petri de la rea contra Emmanuelē Gomes, Anno 1616. Scriba Marco do Quintal, vbi sententiam in reuisorio iuditio latā mortuo interim auctore sine heredum habilitatione nullā pronunciauit. Item notabis ut si lata sit sententia à Iudicibus ex commissione principis cum clausula appellazione remota, adhuc si subsit iusta causa, hæc reuisio non de negabitur. Cum etiam ab illis, à quibus appellare non est liberum, supplicari liceat reuisionem ut in cap. cuncta 19. quæsl. 3. sicut ab ipso principe supplicatur ad ipsum, cap. ex literis de in integ. restit. cap. cum causa de re iud. Rebuf. de supplicat. ex num. 27. quæst. 6. in præfat. Notū est enim quod respondit Ma-

chetes interrogatus à Philippo Rège Macedoniæ ad quem appellasset, ad te ipsū d. Rex, dixit, de quō Plutarc. in apothemat. vitæ Philip. appellatur enim à principe male informato ad eundem benè informatum. l. 1. §. quæsitum. ff. de appellat. l. 1. C. de relationibus, Martin. Lautens. in tracta. de principe. artic. 4. Et ad id præstat nobis optimum argumentum, & exemplum, quod Vipian. enarrat in l. diui fratres. ff. de iure patronat. vbi Imperatores sententiam Proculiani, & Mætiani Iure consultorum eminentissimorum alijs Iuris peritis adhibitis, & re plenius tractata retocarunt, nec quod plures fuerint in una sententia, ideo eis assenti debet vir bonus, & doctus, si aliud iustum, & verū esse sentiat, nam legitur Exodi 23. Non plurimorum acquiesces sententiæ, ut a vero deuias. Vnde licet prædicta supplicatio sit ex mera gratia principis, tamen non sollet, nec debet princeps re-

cusare illam concedere si iu-
stum sit, alioquin iustitiam
denegaret, quod non debet
facere princeps, cum Regū
proprium sit facere iudicium,
& iustitiam. cap. Regum 23.
quæst. 5. Bald. in l. princeps.
ff. de legibus, & idem dicit
tex. in cap. tum ex literis de
in integ. restit. Rebus. de sup-
plicat. quæst. 9. num. 45. Imò
peccaret si talem supplica-
tionem Revisionis non admit-
teret secundum Zabarall. in
Clementina pastoralis de re
iud. Cass. n. in Catalog.
glor. mund. 4. par. confid. 24.
nu. 103. Econuerso non po-
terit eam concedere nisi ex
probabilic causa, ut per Ca-
bed. decis. 12. num. 1. lib. 1.
Nec, n. potest ab aliquo mu-
tari sententia, nisi ab ipso
principe ex causa l. diui fra-
tres. ff. de pœnis, & dicetur
causa iusta, non solum quan-
do fuit varietas votorum,
sed etiam quando delibera-
tiones Senatorum non con-
veniunt in ratione funda-
mentalali, qua quisque eorum
natur.

§. 2.

De effectu Revisionis.

Effectus qui secuntur ex 16
Revisione ponit cōplu-
res Rebus. de supplicat. ex
num. 96. cui adde alium ex
Cabet. decis. 144. num. 3.
circa restitutionem fructuum.

CAP. XXXI.

*De Praxi Processus exe-
cutius.*

IN primis sententia ut
executioni mandetur
postquam est extracta
a processu secundum con-
suetudinem Regni, debet si-
gillari in Chancellaria iuxta
Ordina. lib. 2. titul. 39. Quia
ante eius expeditionem sen-
tentia dicitur in formis atq;
imperfecta uti habetur in re-
gula Cancellarie de non iu-
dicando iuxta formam sup-
plicationis ubi Gomes quæ-
stio. 1. Molina de primogen.
lib. 2. cap. 7. num. 53. Cassan.
in catalog. glor. mund. 5. p.
nu. 61. quorum non memi-
nit

nit Cabed. i.par. decis. 3.n.7.
 Deinde praxis est, vt ex prædicta sententia pars citetur
 ad executionem fiendam,
 quam approbat Bart. in l. de-fendente. ff. de auct. tut. & in
 l. à diuo Pio. §. in venditione
 num. 2. ff. de re iud. prosequi
 tur Dueñas regul. 94. multæ
 enim exceptiones opponi
 possunt post sententiam, vt
 in l. 1. C. de iur. & fact. ign.
 fundat Bart. in l. crediteres.
 2. num. 26. C. de pignor. Quan
 uis si causa fuerit à princi
 pio agitata cum procurato
 re sufficienti eius domino ab
 sente habita sententia execu
 tio fieri posse videtur sine
 noua domini citatione, pro
 curatore tamen citato, pro
 vt decisum fuit à Senatu in
 lite inter Iustam de Barros,
 & Antoniū Fernandez Paes
 Scriba Michaele Couceyro,
 Ann. 1607. Nec enim potuit
 procurator executionē sub
 terfugere dicens mandatum
 expirasse per causæ extinctio
 nē, & esse causam nouā, quæ
 exequitur, quia non dicitur
 noua, sed eadem quæ ex illa

deriuatur argumento tex. in
 l. sed & manente. ff. depre
 cario. Contrarium tamen iu
 dicauit postea idem Senatus
 in lite Laurentij Garces Pa
 lha cum Antonio Fernández
 d'Eluas, Scriba Ludouico
 Motta Feo, anno 1617. Quæ
 practica tutior est secundum
 Bart. in l. meminerint. nu.
 C. vnde vi.

S. 1.

De Persona exequente.

PRAXIS est, vt hæres eius, 3.
 qui decepsit lata sen
 tentia pro se, vel inchoata
 executione; non nisi se legi
 timato cum ipso reo, illam
 prosequi valeat, nec sufficient
 certificatio sententiæ legit
 imationis, aut confessionis
 iam cum alio habitæ, vt in l.
 fin. ff. de interrogat. auct. sed
 est adhuc necessaria iterum
 habilitatio per articulos, qui
 bus contrariari possit, cen
 suit Senatus in lite hæredum
 Duardi Nunes cum Didaco
 Nunes Caldeira, Scriba Frá
 cisco do Couto, anno 1611.
 Et à sententia habilitationis
 supplicari posse potius per

petitionem à Senatu deci-
sum esse cōstat. Nec id quod
4 diximus de habilitatione, in-
telligitur solum de hærede
vniuersali, sed etiam in quo-
cunq; successore particula-
ri, in quem res de qua agi-
tur translata est cum suo iu-
re, veluti cessionario vt in l.
se:uo. §. vltim. ff. ad trebell.
Bart. in l. in prouinciali. ff. de
nou. oper. nun. Nam &c is ha-
bilitate se debet, vt per Hy-
pol. sing. 26. Boer. decis. 10.
ac iste executionem prole-
qui poterit, quia in eum e-
tiā transiuit ius executiūm,
pro vt decidit Senatus in lite
dominæ Isabel de Gamboa,
Scriba Sebastia. de Padilha.
Nam habetur loco hæredis.
l. in conuentionibus 219. ff.
de verb. signifi. l. id tempus.
§. 1. ff. de vsucaption. Nam
verbū hæres non solum intel-
ligitur strictè pro vt est no-
men iuris civilis, sed etiam
pro vt significat successore
iuris. l. quoties. §. hæredes. ff.
de her. instit. l. hæreditatis
appellatione 138. ff. de verb.
signifi. vide sup. lib. 1. cap. 3.

num. 16. Item & similiter
sententia lata pro vno socio
in causa societatis, vel pro
vno hærede in causa succes-
sionis proderit alij cohære-
di, & consocio, & iste pote-
rit exequi pro sua parte, gl.
in cap. quanuis extra de re
iud. Alex. in l. s. xpe. num. 52.
ff. de re iud. Idq; ex vi & na-
tura ipsius sententiae prop-
ter communionem tui, vt
acta, sententia, & executio
pro vno profit alijs. l. si com-
munem. ff. quemadmod. ser-
uit. amitt. l. loci corpus. §. si
fundus. ff. si seruit. vend.

§. 2.

De liquidatione sententie.

VNo modo fit liquida-
tio eius sententiae, quæ
incepta, vel liquida non est
per arbitrios, alia per articu-
los, qui ita formari possunt,
prout dixi lib. 4. cap. 8. num.
61. Et illis datur cōtraria res-
ponsio sine replicatione, vt
in gradu appellationis, quo-
niam proceditur summarie,
sed interim executio sistit,
nam quoties exceptio trahit
originem à tenore ipsius sen-
tentiae

tentia veluti de aliquo du-
bio decidendo per arbitros,
quod antea Iudex fieri iusse-
rat in sententia, executio re-
tardatur, ut optime per exé-
pla aduertit Surdus consil.
186. num. 23. Castro consil.
270. num. 3. lib. 2. vers. alle-
gata vero, Ruyn. consil. 22.
num. 9. vers. secundo respon-
detur, vol. 1. Capicus decis.
17. num. 9. Nec ultra quam
quod expressum est in sen-
tentia liquidatio fieri potest
quia sententia est stricti iuri-
s. l. i. & ibi glof. C. de sen-
tent. quæ sin. cert. quāt. l. i.
iun. glo. C. si aduersus ré iud.
l. cum post C. de sent. & in-
terlocut. omn. iud. Sed lata
sententia in liquidatione, li-
cet ab ea appelletur aut ag-
graetur de stylo illa appell-
atio & supplicatio non sus-
pendit executionem, nam
quanvis in lege non ita repe-
riatur expressum, verum est
facta liquidatione reum non
audiri cum quibuscumque
impedimentis, vñq; quo sol-
uat, aut pignora capiantur
vñ in predicta Regia con-

stitutione cauetur. titul. 86.
S. 1. Ex quo tex. per suppli-
cationem à sententia liqui-
dationis, eius executionem
non suspendi, decreuit Se-
natus anno 1607. inter Si-
mon. Pirez Solis, cum Ro-
quo Antunes, Scriba Domi-
nico Dias Murzelo.

Item liquidatio per arbi-
trios facta, cum per articulos
formatos fieri deberet (in
quibus reus per contrariam
responcionem multa articu-
lare potuisset, quæ illam mo-
dificarent, aut extenuarent
fuit renocata ex sententia Se-
natus inter Emanuel Varela
& Monaster. de Odiuelas
Anno 1603. Scriba Francis-
co de Azeuedo, quæ hodie
extat penes Scribam Ludo-
vic. Gomes de Barros. Cuius
decisionis ea præcipue ratio
redditur, quia in causa quæ
per articulos liquidari debet
non potest pars cogi arbitros
assumere ex notat à Molina lib. 4. de primogen.
cap. 9. num. 29.

Si vero res talis est, vt nō
nisi per arbitros, & aestima-

tores designari possit, tunc Iudex compellit partes, ut elegant arbitratores, qui debent esse periti in arte. Nec dictis eorum in hoc creditur nisi aliter constet de eorum peritia, ut ait Bart. in l. de æstat. col. 4. post nu. 9. versic. 2. pono. ff. de minor. Nec illi admittendi sunt, qui rem fabricati sunt, de cuius æstimationis probatione agitur, cū illis laus aut opprobiū eveneri possit. Mafcard. de probat. concl. 654. num. 11.

Et posteaquā sunt electi, & nominati, iuramento ab eis peracto secundum text. & ibi Bald. in l. hac edictali. §. ijs illud. vers. interposito. C. de secundis nupt. Iudex illis certum diem præfiniet ad faciendam liquidationem & computationem, vel æstimationem. Intra quem altera parte cessante Iudex partibus suis fungetur. l. 2. ad si. C. de vslur. & fruct. legat. Sed si ipsi discordent, partes eligunt tertium ut per Bald. in d. l. hac edictali. §. ijs illud. C. de secundis nupt. Etsi par-

tes discrepent in electione, tunc iudex potest eligere vt per Panth. in l. 2. num. 295. & 298. C. de rescind.

Sed omnis exceptio quæ potest repellere testem, potest etiam repellere huiusmodi æstimatores, ut inquit Aret. in cap. causam de probat. in 3. notab. Et similiter prolata sententia per iudicē super illa computatione, & arbitramento debet in contienti executioni mandati, neq; admittitur contra eam appellatio, nisi facta prius solutione, ut in Auth. de sanctiss. Episc. §. x. economis, vbi Angel. collat. 9.

Item notabis ad praxim 8 sententiæ liquidationem fieri debere in loco domicilij condemnati, quantumuis illa sit lata in Senatu supplicationis, vel à prætore curiali, nisi ex priuilegio actoris, reus ad curiam trahi possit. Cabed. arest. 28. 1. par. Item & ipsa pars ad liquidationem citari debet vti ex mente Bart. in l. Theopompus. ff. de dote præleg. communis

nis praxis obseruat.

§.2.

*De executione facienda
contra heredes.*

¶ **Q**ui habitat sententiam contra aliquem qui postea defunctus est, debet citare, & legitimare eius heredes ad eius executionem, *Felin.* in cap. quia. num. 3. de iudit. *Marant.* in pract. pag. 653. num. 17. Nam huiusmodi sententia exequi potest aduersus successores, & eis nocet l. ex contractu. ff. de re iud. *Soar.* in l. post rem declarat l. Regni t. extension. *Ca-*
bed. decisi. 198. t. par. num. 3. *Couar.* pract. cap. 13. num. 6. *Pinel.* in l. I. 3. par. ex nu. 49. C. de bon. mater. Quod etiam habitat locum contra quemcunq; successorum, quanvis is contra voluntatem praedecessoris succedat. *Tiraq.* de primog. quæst. 35. num. 17. Et etiam contra minorem, nam nihilominus potest fieri executio in bonis quæ ad eum peruererunt ex defuncto. *I. pupillus iun.* glos. in §. sed & si creditor. ff. de auct.

tut. l. I. C. quando decreto opus non est. Item & in Fiscum successorem, vel eum cui fiscus bona dedit ut in l. I. C. de hered. vel act. vend. l. eum qui bona. ff. de iure fisci. *Iass.* consi. 88. lib. 3. quia fiscus non vult nec intendit iuri tertij præjudicare. l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco pub. & princeps concedendo bona, obligationes cōcedere videtur. l. princeps bona 2 r. ff. de verb. signific. Sed hoc limita quando pars 10 litigat super ipsa re cum eo, ad quæ res principaliter pertinet, secus si super quæ litate personarum, ut quia dicitur non es consanguineus, nam tunc militat regula. l. sæpe. ff. de re iud. Secundò limita nō procedere quædo sententia fundata fuit super aliquo facto voluntario ipsius possessoris condemnati utpote ex aliqua renuntiatione eius, vel confessione; quia tunc talis sententia non nocet successori, sicut nec ipsum factum voluntarium noceret ita *Bald.* in l. 2. nu. 8.

C. quibus res iud. nō nocet,
 & ibi Salicet. ad fin. Pinel.
 vbi sup. num. 50. & 7. limit.
 Tiraquel. de nobil. cap. 37.
 num. 13. Menchac. de suc-
 cess. creat. lib. 1. §. 6. nu. 28.
 Tertiò limita quando possef-
 for ob dolum, culpam, vel
 ob negligentiam fuit condē-
 natus secundum Vallasc. de
 iur. emphyt. q. 10. nu. 3. vbi
 alios refert, Molina lib. 4. de
 primog. c. 8. n. 7. Quartò li-
 mita in sententia habita ex
 actione ad exhibendum, quæ
 exequi non potest aduersus
 hæredem eius, si dicat se nō
 habere, nam statutus eius iura
 mento, glos. vlt. in Clemen-
 tin. 2. de usuris, & ita iudi-
 canit Senatus Castellæ in li-
 te Christophori Arrieta, an-
 no 1613. Scriba Ioanne Mo-
 reno. Quintò limita in sin-
 gulari successore, seu possi-
 déte aliqua bona debitoris,
 qui acotraeūnō fieri executio
 pro obligatione personali.
 gl. in l. 3. C. de cond. ob caus.
 J. venditor. ff. comun. præd.
 Soares in l. post rem declar.
 leg. Regn. lim. 1. facit tex.

in l. vt pomum de seruit. 1. 4.
 §. opus. ff. de alien. iud. mut.
 causâ fac. Sed hoc fallit in
 successore rei litigiosæ, vt di-
 xi. num. 87.

§. 4.

De modo quo executio fit.

D Iximus supra execu-
 tionem fieri debere in
 loco, & domicilio condem-
 nati, vnde sententia lata à Iu-
 dice vnius loci exequenda
 erit extra territorium per li-
 teras requisitorias, iuxta l. à
 diuo Pio. §. sententiam Ro-
 mæ. ff. de re iud. Auth. vt dif-
 ferent. iud. & in Auth. de ex-
 hibend. reis. §. si vero. resol-
 uit Assinius in praxi. §. 31.
 cap. 9. num. 2. Sed in hoc Re-
 gno executio nō sit ex requi-
 sitoria Castellæ, si in ea nō
 sit inserta sententia; quia li-
 cet apud Castellanos execu-
 tio fiat ex instrumento pu-
 blico, sine aliqua sententia.
 l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recop.
 In hoc tamen ex instrumen-
 to publico absquæ sententia
 executio non fit, atq; ideo
 nihil mirum, si illa requisi-
 toria in hoc Regno non serue-

eug

etur quoad executionem statim faciendam absq; sententia. Imo impedimenta aduersus illam recipiuntur in ijsdem actis, vt in causa Iulij Spinola, cum Emanuele Gomesio d'Eluas, Anno 1612. Scriba Francisco d'Estrada. Nam consuetudo, & stylus loci, in quo petitur, in resipientibus ad ordinem iudiciorum attendi debet, & non loci in quo actus fuit celebratus secundum Bart. in l. 1. num. 15. C. de sum. Trinit. & fid. cathol. receptum ex Iass. ibi. 2. lectura. num. 57. Et sic statuta municipalia vnius territorij, alter Iudex in exequendo sequi non debet, vt sentit expresse Bald. in l. 1. num. 4. C. ne filius pro patre, & in l. vnicā. C. de confess. Alex. in l. à diuo Pio. §. 1. num. 12. & ibi Iass. ad fin. ff. de re iud. Sed quia ob id cautè nonnulli curarunt prædictas executorias à Regno Castellæ dirigi ad Auditorē militiæ Castellanæ, qui residet in hac ciuitate ad hoc, vt ipse eas intrepidè executio-

ni mandaret, qui statim pro earum executione deprecabatur Iudices Lusitanæ ad pignorandum, vel ad personas capiendas incolas huius Regni, decreuit Senatus tales requisitorias vt pote non in forma prædictæ Ordinationis Regiæ latas, irritas, & nullas pronunciari, in lite Hectoris & Francisci de Lisboa, cum Ferdinando Dias de Sylua, Scriba Joan. de Payua, Anno 1608. & iterum in causa de Branca Nunes, contra Hectoré de Lisboa, Scriba Michaele Couceyro, Anno 1607. Imo & quod magis est, etiam si executoria procedat ex sententia iam latâ, illa adimpleri non solet, vt patet ex decisione Senatus in causa Comitis da Toguia Scriba Paulo da Breu da Zambuja.
Item si reus nominauerit bona immobilia ad executionē, ex praxi cogi poterit, vt ostendat instrumenta rerum consignatarum, vel citata parte dabit testes qui dicant illa bona esse sua, & habere valorem

lorem debiti, qui tamen testes perinde habebuntur, ac si essent fideiussores, iuxta tex. in l. cum ostendimus. §.
15 fin. ff. de fideiuss. tutor. Quo peracto debitor incarceratedus non erit, prout praxis servat auctoritate glo. singular. in l. 3. §. tutores. ff. de suspe& tut. quam dicunt communiter receptam plures relati à Baeça de inop. debitor. cap. 1. num. 26. Sicut nec ille qui habet idoneum fideiussorem secundum Vallasc. qui dicit ita fuisse à Senatu decisum. lib. 1. consult. 13. Quæ notanda sunt pro declarazione Ordination. lib. 4. titul. 76. §. 1. de qua etiam dicam infra numer. 80. Sed quid si facta addictione de redditibus aliquius domus, & iam capta possessione à viatore domus diruatur; An vietus teneatur adhuc alia pignora dare? & videtur quod non quia finita addictione amplius in causa executionis pars non auditur. l. à diuo Pio. §. si post addicciū. ff. de re iud. & quia illa addictione habetur loco

venditionis in qua periculum est emptoris. §. cum autem Inst. de empt. & vend. l. 1. C. de pericul. & comod. rei vedi. Contrarium tamen iudicauit Senatus in lite Duardi da Costa cum Antonio Peixoto, Scriba Michael Rodriguez ex eo, quia pensionū addictionis ad instar locationis haberi debet, in qua conductor de casu fortuito non tenetur, ut dixi lib. 4. cap. 8. nu. 26. Nec obstat quod fuit facta subhastatio in iuditio, quia factū iudicis, factum partis reputatur. l. si prædiū. C. de euict. Sed quid si pro modico ære alieno executio fiat in re magna, an executio ob id rescindatur? videtur quod sic argum. l. magis puto. §. Item prætor ibi vel propter ff. de rebus eorum, Gamma decis. Contrarium tamē iudicauit Senatus ex Bart. in l. à diuo Pio. §. in venditione nu. 8. ff. de re iud. in lite Antonij Vas Pereyra contra Ludo. Aluares, Scriba Antonio Teixeira, Anno 1617. - Chillobap. §. 5.

In quibus bonis executio fieri non potest.

IN primis executio non potest fieri in armis militum, nec in equis nobilium etiam si alia bona non reperiatur. Ordin. lib. 3. tit. 86. §. 23. Sed bene in eorum carrucis, & quadrigis plerisque Senatus decisionibus praxi receptu esse constat, Scriba Bertola-
meo Moro.

Secundò non fit executio in bonis maioratus propter debita possessoris. Ordinat. lib. 3. tit. 93. §. 1. fiet tamen in usufructu durante vita possessoris. Bart. in l. codicillis. §. instituto. ff. deleg. 2. Palat. in rub. §. 62. num. 10. Tiraq. lib. 1. retract. gl. 1. 7. num. 48. Iass. in l. commodis. ff. de re iud. Possunt enim ea bona capi, & interim dum viuit possessor maioratus retineri ad soluenda debita ipsius, ita tamen ut post mortem eiusdem restituantur ea bona sequenti in gradu, ex tex. in l. peto. §. predium. ff. deleg. 2. Vbi talis alienatio, tanquam necessaria permittitur sine

præiudicio sequentis fidei-commissarij. Amplia prædicta ut etiam ex causa dotis, non possit fieri executio in bonis maioratus, quantumvis sit illa causa publica, & favorabilis. l. 1. ff. solut. matrimonio, & in specie id ipsum tenet Anton. Gomes in l. 40. taur. num. 87. Pinel. in l. 1. 3. par. nu. 102. C. de bon. mater. Pelaes de maiorat. 4. par. quæst. 1. lim. 1. licet contrarium tenuerit Alex. in l. mulier. §. cum proponeretur ff. ad trebell. Molin. de primog. lib. 4. cap. 6. qui deceptri fuerunt auctoritate tex. in auth. res quæ. C. communia delegat. qui communem cōclusionem nō probat, ad quā solet allegari ut aduertunt multi, quos refert Molina vbi sup. num. 4. licet ipse ab eorum opinionediscedat. Limita tamē superiorem cōclusionem, vt non procedat quando debita sunt ipsius institutoris maioratus, nam tunc fiet executio in re ipsa ex l. filius fam. §. diui o 2. ff. deleg. 1. l. alienationes. ff. fam.

fam. ercisc. dummodo alia bona non existant ipsius fundatoris, ut probat Molina. lib. I. de primog. cap. 10. n. 4. Et quanuis res ipsa maioratus sit destinata constructioni Ecclesiae, vel Hospitalis adhuc à creditoribus vendi potest, ut per Iass. in dict. §. diui. num. 24. Imo quanuis Capella sit iam constructa executionem pro debito in ea fieri pro constanti præmisit Senatus in lite Elisabet Gomes, cum Monasterio Divi Augustini, Scriba Antonio Correa, ann. 1615. Quia licet Capella sit res sacra, ius tamen sepieliendi in ea à laico possideri potest, Syluester, verbo sepultura, num. 3. ac alienari & vendi, Laçarte de decima venditionis, cap. 14. num. 5. Molina lib. I. cap. 24. num. 38. & 39. de primogen. & satis aperte colligitur ex Bart. in l. Aufidius in fin. ff. de priuileg. cred. quicquid inepte Parlad. quotid. quest. lib. 2. cap. 21. fin. §. 3. num. 27. & 28. Cæterum prædicta limitatio de

bet etiam sublimitari, nisi debita sint contracta per fundatorem post maioratum irrevocabiliter constitutum, tunc enim non fiet executio in rebus maioratus, ne per indirectum maioratus revocatio inducatur, quam instituens iam facere non poterat tenet Gomes in l. 40. taur. num. 72. in fin. quod ita in praxi sèpe obtentum fuiss., asserit Molina lib. I. cap. 10. num. 11. Quod verū intelligo si in prædicto maioratu interueniat traditio l. I. cum glos. 2. C. de iur. fisci lib. 10. Nam aliàs bona maioratus etiam irrevocabilis poterant hypothecari per instiuentem. l. ultima. §. lutius ff. de donat. qui creditores propter hypothecam etiam si posteriores sint preferentur. l. eos qui. C. qui potiores in pign. cessante autem hypotheca tam administrator maioratus, quam aliij creditores venient in tributum, iuxta l. procuratoris. §. planè ff. de tributor. & l. priuilegia ff. de priuileg. credit.

22 Tertiò non fit executio propter debita patris in emphyteosi concessa pro filio, fiet tamen pro vita patris debitoris, sed eo mortuo filius reuocauit alienationē, quia in iure sibi quæsito pater præiudicare non potui. l. p. eto 71. §. prædium. ff. deleg. 2. & in terminis Iernia. cap. 1. num. 6. de inuestir. de re aliena fact. Brun. consi 37. Auédan. responso 13. Cabed. deci. 134. lib. 1. vnde Ordinat. lib. 3. tit. 93. §. 3. intelligenda est in emphyteosi nominationis, in qua nulla certa persona potest prætendere præiudicium, & ratio est quia nō à nominante, sed à domino concedente nominatus videatur ius habere, l. vnum ex familia 69. §. 1. ff. de leg. 2. vnde in re procul aliena execu-tio fieri non potest. l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito, quod præcedit etiam si debitoris bona sint hypothecata, quia licet in generali hypotheca bonorum comprehendatur etiam

emphyteosis; Afflīct. decis. 191. nu. 3. Tamen cum morte hypothecantis resoluatur eius ius, censebitur etiam resoluta hypotheca ab eo facta. l. lex quæ vestigalis. ff. de pignor. ita Ifern. vbi sup. nu. 5. & in simili tradit Bart. in l. si constante. num. 73. ff. solut. matrim. Quod adeò procedit, ut etiam si emphyteosis nominationis iussa Iudicis sit capta, ut in ea executio fiet, si debitor moriatur ante perfectam executionē, non poterit fieri adhuc execu-tio contra nomina tuū, quia per huiusmodi capturam tam inducitur pignus iudiciale. l. 1. C. si in causa iudicat. l. ff. in d. l. à diuo Pio. §. in venditione. num. 4. Vnde adhuc militat. reg. d. l. lex quæ vestigalis G. ma, decis. 5. n. 7. Cæterum si ille nominatus in emphyteosi fuerit quoq; hæres nominantis tūc aduersus eum poterit fieri execu-tio in emphyteosi, ut in alijs rebus hæreditarijs, Afflīct. decis. 240. num. 10. Nisi is hæres faciat inuenta-

rium, Afflict. decis. 26. ad fi.
Pinel. in l. 1. 3. par. num. 96.
C. de bon. mater. versic. in-
fertur 6.

23. Quartò non fit executio
in peculio profectio filij,
pro debitis patris, vt est tex-
singul. in l. 3. §. sed utrum ad
fin. ff. de minor. per quem est
recepta sententia secundum
Alex. in l. si finita. §. si de ve-
& tigalibus. nu. 48. ff. de dam.
infect. dixi in l. cum oportet.
num. 44.

24. Quintò non fit executio
in usufructu quem pater ha-
bet bonorum aduentitorum
pro debitis filij. l. pen. ubi
Bald. Salicet. & Paul. nu. 2.
C. qui bon. ced. poss. Imo
nec in proprietate aduenti-
tiorum secundum Bart. in d.
§. si de vextigalibus. col. fin.
Iass. in §. omnes. num. 11. de
act. Gomes. 2. tom. var. cap.
13. num. 12. resoluimus in d.
l. cum oportet. à num. 135.

25. Sextó, & similiter in fru-
ctibus dotis iam decursis,
propter etiam alienum mariti
diuortio facta, executio non
fit, prout decidit Senatus.

in lite Vasqui Anes Carras-
co, Scriba Dominico do Ba-
sto, Anno 1607.

Septimò, & econuerso 26
non fit executio, propter
debita uxoris in re dotali,
nec illa auferetur à marito
dum durat matrimonium,
vt probat. tex. in l. titia 63. ff.
de iure dot. ad fin. ibi, cur ma-
rito dos, quod eo non citato
tenuit glos. in l. quinq; legi-
bus. 3. in fin. ff. de bon. dam-
nat. & ibi Bar. num. 2. Alex.
in l. à diuino Pio. §. in vendi-
tione. num. 27. & ibi Iasson.
num. 19. ad fin. cum sequen-
tibus. ff. de re iud. licet glos.
pen. in d. l. Titia sentiat in
subsidiū quando non fue-
rint alia bona posse execu-
tionem fieri in rebus dotali-
bus, & latè defendit Capi-
cius decis. 128. num. 2. Ta-
men est contra mentem su-
pra allegatorum, & contra
tex. in l. fin. §. si à socero. ff.
quæ in fraud. credit. & ita in
specie. gl. reprobat. Fulgos. in
d. l. Titia. Ex quibus infertur
elegans declaratio ad regul.
tex. in l. 1. ff. de fund. dotal.

Dum

Dum probat non obstante
prohibitione legis Iuliæ in
rebus dotalibus posse fieri
executionem virtute senten-
tiae, quia ea regula intelligen-
da est quando sententia fer-
tur super iure rem ipsam res-
piciente, aliás enim pro obli-
gatione personali mulieris,
non potest fieri executio in
rebus dotalibus ut supra di-
ctum est, & ita etiam præd.
regulam declarat Salicet. in
l. ob maritorum. num. 5. C.
ne vxor pro marito, lass. con-
sil. 44. num. 4. lib. 1. ut igitur
fiat executio oportet mari-
tum consentire. l. fin. ff. de
iure dotium tradit Nouell.
de dote. 7. par. priuileg. 1.
num. 8.

27. Oftaud, executio nō fiet
in alimentis vt probari vi-
detur ex tex. in l. si quis à li-
beris. §. si mater. vers. parens.
ff. de lib. agnot. nec istud ius
alienari ac distrahi potest. l.
cum ij. §. si vni. ff. de tran-
sact. tradit Surdus de alimēt.
cap. Nisi in subsidium quan-
do alia bona non extent. l.
stipendia. C. de execut. rei

iud. l. commodis. ff. de re iud.
Ordin. lib. 4. titul. 55. in fin.
l. 3. tit. 27 par. 3. vbi Gregor.
verb. fallando otros. Et simi-
liter in prætensione mune ū,
quæ debitor sperabat à Re-
ge propter seruitia ei facta,
executio non admittetur, vt
in l. spem. C. quæ res pignor.
obligari possunt.

Nonò, non fiet executio 28
in bonis mariti pro ære alieno
vxoris, quod ipsa ante nu-
ptias contraxit, & econtra.
l. 1. & 2. C. ne vxor pro ma-
rito. Ordin. lib. 4. tit. 95. § 4.
Quod tamen non habet lo-
cum quando mulier mortuo
marito suscepit tutellam fi-
liorum, & transit ad secun-
da vota, non redditis ratio-
nibus, & non petitio tutores,
quia potest pro debito tutel-
lari fieri executio, etiam in
bonis secundi mariti, quia
consentitur ad hoc ipso iure
obligata tex. est notab. in l. si
mater. C. in quibus cau-
sis pign. vel hypoth.
 tacite contra-
 hatur.

§. 6.

*Quomodo in gradu appella-
tionis expediri debeant im-
pedimenta obiecta aduer-
sus executionem sen-
tentie.*

29 **Q** Via facta executio-
ne, vel pignoratio-
ne reus condemnatus solet
obijcere aduersus executionem
impedimenta, quæ si
non recipiantur à iudice exe-
quente, vel in eis in fine con-
demnatio nihilominus fiat,
aut quo quo modo in exe-
quendo executor excedat,
pro ut dixi supra cap. 19. nu.
8. Appellatio, vel supplicatio
venit ad Iudices qui senten-
tiam tulerunt, ex Ordinatio-
lib. 3. tit. 87. §. 7. & 14. Illud
etiam pro praxi & stylo ob-
seruari licet, ut si in predicta
sententia, quæ mandatur exe-
cutioni, fuerint quinq; , aut
septem Senatores, tunc de
impedimentis illi solum cog-
noscunt qui fuerunt concor-
des in Senatu, uti apparet in
Regia constitutione, lib. 1.
tit. 1. §. 10. vers. porem. Non
vero illi, quoqum vota fue-

runt victa, in tantum ut si in
locum eius qui fuit victus in
votis , alius sit substitutus
propter illius absentiam aut
suspensionem (uti sèpè con-
tigit) adhuc iste substitutus
non poterit in prædictis ex-
ceptionibus suum votum in-
terponere , quod summa cū
ratione praxi receptum esse
constat. Quod si in parte ali-
qua non fuerint concordes
in reliquis vero sic, etiam &
ipsi Iudices adhuc remane-
bunt super prædictis im-
pedimentis , & ita stylus seruat.
Cæterum si per instrumen-
tum grauaminis ab aliquo in-
cidenti in executione senten-
tia, veniat supplicatio ad
prædictos Senatores , licet
tres Senatores concordes in
expediendis instrumétis gra-
uaminis sufficient, tam en de
more illa supplicatio vadit
ad omnes Senatores quinq;
vel septem , qui fuerunt in
prædicta sententia, è quibus
postiores nihil dicunt, &
ferunt hoc esse de more, sed
nonnulli id moram appel-
lant, quod adeo verum est,

vt etiam si posteriores votū dederint in contrarium, & fuerint plures numero, adhuc tamen cum res sit iam euicta à tribus prioribus, ea sententia seruanda erit, idq; ita esse de iure declarauit Senatus maximus in lite domi-
næ Isabel da Sylua cum An-
tonio Rodrigues mōte mor.
Limita in executione eius sententiaz, quæ fuit lata à
Commissarijs & delegatis
à Rege, nam tūc eorum ma-
ior pars in votis attendenda
est. I. duo ex tribus. ff. de re
iud. Secundò limita in execu-
tione eius sententiaz, quæ
fuit habita pro deserta ex in-
strumento dierum apparitio-
nis, quia tunc non reuertitur
appellatio ab impedimentis
aduersus executionem ad il-
los, qui sententiam tulerunt,
secundum Cibed. arest. 64.
lib. I. Item si executio fiat
per literas requisitorias, &
iudex requisitus cognoverit
de exceptionibus obiectis ad
uersus executionem, appelle-
ratio, vel supplicatio vadit
ad superiorem iudicis requi-

siti, non vero ad superiores
iudicis requirentis pro ut ha-
bes lib. 2. cap. 12. num. 11.
Item notabis quod applica-
tio a iudice inferiori liquidationis eius sententiaz, quæ fuit
lata à prætore curiali tātum,
ad ipsum prætorem vadet,
sic decidit Senatus in lite
Ferdinandi Gonçalves cum
domina Luisa de Moura,
Scriba Bertolameu Mouro.
Sed quæstionis est an si actio
iudicati intentata sit virtute
alicuius sententiaz, quæ fuit
lata à Senatu iuxta Ordina-
lib. 3. tit. 25. §. 8. eius suppli-
catio vadat ad superiores il-
lius qui sententiam dedit in
actione iudicati? an vero ad
illos, qui fuerunt iudices cer-
ti in priori sententia, de qua
orta fuit illa actio iudicati,
decretum fuit quod sic in
lite do prouedor do Loreto,
Anno 1616. Scriba Francis-
co d'Azeuedo.

S. 7.
*Quibus impedimentis exe-
cutio suspendatur.*

IN primis executio sistit
per impedimenta restitu-

Ntionis

tionis in iudicio recepta, Ordin. lib. 3. titul. 41. §. 4. Quæ ideo in ijsdem actis admitti ritus Regni obseruat. Quod Amplia primò etiam si len-
tentia quæ executioni man-
datur, sit transacta in rem iu-
dicatam à quoq; iudice
ordinario. l. in causæ a 2. §.
vlt. ff. de minor. l. vlt. vbi Bar-
tol. C. vbi, & apud quem.
Amplia secundo, etiam si
executio fiat ex tribus sen-
tentijs conformibus, vt te-
net Milius in suo repertorio,
verb. executio trium senten-
tiarum. Nam probata lœsi-
ōne ita competit restitutio cō-
tra plures sententias, sicut
contra unam. cap. cum ex li-
teris de restit. in integr. l. mi-
nor. ff. de minor. quam op-
pinionem ex pluribus ample-
ctitac Cassad. decis. 1. post
num. 3. vers. aliquando vero.
G. inia decis. 106. Salicet. in
l. 1. C. ne liceat in una ea-
demq; causa. Quāvis contra
rium velit ibi Bald. quem se-
quitur Alex. in l. 4. §. condé-
natum. col. pen. ff. de re iud.
Anto. Canar. in tract. de exe-

cutione instrūm. 21. quest.
princip. nu. 48. quorum opi-
niones ad concordiam nitit
reducere Masca. de pro-
bat. conclus. 1280. num. 18.
Amplia tertio etiam si exe-
cutio fiat propter sententiā
Principis, nam contra eam
admittitur restitutio. l. mi-
nor autem magistratus. §. 1.
ff. de minor. &c probatur ar-
gum. cap. suscitati de in-
tegr. restit. vbi Innocenc. &
Abb. num. 8. Couar. pract.
cap. 25. num. fin. Amplia
quarto, vt prædictum bene-
ficium restitutiois compe-
tat etiam hæredibus minoris
in eo negotio, quod cum illo
gestum fuit. l. minor. 19. §. fi.
ff. de minor. de ratione Bar-
bosa in l. quia tale. num. 48.
ff. solut. matrimonio. Gomes
2. tom. cap. 14. Vnde execu-
tio etiam supersederi debet,
prout ex ijs decreuit Senatus
in causa Alfonsi Vieyra, cū
hæredibus de Dom Aleixo
de Meneses, Scriba Amaro
Coelho, anno 1604. Amplia
quinto ut prædicta restitutio
proficit etiam cessionario, cui
præd.

prædicti restitutio, & actio cessa fuit, vt per Tiraq. de retract. §. 26. glos. 3. num. 13. scilicet in ijs, in quibus minor ante cessione læsus fuit glos. in l. non solum. ff. de integr. restit. l. ex pluribus. ff. administ. tut. l. quod si minor in princip. ff. de minoribus. 36 Fallit tamen si restitutio sit petita maliciose, Ordin. lib. 3. tit. 41. §. 5. Bart. in l. defenscente in fin. ff. de auct. tut. Dicitur autem præsumi malitiosam esse petitionem restitutio[n]is, quando illa peta tur non docto aliquo pacto de bono iure suo, tunc enim per folam allegationem læsi onis non probat, sed proban da, non debet sententia executio suspendi, secus vero si ex actis nouis, vel antiquis apparere possit aliquod, quod præsumptionem calunia, vel malitia filere faciat, nam tunc non erit deneganda restitutio aduersus executionem sententia, vt affert Averarius ad Capell. Tholos. decisi. §. 4. incip. item fuit quæstum, quod etiam itadi-

dit Innoc. in d. cap. suscitata num. 2. vers. impediti ubi Abb. num. 8. Fallit secundò si ipsa sit petita a marito maiori respectu suæ vxoris minoris ætatis, nam licet in iuditicijs maritus respectu suæ coniugis restituatur, iuxta Ordinat. lib. 3. titul. 42. §. 4. ex ratione l. si communem. ff. quemadmod. seruit. amitt. & quæ tradit Hypol. in l. de minoribus. §. tormenta. nu. 13. ff. de quæstio. Tamen in executione sententia, vt illa supersedeat, restitutio ista non admittitur Ordin. lib. 3. tit. 41. §. 5. Nam de iure com moni nullibi admittebatur restitutio ex capite uxoris, nec marito prodesse poterat l. vnicā. C. si in commun. ex demiq; causa. l. 3. §. sed vtrū. ff. de minoribus. Fallit tertio in executione, quæ fit ex iuditio familiæ eradicand. pro ut dixi lib. 4. cap. 3. num. 9. vers. nec item.

Suspenditur secundò ex 37. cutio si tertius possessor super re pignorata impedi mea alleget, aduersus executionem,

nem, nam ex praxi ista impedita faciunt supercedere executioni per Ordin. lib. 3. tit. 86. §. 17. in fin. ibi, & vindo. Licet ille tex. hoc non aperte probet tamen sic ex illo practicari, & fuisse decisum testatur Cabed. arrest. 66. 1. par. & de iure communi hanc sententiam tenuit expresse Bart. in l. à diuo Pio §. si super rebus. num. 3. & ibi Paul. num. 8. Ia ff. 9. Alex. 26. ff. de re iud. Dueñas reg. 275. lim. 6. Vallasc. consult. 55. 1. par. Couarru. in pract. quæst. cap. 16. num. 3. in fin. vers. quartus casus, & idem probatur in Regno Castellæ. l. 3. tit. 27. vers. & si por vē 38. *jura.* par. 3. Quod procedit etiam si tertius non opponat de iure proprietatis, sed tantum de iure possessionis ita glof. in d. §. si super rebus, quam ibi sequitur Bartol. & communiter receptam dicit Iass. num. 6. Alex. in l. si marito in princ. ff. solut. matrimonio. Abb. in c. p. cum super extra de sententia, & re iud. Et ratio est, quia in du-

bio possessor præsumitur esse dominus. l. 1. vers. dominiū. ff. de acquir. rerum dom. §. retinendæ Instituta de interdict. l. fin. C. de rei vend. l. siue possidetis, vbi omnes. C. de probat. l. fin. vers. nec interlocutio. C. si per vim, vel alio modo, & ynico verbo hoc totum optime declarat Bart. vbi sup. vt scilicet si executio fiat in aliqua re pro pecunia debita ex actione personali, tūc qui libet tertius impedit executionem siue sit dominus siue possessor, quia de isto iure rei nunquam fuit cognitū, & ita decisum fuit à Senatu in lite Gaspar Dias Franco, Scriba Dominico Nogueira, anno 1614.

Praxis sic se habet de styl 39
lo huius Regni, vt tertius iste intra tres dies faciat sum mariam probationem de re a se possessa, & interim supercederi debet executio, qui bus tralactis fit conclusum, & si impedimenta recipiuntur suspensa executione datur contrarietas replicatio,
&

& triplicatio secundum Ca
bed. arest. 50. 2. par. Quanuis
viderim aliquando admissis
impedimentis, rem statim
domino, vel possessori tradi
non expeditata alia sententia
ex decisione Senatus in lite
Ioan. de Acuña, Scriba Bel-
chior Correa, Anno 1609.
Quæ facilime fulciri potest
ex ierìe tex. in d. §. 17. si be-
ne expendatur. Item amplia
in nudo possessore rem me-
liorante & reficiente prop-
ter ins retentionis ob impen-
sas, vt infra dicam. num. 49.

40 Limita primò, superiorē
conclusionem principalem
non procedere quando sen-
tentia quæ executioni man-
datur, lata est super actione
reali alicuius rei, quam ter-
tius dicit esse suam opponēs
de eius proprietate, nam tunc
non suspenditur executio,
sed illi cauetur præstita in-
demnitatis cautione, ita pro-
bat. l. si is à quo fundus 57.
vers. ut possessoria. ff. de rei
vend. & in l. sequenti versic.
nisi satis datum fit, & in l.
pen. ff. de petit. hæred. vbi

Bart. in sua. tradit Felin. in
cap. veniens o 2. extra de te-
stibus. num. 8. Dec. consil.
187. num. 2. Craueta consil.
12. num. 8. Adde quæ dicta
sunt infra. num. 48.

Limita secundò, quando 41
tertius possessor fuit citatus,
tunc sententia lata contra
principalem, mittetur exe-
cutioni contra illum tertium,
vti colligitur ex ijs quæ tra-
dit Felin. in cap. cum super-
num. 13. extra de re iud. Vn-
de si agas pro debito contra
hæredem, caute facies. no-
tificari legatario, vt postea
ab eo repetas solutum, & exe-
cutionem facias in re legata
iuxta l. fin. §. fin vero credi-
tores. C. de iure delib. & te-
net expresse Gregor. in l. 20.
verb. supieße. titul. 22. par. 3.
vide infra. num. 79.

Limita tertio in possesso
re ex clausula constituti, se-
cundum Vallasc. consil. 55.
lib. 1. vbi dicit ita à Senatu
fuisse iudicatum, scilicet nō
suspendi executionem. Näm-
licet ex constituto naturalis
& civilis possessio acquirar-

tur tamen adhuc pro reali,
& actuali interdictum adi-
piscendæ solet proponi, vt
per Tiraq. de constit. 1. par.
num. 10. Molina de primog.
lib. 3. cap. 13. num. 3.

Limita quartò, quando
reus conuentus dolo desit
possidere rem super qua lis
est, & alius tertius possidet
ad contradicendum. Nam
contra istū tertium fiet ex-
ecutio, disputat Bart. in l. cre-
ditors. num. 23. C. de pig-
nor. & in d. §. si super rebus.
num. 7. facit Ordinat. lib. 3.
titul. 86. §. 16.

Limita quintò, quando
possidens confitetur debito-
rem esse verum dominum,
nam in illo iure dominij fiet
executio, quod est penes de-
bitorem, quanvis ius posses-
sionis remaneat penes tertium
contradictem, ita Bart. in
dict. §. si super rebus, in fin.
quod est notandum.

4. Ultra quæ alio modo cau-
tè reus int̄ē sit impedit e ex-
ecutionem, si de aliquo con-
tractu aut officio reddit ra-
tionem coram quæstore ma-

ximo, qui solet expedire li-
teras requisitorias ne execu-
tio fiat in illis bonis, donec
finiantur calculationes, quæ
pendent in suo tribunal, sed
Senatus ad id non attendit,
& non obstante prædicta re-
quisitione iubet vt executio
fiat, & pecunia deponatur,
& non semel, sed saepius vidi
id ita iustissimè obseruari in
līte Ioan. Caldeyra cum Af-
fonso Bocarro, Scriba Hyd-
ronimo Carualhos, Anno
1607. Nam solent debitores
condemnati malitiosè affe-
ctare has literas precatorias
ad defraudandam executio-
ne n, quam ipsi per se non
potuerunt impedire, vt affe-
ctit Cabed. arrest. 26. 2. par.
vbi ait à Senatu in simili ca-
su ita erit si fuisse decisum.
Sic & affectare solent prædi-
cti debitores vt aliquis ex-
trinsecus faciat sibi iussi iudicis
detestationem, vulgo
embargo, ne creditori soluat,
vi que quo cum illo audiatur
de iure suo, cui parendum
est. l. fin. ff. de lege com-
militor. Bart. in l. non so um.
§ morte

§. morte. num. 35. de nou. oper. nuntiat. Dummodo tamen prædicta detestatio subscripta sit ab eo, cui detestatio sit argum. Ordinat. lib. 1. tit. 24. §. 21. decidit Senatus Anno 1617. Scriba Emanuele Gatières, sed talis detestatio tollitur data fideiussione. l. pen. C. depositi. Item similiter executio impediti solebat, si debitor opponeret de errore calculi in sumptibus, & litis expensis, sed hodie non nisi eas deponendo pars auditur apud Iudicem Châcellariæ. Imo si error processerit, vt sæpe contigit, ex ignorantia calculatoris, ipse condemnari debet in expensis, vt per Rebuff. 3. tom. ad II. Galliæ. tit. de inquisitioni. gl. vn. art. 17. Et ita decisum fuit à Senatu in litè Ioan. Gytan Calderon, Scriba Emanuele Coelho.

§. 8.

De impedimentis, que aduersus executionem admittuntur in actu separato.

43] N optimis exceptio nullita-

tis opponi potest aduersus executionem sententiaz, & illa recipitur ut per DD. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. facit l. sicutum nulla §. 8. ff. eodem l. 1. C. de executio- ne rei iud. nam sententia nulla, non est sententia, cap. fin. de sententia, & re iud. in 6. Clement. pastoralis, eodem tit. & quæ nulla sunt non producunt aliquem iuris effectum. l. si aut nullum. C. de legit. hæred. l. 2. ff. de auct. tut. l. non putavit. §. non quæ uis. ff. de bonorum posses. cōtra tab. l. si expressim 19. ff. de appell. Afflict. decis. 283. Rebuf. ad II. Galliæ. 1. tom. tit. de sentent. executorijs artic. 7. glo. 10. num. 4. Couar. pract. cap. 25. num. 2. Bantius de nullit process. cap. 13. Licet si nullitas sit notoria, & ex actis sit tim probetur, executio supersede i debet, vti notatur in cap. de cætero de re iud. vbi Abb. num. 2. & 3. Felin. num. 11. & glo. in cap. super eo. verb. tenebitur de officio delegat. glo. in l. qui cum natu maior. §. ac-

cussisse de bon. libert. Bartol.
 in l. i. C. si aduersus rem iud.
 Rom. sing. 51. Gigas de pens.
 quest. fin. num. 22. Nam cer
 ta & legitima dicitur proba
 tio, quæ ex actis resultat secū
 dum Angel. in l. fin. ff. de pe
 tit. hæred. Bant. in titulo quis
 possit dicere de nullitate.
 num. 52. Gabriel. tit. de exe
 cutione rei iudicatæ, concl.
 i. num. 8. quanvis eius alle
 gatio sit denegatiua veluti
 reum non fuisse citatum Ful
 ui. Patian. in tract. cui incum
 bat onus probandi. cap. 44.
 num. 11. & 20. Mæscar con
 clus. 1116. num. 4. & 5. de
 probat. nam non entis, & nō
 apparentis idem est iuditii.
 I. duo sunt. Titij. ff. de testa
 men. tutell. Similiter etiam
 casu quo de nullitate princi
 paliter agebatur per libellū
 ad rescisionem sententia, su
 persederā vidi in executione
 ex Couar. in pract. cap. 24.
 num. 6. vers. tandem, ubi in
 hanc sententiā refert alios,
 tenuit etiam Gutierres de iu
 ram. confirmat. cap. 2. n. 18.
 & alij quos citat Mæsc. con

clus. 687. ex num. 9. Et ratio
 est, quia maioris efficaciz est
 allegatio nullitatis per viam
 actionis ad impediendā exe
 cutionem, quam perviam ex
 ceptionis, ut admonet Paul.
 de Castro in l. 4. §. condem
 natum. num. 3. ff. de re iud.
 quicquid Angel. & Imol.
 aliud velint ex eo, quia tunc
 actio per libellum videatur
 requirere altiorem indagine
 per l. fin. C. de ord. cognit.
 Bant. de nullit. rubr. quot, &
 quibus mod. nullitas propo
 ni possit. num. 29. distinguit
 Canarius in tract. de execu
 tione instrum. quest. 51. &
 52. num. 90. & ita decisum
 fuit in lite Emanuel. Gomes
 Galego, cum Petro de Gou
 uea, Anno 1607. Scriba Mi
 chaele Couceyro. Et idem
 dico de exceptione nullita
 tis ratione in competentia,
 quia per illam executio im
 peditur, ut per Alex. consil.
 77. lib. 2. num. 12. glos. in
 Clementina vlt. de sequestr.
 possess. distinguit Couarru.
 pract. cap. 25. num. 4. aliter
 etiam distinguit, & limitat

Iass.

Iass. in d. §. condemnatum.
num. 16. Scilicet casu quo
prædicta sententia sit confir-
mata à superioribus, & ab il-
lis non sit appellatum docet
Cabet. decis. 48. 1. par.

45 Præterea exceptio com-
pensationis admittitur ad-
uersus executionem senten-
tia. lib.3. titul. 87. §. 1. in fin.
Medices de compens. quæst.
25. 2. par. Sed apud nos non
recipitur in eodem actu exe-
cutionis, quia cum iure Re-
gni, nullum detur tempus ad
soluendum. lib.3. titul. 86. &
compensare sit soluere. I. am-
plius. ff. rem ratam haber. se-
quitur, quod nullum etiam
tempus dari debeat ad liqui-
dandum compensationem in
eodem actu. Bart. in I. aufer-
tur. §. qui compensationem.
ff. de iure fisci recept. ab Ale-
xan. consi. 93. 4. vol. & con-
sil. 44. & 95. Nisi velis cum
alia sententia liquida com-
pensare, quæ licet sit aliena,
si tamen sit tibi cessa com-
pensare ex illa non prohibe-
ris. I. in rem. ff. de compen-
satio. glos. in Lelius. C. codem.

Decisum fuit in litè Ioann.
Nunes Correa cum domina
Maria, Scriba Sebastiano
Paes de Matos, Anno 1608.
notauit Medices vbi supra,
quæst. 11. & 43.

Item exceptio transactio
nis impeditiva est, &c recipi-
tur, quod tamen habet diffi-
cultatem, quia transactio nō
datur nisi super re dubia, &
sententia est iam res certa,
& sine dubio decisa, vnde
propter hanc difficultatem
cautè consuluit Angel. in I.
1. ff. de transact. quem refert
Capol. caut. 41. vt transactio
fieret de omnibus, scilicet
præsentibus, & quæ in futu-
rum fieri possent, tunc enim
super rebus decisis valebit
transactio, nam sæpe etiam
post sententiam progredu-
tur lites in executione, quæ
sunt immortales. Non tamē
illa extenditur ad actiones
futuras de quibus cogitatum
non est. I. si de certa. C. de
transact. vbi Barto, num. 4.
Padilha. num. 9. Et similiter
quælibet exceptio nouatio-
nis impedit executionem,
quia

quia nec sententia nouata,
nec stipulatio, vel alias con-
tractus illam nouans execu-
tionem meretur. I. si causam.
C. de executione rei iud. I. 4.
§. si ex conuentione. ff. de re
iud. Soat. in I. post rem no-
tab. I. Bai. in I. minor. 25. cui
ff. de minor. Et idem dicen-
dum est in delegatione, in
qua sine dubio fit nouatio li-
cet expresse non agatur. I. de
legare a I. ff. de nouat. I. ff.
in I. singularia. num. 38. ff. si
cert. pet. glos. in I. 3. C. de no-
uat. Masc. de probat. concl.
1112. num. 21. & 23. Quia
per delegationem debitor li-
beratur si delegatus promi-
sit, & se obligavit, quanvis
ipse postea fieret non soluē-
do, Angel. in §. præterea.
num. 5. Inst. quibus modi tol-
lit. oblig. vbi allegat. Bartol.
idem tenentem in d.l. singu-
laria. num. 19. probat Me-
noch. lib. 3. præsumpt. 134.
num. 68. Nisi debitor dele-
gans esset etiam obligatus
ad interesse singulis annis,
donec debiti solutio retarda-
retur. Nam delegato facto

non soluendo creditor ad de-
legantem recurrere poterit
tam pro principali quā pro
interesse, quia acceptans de-
legationem debiti principa-
lis absq; vlo suo periculo,
& sine inouatione prioris
obligationis ad interest, præ-
sumitur noluisse debitorem
liberare quo v̄que integre
sibi satisfactum non sit, ita
singulariter sanxijt Senatus in
lite Jorgei Roderici da
Costa, cum o Moteiro mor,
Scriba Jorgeo Fernandes.
Vel nisi delegans sciuissest de-
legatum de proximo de co-
eturum, vel esse paupere n,
& creditor ignorauit, Gi-
briel in comun. tit. de nouat.
conclus. I. num. 29. & 30.
Vel nisi delegans delegasset
eum, quisibi debitor nō erat,
aut qui aliqua exceptione es-
set tutus, nam tunc debitor
principalis nō liberatur per
talem delegationem. I. si no-
men. 4. cum I. sequenti. ff. de
hæred. vel action. vend. cen-
suit Senatus in lite Bernardi
Gomes Barahona, cum Di-
daco Lopes Caminha, Scri-
ba

ba Dominico do Basto.

47 Item exceptio in competentia Iudicis executoris, an impedit executionem, dubium est, nam in causa dominiæ Elenæ cum matre eius, sententiam executioni mandari absq; vlla in competentiæ, vel declinatoriæ fori exceptione, iussit Senatus, Scriba Didaco de Faria, & confirmatur ex alia Cabed. de cif. 210. lib. 1. Imo nec precatoria ad aduocandam executionem concessa à Iudice delegato ad illam causam adimpta fuit in lite Petri Góçalves da Camara cum filio eius, Scriba Michaeli Rodriguez, Anno 1611.

48 Item exceptio tertij adversus executionem in re à nemine possessa, admittenda est per l. fin. in fin. C. de edict. diui Hadrian. tollend. cap. veniens o 2. vbi Innox. extra de testibus, sed si sic præsumptio calomniæ contra tertium, sufficiet cautio de indemnitate, nec suspendor executione, iuxta cap. suscitata, & ibi Abb. de in-

tegr. restit. Et quanuis res sit possessa ab alio non obstante contradictione tertij, fiet executio per l. sticho. ff. de rei vendicat. l. pen. ff. de petit. hæredit. data tamen cautione. l. is à quo fundus, & l. sequenti. ff. de rei vend. Abb. consi. 82. col. 4. in fin. lib. 1. Minsing. cent. 3. obserua. 73. num 5. Gayl. lib. 1. pract. obserua. 70. num. 21. cum seqq. quæ cautio etiam cessat, si is, à quo satis petitur, offerat cognitionem incontinenti. l. si is à quo. 3. ff. vt in possess. legat.

Item impedimenta meliorum rationum & expensarum in re à se possessa, impudent executionem propter ius retentionis ex reg. tex. in l. si in area in fin. ff. de conduct. indeb. quia non impugnant sententiam. Necenius §. fi. ff. de re iud. Bart. in l. in fundo. num. 16. ff. de rei vendicat. Traq. lib. 2. retract. §. 7. glo. 1. num. 14. datur quidé propter illas ius retainendi. l. non solum. vbi B. rt. ff. de rei vendic. facit Ordinat. lib. 4.

tit. 54. §. I. resoluti Vallasc.
de iure emphyt. quæstio. 25.
num. 22. & tenet Ant. Gom.
var. I. tom. cap. 12. num. 40.
vers. intellige. Menoch. re-
cuper. 15. remed. num. 508.
Negusantius de pignor. 4.
memb. 5. par. num. 10. Li-
mita primo in impensis fa-
ctis colligendorum fructuū
gratia, has enim colonus pe-
tere non potest. I. diuortio.
§. fin. ff. solut. matrimonio,
vbi Alex. num. 3. Bart. in l.
impensæ. num. 4. ff. de im-
pens. in reb. I. prædia. §. pen.
ff. de fund. instruct. etiam si
præter opinionem facientis
locatio non duret vsq; ad tē
pus in quod factæ fuerūt me-
liorationes. I. si quis domum.
9. vers. idem querit ibi non
recuperaturū. ff. locati. Bar-
bosa in d. I. diuortio. §. fin.
Limita secundò in impensis
pro tempore conductionis
dumtaxat duraturis, Garcia
de expens. cap. 14. num. 13.
Gomes 2. tom. cap. 3. nu. 2.
Limita tertio nisi impensæ
essent adeò magnæ, vt coga-
tur actor rem relinquere pro

pter earum magnitudinem.
I. in fundo. ff. de rei vend. I.
41. tit. 28. par. 3. I. sed an vñro
§. I. versic. quid. ff. de neg-
gest. fundat Tiraquel. de re-
tract. conu. §. 7. glos. I. nu. 5.
Limita quartò, vt si reus im-
pendat 100. fundus autem
melior ob id factus est 150.
Actor tantum centum red-
dere cogetur, idest, tantum
quantum impensum est (nō
quanti res melior effecta
est). Et si èdiuerso impensæ
sunt centum, melioratio au-
tem fundi quinquaginta, ea
tantum 50. reddet, idest, id
solum quo res locuplextior
facta est, non quod impen-
sum est per tex. notab. in d.
in fundo, in princ. iun. glos.
verb. plus pretio, & ibi quo-
què Bart. ff. rei vend. Castro
cons. 270. col. 3. lib. 2. Qui va-
lor aestimandus est respectu
fructuum magis, quā rei ip-
sius, vt per iura & DD. quos
refert Tiraquel. sup. num. 9.
Limita quintò, vt pro expen-
sis in una re factis, non pos-
sit alia retineri. glos. in l. pla-
ne. verb. deducat. ff. de petit.
hæred.

hæred. Barbos. in l. diuortio. S. fin. 2. par. num. 41. vers. 2. ff. solut. matrimonio Tiraq. vbi sup. num. 11. Surdus con fil. 183. num. 21. lib. 2. Limita sexto, vt tantum possessor rei possit retinere, non vero alius impedire executionem vti colligitur ex mente Bart. in l. in fundo. num. 2. ff. de rei vendicat. Nec enim impedimenta tertij impediunt executionē nisi super re à se possessa.

50 Item exceptio præscriptionis aduersus executionē admittitur, vt quia post triginta annos sententia non mandetur executioni ex notab. doctrina Innoc. in cap. fin. de exception. & ibi Bal. & est famosus tex. in l. sicut. C. de præscriptione 30. annorum, quem Bald. dicit nō esse alibi quoad hoc. Soares. notab. 1. in l. post rem. nu. 3.

51 Sic & omnes aliæ exceptiones similis naturæ, & qualitatis opponi possunt aduersus executionem sententiæ, quæ illam non infringat nec offendat, sed quæ illam

modificant, & restringunt. I. si fide iussores 42. §. idem respōdit. ff. de fideiussor. vbi Bal. Alex. in l. ex diuerso. §. fin. num. 5. ff. solut. matrimon. Iass. in l. inter eos. num. 10. ff. de re iud. & idem Iass. in l. 1. nu. 15. C. de iur. & fact. ignor. vbi Menes. num. 36. Quæ autem infringunt sententiam admitti non debent prout de iure communi, & regio receptum esse constat ex traditis à Vallasco de iure emphyteu. quæst. 25. & 23. Quia etiam si dicatur per errorem, vel ambitione fuisse sententiam latam, publicé interest exequi propter rerū iudicatarum auctoritatem l. seruo inuito 65. §. cum prætor. ff. ad Trebelleanum, nec item quæ iam fuerunt allegata recipi debent, pro vt di xi lib. 3. cap. 3. num. 25. Nec item exceptio suspicionis admittenda est, quanuis ipse iudex executor afferat se esse suspectum, pro vt decidit Senatus in litè Petri Barbo sa, Anno 1610. Scriba Ruy Castanho.

Sed

§2 Sed & illud tentari potest quod tradit Cypola pro causa tela. cap. 8. ut condemnatus iniuste, possit obijcere de confessione partis vincēris, quod dixisset sententiam pro se latam esse iniustum & iniquā, quod tenuit Guido Pap. tractat. de præsumpt. num. 84. Felin. in cap. quoniam contra. col. 12. vers. fallit ergo de probat. & ibi Dec. num. 30. quod quam verum sit expliqat Menoch. de præsumpt. lib. I. quæstio. 61. numer. 4. Couarru. I. par. de sponsal. cap. 4. §. I. num. I. Masc. de probat. in proæm. quæst. 10. num. 51. Alciat. in prælud. de præsumpt. 2. par. num. 4.

§. 9.

De impedimentis an & quædo cognoscat Iudex executor,
an vero ea debeat remittere ad Iudicem qui sententiam tulit.

§3 **I**cet omnes istas exceptiones impeditivas in differenter possit executor remittere ad Iudices qui sententiam tulerunt, vel de illis

cognoscere, iuxta Ordin. lib. 3. tit. 87. §. 14. Tamen in hoc praxis ista magis obtinuit, ut si cognitio versatur circa res, in quibus executio facienda est, tunc de ipsis impedimentis executor cognoscendi facultatem habebit iuxta l. à diu Pio. §. in venditione, & §. si super rebus cum. §. sequenti. ff. de re iud. aut versatur circa exceptiones quæ respiciunt merita causæ principalis, & non potest cognoscere, nec eas discutere, sed remittere debet ad priorem iudicem. l. pen. ff. de confess. aut solum tangunt executionem, nec impugnant sententiam, ut si is contra quem debet fieri executio, obijciat exceptionem incompetitiam, vel fideiussori opponat exceptionem epistolæ diui Hadriani, vel compensationem, tales exceptiones executor audire, ac de ipsis cognoscere, pronuntiare quæ potest. Autvero tales sunt exceptiones, quæ directo sententiam impugnant, ut exceptio nullitatis, falsorum instru-

instrumentorum, & similes, has audire quidem & admic-
tere executor potest, non ta-
men super eis pronuntiare,
sed si intellexerit eas esse ve-
ras, ut quia nullitas euiden-
ter appareat, tunc remittere
eam debet ad priorem Iudi-
cem, iuxta cap. de cætero de
re iudic. l. si prætor. S. Marce-
lus. ff. de iudicij, si eas fal-
sas reperiatur, ijs non atten-
tis exequi potest sententiam
primi Iudicis per tex. in l.
satis. C. ad l. Cornel. de fals.
resoluit Mansing. centur. 3.
obseru. 69. G. yl. lib. 1. pract.
obser. 113. num. 8. Similiter
etiam si Iudex deprecatus
sit, eas remittere debet ad Iu-
dicem deprecantem secundum
Cabet. qui ita asserit
fuisse læpius in Senatu deci-
sum, deci. 49. 1. par. Quan-
uis de iure communi iudex
deprecatus possit de obiectis
cognoscere secundum DD.
ini. à diuino Pio. ff. de re iud.
Covar. in pract. cap. 10. n. 7.
Menoch. lib. 1. quæst. 38. nu.
3. le arbitr. Et aliquando ita
receptum est apud nos, nam

si impedimenta sint huius-
modi, vt coram executore
expediri rectè possint, illa
non esse remittenda censuit
Senatus in lite Michaelis da
praça cum fratre eius, Anno
1611. Scriba Dominico No-
gueyra.

§. 10.

*De ijs que instar sententie
habent paratam execu-
tionem.*

I N primis pro censu (quem 56
vulgo dicimus foro) exe-
cutio fit captis pignoribus,
non solùm contra ipsum de-
bitorem, iuxta l. creditores.
8. ff. de distract. pignor. pro-
vt censuit Senatus in lite E.
manuel. Gomes da Costa,
cum Daniel da Rosa Scriba
Christophoro Ribeyro, An-
no 1608. sed & aduersus eius
hæredem executio fit, vt in
l. 1. C. si unus ex pluribus hæ-
redib. creditor, vel debitor,
per quem ita tenet Soc. con-
sil. 75. col. pen. lib. 1. Sed &
contra tertios illius rei pos-
sessores praxis admittit etiā
pro præteritis pensionibus
executiue agi posse vti con-
stat

stat decretum fuisse à Sena-
tu in causa Ioannis Carua-
lho munis, contra dominam
Felippam Sedenha, Scriba
Sebastiano Gonçalves de Li-
ma, Anno 1609. Et probari
id non dubito in l. Impera-
tores. ff. de publican. & ve-
ctigal. secundum Tiraquell.
lib. 1. retract. §. 6. glos. 1. n. 7.
Vallascum de iure emphyt.
quæst. 17. num. 17. Adeò ut
nec declinatoria fori ipsi se
defendi nequeant si in pri-
mæua scriptura fori priuale-
gio renunciatum sit uti de-
cidit Senatus in lite Didaci
Pinto incolæ de Borba, cum
Petro Rodrigues bueno, Scri-
ba Dominico de Chaves, ex
l. si quis in conscribendo, &
ibi communis. C. de pactis,
vide infra cap. 22. num. 45.
Imò si census constitutus sit
in pluribus rebus, & hæc ad
varios possessores perueniat,
qui neq; contraxerunt, neq;
hæredes sunt, aduersus vnu-
quenq; in solidum agi posse
ad exactiōem redditus de-
cursi, nec aduersus omnes
simil, aut contra quemlibet

pro rata compellendum esse
dominum census actionem
exercere tenet Couat. lib. 3.
var. cap. 7. num. 7. Rebus
in l. plebs. §. pignus. ff. de ver-
bo. signif. si mans ita in Se-
natū Parisiensi iudicati fuis-
se, tenuit etiam Vallascus de
iure emphyt. quæst. 32. n. 15.
quicquid Cassan. in consue-
tud. Burgund. rubric. 5. §. 2.
num. 35. Rupellan. lib. 1. fo-
rensi. institut. cap. 10. vide in-
fra. cap. 22. num. 33. versi. 5.
Nec si emphyteosis infra-
ctuosior, & sterilior redda-
tur, ob id pensio diminuenda
est. l. quicumq;. C. de fund.
patrim. lib. 11. Vallas. de iur.
emphyt. quæst. 27. à num. 3.
Molina Theolog. de iust. &
iur. tract. 2. disput. 454. quic-
quid Menoch. qui longè in
alijs terminis consuluit con-
sil. 855. decisum fuit à Se-
natū in lite Antonij Ioannes
contra Franciscum Gome-
sium, Scriba Francisco de
Azeuedo.

Praxis etiam admittit ad
uersus depositarium iuditij
executiū procedi argumen-

eo tex. in Ordin. lib. 4. tit. 49.
§. fin. Nec expectandi sunt
nouem dies ut perperam pra-
xis abusue huc vsq; admisit
nisi in casu dumtaxat de qua
in prædicta Ordina. quando
scilicet depositarius dicit se
tradidisse iudici. Nec alia vi-
la exceptio, ~~ou~~ embargo de
terceyro, admittitur. l. pen-
junta auth. ibi posita. C. de-
positi. At vero mortuo depo-
sitario aduersus eius vxorem
& haeredes, non executiū,
sed via ordinaria agendum
esse censuit Senatus in lite
Vicentij Furtado, cum ha-
redibus Emanuelis de Palaci-
os, Scriba Petro de Pina,
argum. tex. in l. ad probatio-
nem. 21. ibi, sed quem tenor
scripturæ designat. C. de pro-
bat.

Item iuramentum decisio-
rium habet paratam execu-
tionem, in l. post rem. & ibi
Bart. & Ang. ff re iud Soar-
notab. 1. Cabed. decisi. 34. lib.
1. & probatur in l. actori. C.
de iur. iurand.

Elicet ex instrumēto aga-
tur etiam sumarię, & execu-

tiū lib. 3. titul. 25. Tamen
multum differt hæc execu-
tio ab illa, quæ fit ex senten-
tia, vel ex iuramento litis de-
cisorio, & ideo de illa sepa-
ratim dicemus in cap. sequē-
ti. Nam conuento ex instru-
mento assignantur decem
dies, conuento autem ex sen-
tentia, vel iuramento nulla
datur dilatio, Ordinat. lib. 3.
titul. 86. in princ. Item post
sententiam, vel iuramentum
exceptiones non admittuntur.
l. peremptorias. C. sen-
tentiam rescind. non poss.
Tamen quando agitur exe-
cutiū ex instrumento om-
nes exceptiones legitimæ
admittuntur, & de illis co-
gnoscitur, modo scilicet præ-
scripto, ut obseruat Soares
in l. post rem iud. 12. limit.
ff. de re iud. pag. 625. Et hac
ratione post sententiam, vel
iuramentum, non potest tra-
sigi, quia res est iam decisa.
l. & post rem. ff. de trans-
action. Et tamen quando exe-
cutio fit ex instrumento ad-
mittitur transactio, quia pro-
pter exceptiones res adhuc

O dubia

dubia videtur Paul. in l. si causa cognita. num. 4. & ibi Alex. num. 9. C. de transactione. Et hinc etiā est, quod in executione instrumenti admittitur exceptio non numerata pecuniae, Gomes. 2. tom. cap. 16. num. 3. Ita ut si opponatur intra decē dies, ad executionem non potest procedi, quia prædicta exceptio ex sola propositione cēsetur probata. l. 2. cum glos. C. non numerat pecun. Ordin. in 4. tit. 51. §. 2. & tamē stante iuramento decisorio, vel sententia opponi non potest, quia ex illis videtur constare de veritate numerationis, Cremenſ. singul. 152. Curt. iun. in l. 2. in fin. ff. de iure iarand. Deniq; in ijsdē terminis executionis instrumenti opponi potest exceptio simulationis, Ordina. lib. 3. titul. 59. §. fin. Quæ tamen opponi non potest itante iuramento decisorio, nam allegando simulationem allegat se falso iurasse illud esse verum, vnde non est audiendus, quia allegans propriam

turpititudinem non auditur. l. transactione. 30. C. de transactione. & ita Imol. in cap. cum contingat. num. 78. ad fin. de iur. iur. Ruyn. consil. 135. num. 3. lib. 1.

§. 11.

*De Preferentia creditorum
in executione rei pignoratae.*

Vre Portugalie in praxi s̄t hæc regula certissima est, ut qui prior fecit executionem, alijs omnibus licet anterioribus creditoribus etiā habentibus prius sententiā, vel actionem realem, in illa re super qua fuit facta pignoratio, sit præferendus, Ordinat. lib. 3. titu. 91. in princip. & §. 1. Quæ lex non ita alibi reperitur præterquam in hoc Regno dumtaxat, & sic omnes autores exteri, & leges iuri communis, quæ de prælatione creditorū agunt, parum ad hanc praxim adaptari possunt. Sané prædicta lex ob bonum publicum latit fuit, ne alias confundentur, & perturbarentur commercia, ut considerauit in simili

simili Afflct. decis. 190. & ne dominia rerum essent in incerto , litesq; maiores ob id excitarentur. Fundatur autem primò hæc lex Regni auctoritate tex. in l.2. & l.cū rem pub. & l.eos. C. qui potiores , quanvis nōnulli hæc iura accipiunt, & intelligunt quando cum debito fuit hypotheca bonorum , vt ex illis satis apertè colligitur, sed facit etiam tex. in l. si pignus & l. si & iure. 10. ff. qui potiores in pignor.

Secundò fundari potest ex eo, quia illud ius possessionis pignoris , quā quis prius apprehendit per manus injectionem , iuxta l. non est mirum. vers. sciendum. ff. de pignor. action. alteri acquiri non potest, nec in alium trās ferri. l. id quod nostrum. 11. ff. de reg. iur. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum, ibi, vel possessionem. ff. comodat. Cui rationi conuenienter etiam cohærent alia pleraq; juris exempla vbiq; dispersa in l. fin. ibi, & ex eius parte auellere. C. depositi. l.

si debitor, ibi possidentis melior est conditio. ff. de pignor. l. quoties. C. de rei vendicat. cap. quod autem. cap. pastoralis de iure patro. cap. si à sede de præb. in 6. in quibus iuribus ratione præoccupationis possessionis vñusquisq; præcedit, & alijs præfertur , sunt & alia in hanc rem plura adducta à Tiraq. de iur. primog. quest. 17. opinion. 11. & 12.

Tertiò fundatur lex nostra auctoritate Bartol. in l. cum vñus in princ. col. vlt. ff. de bon. auct. Iud. possid. vbi expressè tenet, quod ille qui prius in pignore ex causa iudicati præuenit, potior est, & alijs præfertur, quantuis ab eo (vt solet) discesserit Bald. fragili fundamento, & ibi etiam Salicet. eius Simia in l. fin. C. de bon. aucto. Iud. possid. Et inde fit, vt si quis prius petat executionē, licet posterius habeat sententiam, alijs creditoribus præferetur, vti probatur in hac lege. §. 1. ibi, post o que & tenuit glof. communiter

recepta in l. inter eos. verbo
 occupantis in fine , & ibi
 Alex. ff. de re iud. nec enim
 atteditur si quis habuit prius
 sententiam, ut in l. in iudica-
 ti. ff. eodem. Limita primò
 si unus creditor rem habuit
 in pignore penes se ex con-
 uentione partis, nam licet
 aliis creditor posse habue-
 rit sententiam, & fecerit prius
 executionem in illa re non
 auditur ad persequendam re,
 nisi oblati ei pretio sibi debi-
 to. l. 1. 2. & 3. C. si antiquior
 creditor pignus vendid. , &
 ratio est, quia illi creditori ex
 pignore conuentionali, non
 est necesse facere executio-
 nem, & aliam pignorationē,
 cum ipse possideat, sed tan-
 tum ei addici. l. serui nomi-
 ne in fin. ff. de usucap. glos.
 in l. sciendum. §. 1. verb. pos-
 sess. ff. qui satisdar. cog. Suf-
 ficit, ut præueniat in posses-
 sione pignoris , ut alijs præ-
 feratur. l. si debitor. 10. ff. de
 pignor. facit etiam tex. in l.
 2. & l. diuersis, C. qui potio-
 tes. l. creditor. 12. ff. eodem.
 ubi præfertur seper qui prius

rem habuit in pignore con-
 uentionali, quæ iura non cen-
 sentur immutata de iure re-
 gio , & ita censeo quicquid
 aliud Senatui vium fuit le-
 uioribus , quām ut refutan-
 da sint, argumentis , in lite
 Inacij dacunha cum Mona-
 stero sanctæ Claræ Colym-
 briensis, Anno 1612. Scri-
 bā Francisco d'Azeuedo, nā
 posse idem Senatus ita ve-
 rum esse agnouit. Et idem di-
 co in pignore prætorio, quā
 do creditor fuit missus in
 possessionem causa rei seruā-
 dæ , nam iste præferetur ut
 in l. si postquā. C. ut in pos-
 sessionem legat.

Limita secundò prædictā 59,
 regulam non procedere , si
 creditor antiquior erat ab-
 sens à loco ubi lis fuit agita-
 ta, nec habuit rationem, aut
 causam sciendi, quando cre-
 ditor secundus debitorē con-
 uenerat pro suo debito, quia
 tunc si debitoris non super-
 sint alia bona , ille erit præ-
 ferendus secundo creditori
 in illa re super qua executio
 fit, ita probat Ordi. ubi sup.
 Cx-

Cæterum si alia bona super-sint debitori, vel eius fideiussori, nō erit antiquior præferendus in illa re, quia bona fideiussoris debitori aggregantur, simul, ut censeatur vnum patrimonium. I. si plures. §. præterea o 2. iuncta glos. verb. aggregandæ. ff. de fideiussor. Bald. in l. mulier, in fin. l. lector. C. de iure dot. Alex. in l. si constante. col. 2. num. 3. ff. solut. matrimonio. Hypol. singul. 3. & in rubr. de fideiussor. num. 197. Dec. in l. nemo dubitat. nr. 1. ff. de reg. iur. Vnde ad euitandam istam limitationem notabilis est cautella, quæ deducitur ex Regia Ordina. lib. 4. tit. 6. Quam etiam posuerunt alij auctores de iure communii in l. si eo tempore per tex. ibi. C. de remissione pignor.

60 Limita tertio, quādō creditor antiquior, qui præsens erat liti motæ, protestatus fuit coram Iudice se esse præferendum, ut in prædicto Ordin. & probat optimè tex. in l. si debitor. 4. §. 1. ibi, nisi sal-

ua. ff. quibus mod. pign. vel hypotheca solu. Quæ tamen protestatio fieri debet præsente parte, quia in auctib⁹ dependētibus à duorum voluntate, protestatio absentie parte, (de cuius præiuditio agitur) non valet. I. cum in plures. §. locator horrei. ff. locati, quam ita intellexit Bart. in l. non solum. §. morte. num. 21. ff. nou. oper. numerat. vbi Crotus, num. 85. testatur communem, & Curt. iun. in l. pacta nouissima. C. de pact. Eo autem præsente, valet protestatio, licet ille expressè non consentiat vti, tanquam receptum resolutus Alciat. in l. detestatio. n. 48. ff. de verb. sign. Rubeus in d. §. morte. num. 259. Iass. in §. fuerat. num. 106. de action. & ex professo defendit Cur. iun. vbi sup. num. vlt. Quicquid alij plures velint quos refert Felin. in cap. cum M. Ferrariensis. num. 34. de constit. & ibi Dec. num. 23.

Limita quartò, in fructi. 6^g bus fundi, vel domus locatae, in quibus & si aliquis debi-

tor antiquior fecerit prius pi-
gnorationem, præferetur ta-
men nihilominus dominus
fundi propter tacitam hypo-
thecam pro mercede, pro ut
dixi in lib. 4. cap. 4. num. 9.
& decisum fuit à Senatu in
lite domini Ioan. Ludouici,
Scriba Bertolameo Moro,
Ann. 1613. Etidem dico in
bonis inuestis, & illatis in
fundum conductum, quæ do-
mino fundi pro pensione cé-
sentur obligata, nam in illis
etiam præferetur dominus
fundi ex prædicta obligatio-
ne contra quemlibet tertium
possessorem, ut in l. 1. in prin-
cip. ff. de Saluian. interdict.
& voluit glos. in l. 1. C. eodē
M. scard. de probat. conclus.
210. num. 13.

62. Limita quintæ in specie
sex. in l. verum 64. §. si cum
tres. ff. pro socio, vbi non
præceditis, qui prius partem
suam fuit consecutus à so-
cio, sed debet restitui, ut al-
terius tertij socij portio exe-
queretur, cum quo concordat.
l. 15. tit. 10. pag. 5. vbi Greg.
verbo tornado, assentit spezia-

le esse propter societatem.

Limita sextæ prædictam 63
regulam non procedere, si
creditor habuit prius senten-
tiam per confessionem par-
tis, nam tunc si virtute præ-
dictæ sententiæ exequitur, nō
habebit prælationem, vti de
cism vidi in causa Emanue-
lis Nunes de Vilaviçosa, cū
Emanuele Rangel, Anno
1607. Scriba Martino Af-
fonso d'Auzi, vbi etiam alia
sententia fuit adiuncta in eo
dem casu inter Felippam Bo-
telha, cum Antonio Pinto
Ribeiro, & idem etiam de-
cretum fuit in lite hæredum
Bretiz Aluarez, cum Gracia
Correa, Scriba Michæle Ro-
driguez, Anno 1604. Qui
omnes Senatores moti sunt
præcipue ex eo, quia senen-
tia de præcepto non est sen-
tentia, sed tertia species ul-
tra diffinitiā, & interlo-
cutoriam, ut per Angel. in l.
sancimus. C. de admin. tut.
Felin. in sub. num. 5. ad med.
de re iud. Nam sententia de
præcepto non habet sigillū,
& sic non transit per Chan-
celor.

lariam, ergo sententia nomē non metetur, cum sigillum sit substantiale, ut per Af-
fīct decis. 253 num. 2. Dein-
de quia sententia de præ-
cepto non fuit lata durate pro-
cessu, ut lex Regia requirit, ibi (*Nem o contrariou per
ante o Iuis em quanto o fey-
to durou*) non potuit ergo
processus, & sententia im-
pediri, cum processus nō du-
rauerit, planè verbum *drou*
requirit perseverantiam, &
existenciam, atq; idēo præ-
dicta verba contradictione
iudicio conueniunt iuxta tra-
dita à Bart. in l. 1. num. 3. C.
de confessis, pro qua decisio-
ne indacietiam potest text.
64 in l. 1. §. vtrum. vers. quid si
in lite vinci maluit. ff. si quid
in fraud. patron. vbi senten-
tia non præjudicat patrono,
in qua libertus in iure fuit
confessus, nec litem fuit pro-
secutus, facit etiam tex. in l.
3. ff. quæ in fraud. credit. vbi
gestum fraudationis causa,
intelligitur si reus ad iudicium
non assuerit, vel litem mori
patiatur. Iuuat item quod fir-

mat Rebus. I. tom. ad II. Gal-
lie. titul. de chyrograph. in
præfaet. num. 81. Quod re-
cognitio schædulæ in discus-
tione bonorum non præju-
dicat creditoribus, alioquin
esset in potestate debitoris
præjudicare tertio, quod nō
est dicendum per l. rem alien-
am. ff. de contrah. empt. &
per hoc daretur materia ca-
lumniandi contra l. conue-
nire. ff. de pact. dotal. Con-
ducit etiam, quod tradit Ti-
raquel. de retract. tit. 2. §. 1.
glos. 7. num. 43, vbi assert
scripturam priuatam per co-
fessionem partis non habere
prælationem, & quod etiam
docet Pelaes de maior. 4. p.
quæst. 14. numer. 6. vbi ait,
quod sententia lata per con-
fessionem partis non præju-
dicat successori in maiora-
tu, quod antea tenuit Pinel.
in l. 1. 3. par. num. 50. limit. 9.
C. de bon. mater. Et prædi-
cta confirmantur, quia dos
confessata à marito, non ha-
bet ius prælationis, ut per
glos. in l. assiduis. verb. datae.
C. qui potiores in pignor.

quam dicunt receptam plures, quos refert Barbosa in l. I. 6. par. num. 25. ad fin. ff. solut. matrimonio. Vallasc. consil. 6. num. 12. & alij allegati per Mascard. conclus. § 66. num. 1. Gutierres de iurament. confirm. 1. par. cap. 15. num. 1.

Limita septimò, quando prior sententia fuerit lata à Iudice in competenti, nam pignoratio, quāuisetiā prior, eius virtute facta, nulla erit, nec alijs creditoribus nocebbit dixi sup. cap. 4. vers. cæterum, & satis probatur in Ordin. lib. 3. tit. 91. in princ. ibi, perante ojus a que o cognimento pertenceret.

65. Limita octauo, quandò debitor soluit per gratificationem secundo creditori, quia tunc videtur dolum committere, & participare cum eodem, ut resoluit Angel. in l. pupillis. num. 3. ff. quæ in fraud. cred. per l. summa cū ratione. ff. de pecul. optimè Bald. consil. 400. lib. 5. nu. 8. vers. 3. Vnde in hoc casu re. cte procedet glos. in l. pecu-

niam. C. de priuilegio fisci, dum asserit priorem creditorem agere posse ad pecuniam posteriori creditorū à debitore solutam, quam sequitur plures quos refert Couar. pract. quest. cap. 29. n. 1. Barbosa in l. I. 6. par. ff. solu. matrimonio, & dicit communiter receptam Afflict. decis. 190. cīm tamen improbat Fulgosius in d. l. pecuniam, & in l. ex facto. ff. de pecul. Cuman. in d. l. pupill. col. 2. ff. quæ in fraud. credit. argu. tex. in l. si non expedierit. §. 1. ff. de bon. aut. Iud. poss. Concordat tamē possunt prædictæ opinions, vt prima procedat, si prior creditor fuit impeditus, vel absens, iuxta Ordin. de qua supra, ibi, post que o dito preçō, & in §. 1. in fine. eodem titulo.

Limita nonò, non procedere prædictam regulam cōtra dotem, & ratio est, quia cum dos semper priuilegia. ta sit, inde inferri videtur legem istam loquentem gene raliter non habere locum in causa.

causa dotis, quia lex generalis non comprehendit illos, qui eo casu sunt priuilegiati. l. vnicā. § si quæ vero C. de Justin. Codice confirm. l. 3. C. de silentiarijs. lib. 12. & ibi notat. glo. 1. & glo. in cap. vnicō. verb. consuetudine extra de Cappellis Monach. lib. 6. latè Felin. in cap. 1. num. 10. de rescriptis, & in specie, quod lex generalis non comprehendit dotem, videtur probati in l. fin. C. de iure doti iunctis ibi dictis per Salicet. in 4. notab. & in l. si dotare. 12. C. ad Vellean. inducendo ut per Neguzan. de pignor. 1. memb. 8. par. num. 25. qui ex num. 23. latissimè hanc sententiam uti veram & communem defendit. Contrarium tamen immo quod legis generalis determinatio comprehendat etiā casus priuilegiatos probat tex. l. in fraudem. 16. §. fin. ff. de milit. testam. & ibi Bal. & cum pluribus resoluti uti veriorem Barbosa in l. 1. 1. p. num. 14. vbi respondet ad contraria. ff. solut. matrimo-

& in eodem casu dōtis, circa aliud statutum Franciæ, idē tuetur Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. num. 96: vbi ad id plura legum exempla, rationes, & auctoritates adducit, & ad contraria etiā respondet ex num. 103. Sed nihilominus in proposito nostræ consuetudinis dotem esse præferēdam viris doctis magis placuit, ut colligi potest ex sententia Barbos. vbi sup. 6. par. num. 24. versic. & ideo. Præcipue si agatur de restituenda dote à marito, non verò procederet prædicta sententia in dote à debitore promissa, argum. l. vnic. §. & vt plenius ff. de rei uxori. a. & l. assiduis. C. qui potiores. Nec enim habet eadem priuilegia ex Barbos. vbi sup. in 4. par. Atq; ita creditor, qui prius fecit pignorationem in bonis debitoris, præferetur doli ab eodem debitore promissa uti censuit Senatus ex eo, quia præsumitur quod debitor promisit illam dotem iam in fraudem creditorum, in lite Ant. Dias de Lisboa,

cum

cum Didaco de Castro, Scriba Belchior de Azeuedo, Anno 1615. Nec item præferetur mulier durante matrimonio, pro dote in re communi cum marito, eo non vergente ad inopiam, sic in fortioribus terminis iudicauit etiā Senatus in lite dominæ Iōannæ d'Almada, contra Ludovicum Pinto, Scriba Jorge de Mendanha.

67. Limita decimæ, prædictæ regulam, non procedere in vindicationibus. **I.** si venti. **§.** in bonis. **ff.** de priuileg. cred. ex Bald. & alijs citatis per Barbos. in l. si constante in prin. num. 63. iuxta fin. ff. solut. matrimonio. & in l. l. 6. par. num. 6. & in l. si eum dotem. **§.** fin. num. 2. & 3. ff. eodem. licet alias in actionibus realibus planè procedat ut dixi sup. num. 58. Et ideo in re illa vendita habita fide de pretio, & tradita emptori, si eius creditor licet antiquior pignorationem fecerit, illa pignoratio non nocet, quia venditor possit rem vindicare, ex Ordinat. lib. 4.

tit. 5. §. 2. & sic alijs præfetur, quicquid Gomes. 2. tomo. cap. 2. num. 30. vers. itē infertur. Parlad. quotid. quæstio. cap. 8. num. 3. Ex quo cessat cautela Bald. in rubr. C. de contrah. empt. quæst. 13. Scilicet, quod venditor reseruet sibi dominium donec pretium sibi integrum soluatur, quia tunc non præferetur hypothecarius, & se quitur Greg. in l. 2 8 glos. 1. tit. 13. par. 5. Nam adhuc sine prædicta cautione præferetur vendor pro resua vindicanda, ut dixi, addet l. procuratoris. **§.** planè. vers. sed si dedi. ff. de tributor. & l. si hiis. & l. cum fundum. **§.** serum suum. **ff.** si cert. petati & tex. in auth. siquid tamen C. qui potior in pign.

Limita vndeclimæ, ut si milititer prædictæ regulæ non procedat contra deponentem, iste enim præferetur in re deposita omnibus creditoribus l. si hominem. **§.** quories. ff. depositio l. si venti. **§.** in bonis. ff. de priuileg. credit. l. 12. tit. 14. par. 5. ubi Gregorius

intelligit quando res depo-
sita extat, & est communis
Doctorum sententia in l. pri-
uilegia. ff. de priuileg. credit.
& in l. i. vbi Bald. C. de bon.
auct. iud. poss. adde etiam tex-
tū in auth. si quid tamen. C.
qui potior, & quod dixi sup.
num. 57. vers. nec aliqua.

Limita duodecimō , si
prior pignoratio non fuit ri-
tē facta , nec in forma iuris,
vt quia nō fuerit ventum in
possessionem iussu indicis. l.
non est mirum. § 1. ff. de pig-
nor. act. Aut quia illa fieret
ex sententia , à qua erat ap-
pellatum , nec finita appellatiōne , vti iudicatum extat
à Senatu. Aut quia pars con-
demnata , & eius vxor non
fuerit citata ex sententia ad
pignorandum iuxta Ordin.
lib. 3. tit. 86. §. 27. & dixi in-
franum. 82. vers. 1. Nam tūc
posterior pignoratio quæ le-
gitimē facta fuerit cum rei
traditione, & possessione ser-
uanda erit argum. text. in l.
quoties. C. de rei vendicat.
Contrarium tamen censuit
Senatus in litē do Chantre

Varejaō cum Hector Mēdes
de Brito, Anno 1612. Scriba
Dominico de Chaues, ex eo
potissimum, quia secunda pi-
gnoratio fuit nulla , vt pote
facta super re litigiosa.

Limita Decimo tertio 68
prædictam regulam non pro-
cedere cōtra creditorem, qui
minor sit, nam licet ille po-
sterior pignorationē , & exe-
cutionem fecerit, præferen-
dus erit alijs creditoribus ,
qui prius executionem fece-
runt, & ratio est quia si prio-
ritas dat prælationem adue-
sus minorem , ille contra af-
sertam negligentiam sibi dā-
nos am restitui debet, vt latē
probat Bald. in l. si curatore.
verb. lāsis. num. 2. cum seqq.
C. de in integ. restit. minor.
Maximē quia vt ex prædicta.
Ordinatione patet, quando
creditor anterior , vel priuilegiatus fuit impeditus, aut
fuit protestatus, semper ille
præferendus est , planē nul-
lum impedimentum maius
considerari potest, quām mi-
nor ætas ex imbecilitate in-
tellectus , & ita decisum fuit

Anno

Anno 1608. In causa Francisci Dias Mendes, cum Diddaco de Castro del rio, Scriba Marco do Quintal, vbi ex persona filii im puberis patri restitutio, quo ad prælationem concessa fuit.

69. In contrarium tamen facit, quia prædicta lex Regia, cum genera iter loquatur, comprehendit etiam minorum, ut probatur in l. si sine hærede. §. Lutius. ff. admin. & in cap. constitutus de integr. restit. Bart. in l. 2. C. de fund. patrim. lib. 10. Tira quel. de præscript. glos. 9. Mauritius de restitutione in integr. cap. 93. & confirmatur, quia licet lex, quæ loquitur de minoribus, sit magis spesialis quo ad personas, & generalis quo ad causas, ratione tamen cum ista noua constitutio sit è contra magis spesialis quo ad causas, & generalis quo ad personas, illa restringitur per istam, nam cum lex antiqua de minoribus, & constitutio ista ius singulare & spetiale contineant propter aliquam utilitatem. l. ius

singulare. ff. de legibus. Illud spetiale conseruari debet in quo evidentior, & maior utilitas reperitur, ista enim est benignior interpretatio. l. benignius. ff. de legibus, & quia causa magis priuilegiata præfertur. l. i. C. de priuileg. dotis. l. priuilegia. ff. de priuileg. creditorum. Vnde in proposito cum spetialitas huius constitutionis sit propter utilitatem urgentissima ut supra vidisti, dico hanc legem derogare illam, quæ in priuilegium personale minorum est introducta ita Bart. in extrauag. ad reprimendū verb. non obstantibus. col. 2.

Secundò facit quia contra diem legis Comissoriæ pupilla non restituitur. l. Aemilius 39. ff. de minoribus 1. par. nec contra tempus redimendi pignus. l. 2. C. si aduersus venditionem pignor. nec contra tempus excipendi de non numerata pecun. l. si intra. versi. fin. C. de non num. pecun. nec contra tempus petendi inuestigaram. cap. 1. §. præterea si quis de pro-

prohibit fauid. alien. per Feder. nec contra tempus con ficiendi inventarium, glos. in l. auxilium verb. cessabit. ff. de minoribus. Nec contra tempus finiendæ instantiæ. l. properandum. § fin. C. de iudit. Vnde similiter nec contra tempus prioritatis minor restitui debet, pro ut in tempore ad retractum concessu r̄f̄soluit Tiraquel. de retract. linag. §. 35. glos. 2. 3. & 4. vbi plura in idem adducit.

70 Quibus non obstantibus à priori sententia non est discedendum, nam quanuis curat pr̄scriptio contra minorem ex generalitate Regiae constitutionis, tamen ei denegari non debet restitutio, nec enim censetur sublata per verba quantumcunque generalia apposita in legibus Iass. in l. si infanti in fin. C. de iure delib. Roland. á Valle. consil. 68. nu. 28. vol. 3. nisi in casibus expressim à le ge exceptis, de quibus supra Et ita in simili iudicauit Senatus Castellæ in concessione restitutionis minoris post

lapsum sex mensium ad petendam possessionem maioratus in consilio Regio, ex l. 45. taur. in lite Marchionis de Vilamanrique, & Ducis de Bejar, Ann. 1613. Scriba Hieronymo de Leon, licet in hoc casu dubius existeret Molina lib. 3. cap. 13. nu. 60. de primogen.

Limita decimo quartó. 7. 8. pr̄dictā Ordinationē non procedere contra Regem, & causam fiscalem, nam licet priuatus habeat sententiam, & faciat prius pignoracionem, non erit pr̄ferendus, ita Senatus censuit in lite heredum Ferdinandi de Mora les cum Ioann. Baptista reuelasca, & Procuratore Regio, Anno 1612. Scriba Ludo. Veloso, tradidit unico verbo. Barbosa in l. 1. 6. par. num. 24. versi. & ideo. ff. solut. matrim. Contrarium tamen, ut quia executio facta à priuato, & obligatio fuerit antiquior, illom pr̄ferri fisco, melius iudicauit eodem tempore Senatus in lite domini Antonij de Ata yde,

de, Scriba Dominico de Pi-
na, ex tex. in l. si fundum, vbi
glos. C. qui potior. l. si pig-
nus. 8. ff. eodem. Gregor. qui
plures quæstiones annexit
in l. 27. titul. 13. par. 5. Nam
etiā fiscus non præfertur an-
teriori creditori in hypothe-
ca, vt in d.l. si pignus, & in
l. fin. vbi Bart. ff. qui potior.
Nec enim ius priuati læditur
per obligationem fisco po-
stea factam. l. 3. C. de remiss.
pignor. nisi fiscus sit credi-
tor in debito primipili. l. sa-
tis notum. C. in quibus caus.
pign. l. pen. C. de primipilo.
lib. 12. Capiclus decis. 129.

vbi dicit intelligi primipi-
lum, idest generalem thesa-
u-
dum in legibus rarium principis. Vel nisi in
specie an*reipublice* bonis quæstis post obliga-
tionem contraetam cum fi-
Bart. int. p. co. l. si is qui. ff. de iure fisci.
7 n. 7. Schibe vbi glos. & Bartol. Rebuf. 2.
2 ad *religatio* tom. ad ll. Galliae. tit. de con-
stit. reddituum glos. 8. nu. 39.
Nam fiscus non est privile-
giatus, nisi quatenus expre-
sim repiritur glos. in l. item
veniunt. §. in priuatorum.
verb. publica. ff. de petit. hæ-

red. Fulgos. consi. 127. col. 2.

Limita decimo quinto 72
prædictam regulam non pro-
cedere contra creditorem ex
antiquiori hypotheca, si alia
bona debitoris non super-
fint, vt in hac nostra lege,
ibi, & o deuedor não tiver
outros bens. Nam tunc etiam
facta venditione, & addi-
ctione, creditor antiquior a-
uocabit pecuniam, vt ibi,
posto que o dito preço, & de-
cylum ita fuit à Senatu in li-
te Petri Coelho cum Isabel
Duarte, Anno 1616. Scriba
residuorum Francisco Perey-
ra. Cui tamen sententia mul-
tum vrget tex. in d. lege Re-
gia si bene expendatur, qua-
tenus ibi non simpliciter ex-
cipit tatum casum, quo alia
bona debitoris non extent,
sed copulatiè requirit, vt
scilicet creditor antiquior sit
protestatus, & simul alia bo-
na debitoris non superfue-
rint argum. tex. in l. si hæredi
plures. ff. de cond. instit. alias
frustra lex diceret, quod qui
prius fecisset executionem
præfereretur etiam habenti
actio-

actionem realem, ut in hac l.
§. 1. Nam actio hypothecæ,
actio realis est, & in rem scri-
pta. §. item seruiana Insti. de
act.

74 Limita decimo sexto si eo
dem tempore concurrerent
in petenda executione habé-
tes plures sententias, super
diuersis debitibus non priuile-
giatis, vel pauciter priuilegia-
tis, licet diuersis temporibus
latas, omnes concurrent in
bonis debitoris, quando bona
non essent omnibus soluē-
do, & pro rata cuiuscunquè
debiti bona diuidentur inter
eos l. priuilegia. ff. de priuil.
cred. Grego. in l. 11. titul. 14.
par. 5. glos. 3.

75 Limita decimo septimo si
debitor habuit plures nego-
tiationes diuersas, Pannoru-
vnam, aliam Piperis, vel alte-
rius negotiationis, tunc in
hoc casu non erit melior co-
ditio præoccupantis, sed ille
præferetur circa illam rem
negotiationis, cuius occasio-
ne ille contraxit, quia non
omnes creditores venient
communiter ad omnia, sed

quilibet ad suam negotiatio-
nem tex. est notab. in l. pro-
curatoris. §. §. si plures. vers.
sed & si duas tabernas. ff. de
tribut. vbi hoc declarat Pau.
de Castro, & Greg. vbi sup.
glos. 4. vers. & nota. vbi dicit
hoc esse mente tenendum.

Limita decimo octavo si 76
res illa, in qua creditor prius
fecit executionem fuerit ab
alio refecta ex eius pecunia,
nam pro illa iste secundus
præferetur, quia totam rem
saluam fecit. l. interdum. ff.
qui potior. l. 28. tit. 13. par. 5.
Negusan. de pign. 2. membr.
§. par. num. 15. & similiter
quando res pignorata fuit
empta ex pecunia alterius
creditoris. l. licet. C. qui po-
tior. l. 30. tit. 13. par. 5.

Limita decimo nono si 77
creditor fecit pignorationē
in re peculij pro debito filij
fam. præferetur enim pater.
l. ex facto. ibi nullum priuile-
gium præponi patri. ff. de pe-
culio. glos. in l. 5. §. mercis,
verb. iure pignor. ff. tribut.
act. Et ratio est, quia pecu-
lium non est filij, sed patris,

& administratio sola filij est,
dominium vero patris, ut di-
xi in l. cum oportet. C. de bo-
nis quæ lib.

78. Limita vigesimo in im-
pensa funeris, quia illa præ-
fertur omni æri alieno. l. fin.
§. in computatione. C. de
iur. deliber. l. at si quis. §. i.
ff. de religios. & sumpt. fune.
Idq; propter publicam vti-
litudinem usu & praxi recep-
tum & iudicatum esse con-
stat ut per Franch. decisl. 51.
& Surd. decisl. 255. Mastrilho
decisl. 10. Ceciliæ.

79. Limita vigesimo primò
in legatarijs, qui si fecerint
prius executionem in rebus
testatoris, & eius bona non
sufficient, creditor præferri
debet quocunq; tempore, imò
pecuniam eis solutam au-
care poterit. l. fin. §. & si præ-
fatam. vers. sin vero credito-
res, ibi, vel indebiti condi-
tione vti. C. de iur. deliber.
l. 7. tit. 6. par. 6. vers. pero de-
zimos. Et ratio est, quia le-
gata non debentur, nisi ex
bonis defuncti, quæ non di-
cuntur, nisi deducto ære alie-

no. l. sub signatum. §. bona. ff.
de verb. signific.

§. 12.

*De subhastatione fa-
cienda.*

IN subhastatione ramus li-
citorii à præcone tradi-
tur loco hastæ, quæ olim de-
iure antiquo dabatur in sig-
num venditionis factæ, nec
enim per huiusmodi rami
traditionem dominium aut
possessio transferebatur, vt
per Hostiens. titulo. de caus.
possess. vers. sed quid. Guido
decisl. 22. Vallase. consult. 37.
num. 5. Quod si pignora ca-
pta emptorē non inueniant,
poterit tunc creditor licita-
re, & emere ab executore, vt
quilibet alijs. l. 2. C. si in cau-
sa iudicat. pignus, facta ta-
men prius, ex licentia Iudi-
cis, subhastatione in illius li-
citatione, ex Ordinat. lib. 3.
tit. 86. §. 30. quæ praxis me-
lior est quam quæ alibi de iu-
re communi practicari solet
per l. à diuo Pio. §. si pig-
nora. ff. de re iud. Vel poterit
creditor instare, vt condem-
natus det emptorem, alias
car-

carceri detradatur, sed nec tunc carcerari iubet Senatus eum, qui bona habet, licet pignora emptorem non inueniant in lite Emanuelis Jorge cum Procuratore da Camara de Cabo Verde, Scriba Felicio Rodrigues, Anno 1608. & tenuit Rebus. de litter. oblig. art. 12. glos. vnic. num. 9. & iudicatu fuit Neapolis, decis. 358. fundat eleganter Purpuratus in l. 2. §. mutui datio. num. 114. ff. si cert. petat. vide sup. num. 15. Sed an tunc creditor compellatur adhuc emere iusto pretio a publicis officialibus taxato? videtur quod sic argumento tex. notab. in l. aliis nus. ff. ad l. falcid. vbi si quis damnauerit heredem emere, etiam censetur damnatus iusto pretio emere. Sed id quod dixi ut creditor teneatur sibi in licitatione emere, quando bona pignoris emptorem non inueniunt, fallit si debitor fideiussorem haberet, sanxite Senatus in grauamine Dominici de Payua, Scriba Francisco de Azevedo.

§. 13.

De impedimentis aduersus subhaftationem.

Subhaftatio potest annul 8¹ lari si non sint seruatae solemnitates praeconiorum, quae de communi stylo necessaria sunt, ut per glos. in l. fin. tit. 27. par. 3. verb. Veynte Dias Iodoch. de subhaftatione. cap. 2. num. 3. & 6. Rebus. ad II. Galliz, rubr. de praeconijs. num. 14. col. 2. Idq; propter malam fidem, quae eo ipso presumitur quando non est seruatus ordo, & solemnitas subhaftationis, ut tradit Accurs. & ibi Bart. & Platea in l. 3. C. de fide instrum. Iass. in §. item si quis in fraudem. num. 45. Instituta de action. Boer. decisio. 1. num. 34. Menoch. de recup. possel. remed. 15. num. 179. vers. est enim certum. Et ista presumpta mala fides presumitur ab ipsa lege, absq; vallis alijs probationibus in medium deducendis secundum Bart. in l. quod nerua. nu. 14. ff. depositi Alex. consil. 103. num. 13. lib. 1.

§2 Item vitiabitur subhastatio rei immobilis casu, quo victus dederit præconia pro datis per subscriptionem à se factam in actis processus, si in eis non apparuerit etiā vxoris consensus, quia agitur de venditione. l. à diuo Pio. §. si emptor. ff. de re iud. Nisi subhastatio & executio fieret in re immobili, de qua in litè à principio agebatur, cum enim tunc in initio litis consensus vxoris interueniret, posteà non requiritur in executione, & subhastatione, iuxta ea quæ tradit gl. in l. 3. §. sed utrum. ff. de minor. verb. patre, ibi, quia in prima causa consensit, ubi Bald. id notat, & est notandum pro declaratione Ordinat. lib. 3. tit. 86. §. 28.

§3 Item si gabella non fuit soluta, nulla erit subhastatio ex Ordin. lib. 1. tit. 78. §. 14. ad fin. Quanuis acceperim contrarium iudicasse Senatum Portuentem in lite Emanuel de Freytas cum Marcos Fernandes de Guimaraes, Anno 1597. Scriba Gal-

par Soeyro. ex eo quia prædicta Ordinat. non annullat subhastationem quæ sit ex necessitate, sed tantum contractus, qui ex voluntate partium fiunt. Nec obstat, vers. & isto mesmo, quia ille referri debet ad poenam tabellioni impositam, de qua proxime dixerat, unde licet instrumentum additionis sic nullum ex defectu certificationis de Gabella soluta, ut in prædicta Ordinat. tamen ipsa subhastatio non erit nulla, quia aliud est contractus subhastationis, qui pertinet ad partes, aliud est instrumentum, quod est de pertinentibus ad notarium, ut inquit Bart. in l. si quis legatum col. 3. ff. de falsis. l. non figura. ff. de act. & obliga. & quia prædicta Ordinat. est poenalis, & ideo restringenda. l. cum quidam. ff. de lib. & posthum. tandem pro h. c decisione optimè inducitur dictū Alexan. in l. seruum filij. §. eum qui. ff. deleg. 1. ubi scribit, quod si statutum annullat instrumentum propter Gabel-
lam

CAP. XXII.

*De Praxi Processus in actione
ne decem dierum.*

Iam non solutam, non per
hoc videtur annullare obli-
gationem, nec debitum, sed
solum invalidare probatio-
nem, quæ inducitur ex instru-
mento, & dicit ibi hanc esse
communem opinionem cō-
tra Bald. qui contrarium vo-
luit.

84. Item rescinditur subha-
statio ex lassione ultra dimi-
diā. l. 2. C. de fid. instrum.
lib. 10. siue illa sit necessaria
ad instantiam creditoris, ut
per Pinel. in l. 2. 2. par. cap.
2. num. 18. & 25. Anto. Go-
mes 2. tom. cap. 2. num. 23.
siue voluntaria pro ut ex ge-
neralitate Ordinat. lib. 4. tit.
13. §. 7. iudicatum extat à
Senatu in lite Emanuel da
Toguia cōtra Fiscum, Scri-
ba Iuliano de Goés, quod le-
gis promulgandæ declaratio-
ne indiget, cum s̄epe licita-
tio ad emulationem fiat,
quod in praeiudicium.

venditoris verti
non debet.

**

Bono publico indu-
ctum fuit sumatim
esse procedendum
per assignationē decem die-
rum, ut sic creditoribus con-
sulatur, & malitijs obuietur,
& prolixitas litium, quantū
possibile fuisset, evitetur, om-
missis solemnitatibus ordi-
nis iudicarij, inspecta solum
modo veritate, & æquitate:
idcirco hunc tractatum pra-
eticiis admodum utilem, &
necessarium, & utiq; in hoc
Regno praxi frequetissimum,
pro mea tenui viriliq; parte
elaboratum inferere curauit.
In primis dicā quæ sint scri-
pturæ, in quibus procedatur
per assignationem decē die-
rum. Item quæ requirantur
ad hoc, ut huic summariae
actioni locus sit, deinde quæ
illam impedian.

Et obiter prænotandum
duxi praxim in hoc Regno
diuersam admodū esse ab il-

P 2 la

1. quæ practicatur in Gallia,
Italia, & in Regnis Castellæ
vbi scriptura publica habet
executionem paratam, non
minus, quam ipsa sententia,
& res iudicata. l. 1. & 2. tit.
21. lib. 4. recopillat. Et sic au
tores, qui de ea scriplerunt
Hispani, ut fuere Couar. in
practic., Gomes, Castillo, &
alij in l. 64. taur. Roder. Soar.
in l. post rem iudicatam in
declaratione leg. Regn. & al
ter Soares in sua praxi. 1. to
mo. 4. par. Rebus de literatu
oblig. modicam nobis huius
actionis praxis praestant co
gnitionem. Nec item iure co
muni hoc erat notum, ut in
l. minor cui fideicōmissum.
ff. de minoribus, nisi in qui
busdam casibus enumeratis
ab Alex. in l. fin. C. de edict.
diu. Hadri. tollend. & in l. ait
prætor. §. si iudex. ff. de re
iud.

§. 1.

*Ex quibus scripturis Actio
summaria competat
decem dierum.*

3 N primis oblata scriptura
publica in iudicio, citato

Reo, si ille intra decem dies
non ostenderit, & probauerit
solutionem, aut aliam ex
ceptionem legitimam, condē
natur per sententiā, quæ exe
cutioni mittitur, non obstan
te aliqua appellatione, ex Re
gia sanctione lib. 3. titul. 25.
Intellige tamen dummodo
talis scriptura sit facta à ta
bellione creato à Rege, ex
Bart. in l. apud proconsulem
ff. de man. miss. vindict. &
facta in Regno, vel extra Re
gnum inter regnicolas, sa
per rebus in Regno sicutis, ut
per Palat. in rubrica in præ
factione. num. 23. in fin. Val
la sc. con'ult. 9. lib. 1. Lucas
de Pena in l. dum virum. col.
1. in fin. C. de decution. lib.
10. M. sc de prob. conc. 927.

Intellige etiam, ut talis
scriptura sit propria, & non
exemplata secundum Barto.
in l. probatorias. C. de diuer
officijs. lib. 12. Alex. in auth.
si quis in aliquo. num. 3. C. de
edend. nam exemplata non
probat M. sc de prob. concl.
711. & 712. Nisi reus non ne
gauerit in actis obligationē
scrip-

scripturæ, sed tantum opponat contra illam, quia tunc procedendum est per decem dies, ex tali exemplato censuit Senatus in lite Angelii Abet, cum Iayme Lopes, Scriba Felicio Rodrigues, Anno 1612.

5 Secundò id ipsum receptum est apud Lusitanos, ut actione decem dierum procedatur, non executiū ex scriptura publica, quæ in alio Regno sit confecta, licet ibi fuisset executiū: quæ praxis fundatur ex Bald. in l. 1. C. ne filius pro patre, in respi- cientibus nanq; ordinem iuditiorum, attenditur locus vbi causa agitur, non vero locus vbi actus celebratus est. l. 2. C. quemadmod. test. aper. dixi in c. præced. n. 12.

6 Tertiò si scriptura priua-
ti sit confecta, & simul sub-
scripta per nobilem, etiam in summa excedenti assigna-
ti debent decem dies, nam quanuis de iure communi
sola subsignatio sufficeret. l.
fideiussor. § pater. ff. de pig.
tamen de consuetudine utrū

què riquiritur, ita ut sola sub-
signatio etiam per testes re-
cognita in excedētibus sum-
mam legis, nihil probet, ut
per Gamma decis. 238. Quar-
tò id ipsum admitti videtur
circa libros camporum, ut
ex eis summatim procedatur,
nam contra mercatores eo-
rum partitæ probat non mi-
nus, quam scripturæ publi-
cæ Masc. concl. 254. num. 6.
& concl. 1477. ex num. 5. de
prob. & eorum rationibus
fides sicut & tabellionibus
datur l. quædam. §. numula-
rios. ff. de edend. Bartol. in l.
admonendi. num. 22. ff. de
iure iurand. & scripturis pri-
uatis mercatorum creditur
secundum Vallascum. de iur.
emphy. quest. 7. num. 6. in
fin. Menoch. de arbitr. cent.
l. lib. 2. casu 48. Et ideo in
eis procedendum esse sum-
matum per decem dies, quan-
uis illæ summam legis exce-
dant, censuit Senatus in for-
tioribus terminis in litè Frá
cisci Pirez cum Hector Lo-
pes, Scriba Petro Carualho,
Anno 1616. Quintò idem

dicendum est de vnicō testimoniō proxenetꝝ super venditione facta inter mercatores , nam ex illo procedendum esse sumatim censuit Senatus in causa Thomae Broque cum Simone Pirez, Anno 1608. Scriba Ioáne Pinto Lobo , quæ decisio fundari potest ex ijs quæ dixit Mascard.concl.1041.nu. 15.iun. Ordin.lib.3.titul.59.
10 §. 19. Sexto si Actor offerat testamentum non vi iatum, non cancellatum pro aliquo legato, vel petitione hæreditatis aut fideicōmissi , actio ista erit decem dierum per viam summariam secundum Angel. in auth. de hæred. & falcij coll. I §. illud. iun. gl. verb. decreto , quam recipit Alex. & Iass. in l. fin. C. de edict. diui Hadr. Alexan. in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. Soar. in l. post rem iud. notab. 6. quinuis contrarium tenuit Gomes in l. 45. taur. num. 137. & alij quos refert Soar. in pract. 1. tom. 4. par. cap. 2. num. 19. vbi num. 20. facetur in Regno Castellꝝ

praxi receptum esse , vt via executiva in hoc casu procedatur.

Sed dubium est, an ex illa scriptura in qua promissum fuit factum , & non plus, & promissor fuerit in mora faciendi, nūquid pro interesse agi possit via summaria decem dierum? nā Roman.in l. certi condic̄tio. ff. si cert. pet. tenuit quod sic , contrarium tamen tenent alij quos refert & sequitur Iass. in d. l. certi condic̄tio. num. 20. quæ sententia verior est.

§. 2.

De ijs que requiruntur ad actionem decem dierum.

R Equiritur primò , vt scriptura virtute cuius procedendum sit sumatim per actionem decem die rum, contineat causam, aliás non valet confessio in ea contenta glos. in l. cum de indebito. §. 1. verb. fin autem. ff. de probat. nec actionem producit. cap. si cautio de fid. instru. vbi Abb.col. 2. & Felin. num. 15. Rebuf. ad ll. Gal. liz.

liz. titul. de chyrograph. in
 præfatione. num. 66. Couar.
 in cap. quanuis pactum. 2. p.
 13. §. 4. num. 14. Et licet in in-
 strumentis guarentigis eam.
 non requiri dicat Iaff. in d.l.
 cum de indebito. §. vlt. Segu-
 ra in l. si ex legati causa. nu.
 105. ff. de verb. oblig. Con-
 trarium tamen videtur ve-
 rius ex ijs quæ tradit idem
 Iaff. in l. iuris gentium. §. fe-
 ré. num. 14. ff. de pæct. & te-
 nuit Auendan. in cap. præ-
 torum. 2. par. cap. 30. num. 5.
 vers. 7. requiritur, nam ex sti-
 pulatione sine causa non ori-
 tur actio efficax ad agendum,
 quia obstat exceptio. l. 2. §.
 circa. ff. de doli mali except.
 14. Et ita etiā attenta regia san-
 ctionē Castellæ in l. 2. titul.
 16. lib. 5. compillat. (vbi ex
 qualibet promissione, & nu-
 do, & simplici pacto actio
 oritur, & sufficit sola volun-
 tas & intentio partis volen-
 tis se obligare) considerauit
 Matienso ibi glos. 1. num. 8.
 Vnde si in instrumēto appo-
 natur causa sufficiens, & ef-
 ficax ad producendam obli-

gationem, licet de ea non cō-
 stet, nec probetur, sumatim
 ex illo agendū erit, & ita pra-
 xis obseruat quicquid Gom.
 2. tom. var. cap. 9. num. 3. in
 fin.

Secundò requiritur quod 15.
 instrumentum sit liquidum
 purum, & non conditiona-
 le, vt in l. proinde. §. notan-
 dum. ff. ad l. Aquiliam. l. hæc
 autem. §. non defendi. ff. ex
 quibus caus. in poss. eatur. l.
 hoc iure. ff. de verb. obligat.
 l. vltim. C. de compensat. ex
 quibus hanc sententiam de-
 fendit Couar. lib. 2. var. cap.
 11. num. 1. vers. contraria.
 Rebuf. ad ll. Galliaæ tit. de li-
 ter. oblig. art. 1. glo. 9. nu. 8.
 Iaff. in l. 1. nu. 31. ff. de edend.
 Bald. in l. 2. C. de execut. rei
 iud. Vallasc. de iure emphyt.
 quæst. 7. num. 34. vers. vnde.
 Soares in l. post rem iud.
 lim. 4. Minsing. cent. 2. ob-
 seru. 6. Vnde in eo chyrogra-
 pho quo illa conditio conti-
 nebatur, nō pagando suā,
 pagarey a tempo como si ador
 & principal pagador, per li-
 bellum via ordinaria proce-

di iu sit Senitus ex l. fidei us-
for. 17. §. fin. ff. de fidei usso-
ribus, in causa Didaci de Pi-
na contra Duardum da Syl-
ua Reum, Anno 1607. Scri-
ba Geronymo de Carualho-
sa. Contrarium tamen iudi-
cauit postea i lem Senatus in
ijsdē terminis, vt scilicet pro-
ceditur sumatim per decem
dies in litē Emanuelis Xi-
menes cum Gaspar hominem
Cardoso, Anno 1615. Scri-
ba Christophoro Ribeiro.

I6. Cæterum quo ad condi-
tionem fieri liquidū per cō-
fessionem partis in iuditio
docuit Bart. in repetitione l.
creditores. C. de pignor. col.
10. vers. aduerte tamen, nam
in eo chyrographo in quo
erat obligatio dandi viginti
habita sententia in tali ne-
gotio, quia reus ad instantiā
actoris interrogatus à Iudi-
ce confessus fuit sententiam
iam fuisse latam, caute obti-
nui à Senatu purificatam el-
se conditionem, vt decē dies
affignarentur contra Ioan.
Ludou. Limpio, Ann. 1607.
Scriba Mirco do Couto. Si-

militer ex chyrographo sa-
larij aduocati absq; alia liqui-
datione procedendum esse
via sumaria decem dierum
censuit Senatus in lite Bel-
chior Febus cum Ioann. de
Morales, Scriba Francisco
do Couto, Ann. 1608. &
idem in causa Gilpar So-
res de Sampayo cum Fran-
cisco de Torres, Scriba Ioan-
ne de Payua. Nam licet ista
promissio habeat tacitam cō-
ditionem imo expressam de
aduocando, quia tamen præ-
sumitur ex parte aduocati
esse paratum, & non stetisse
per eum, quominus modum
aduocationis adimpleret, ha-
betur pro impleta. l. 3. §. 1.
& l. si pecuniam. §. fin. ff. de
condict. caus. dat. & ibi tra-
dunt Alex. & Iass. & est bo-
nus tex. in l. quæ sub condi-
tione. §. quoties. ff. de con-
dit. instit. quam rationem po-
suit etiā I.C. in l. 1. §. diuus.
ff. de varijs, & extraordin.
cognit. & in l. qui operas.
vers. 1. ff. locati, ideo nihil
mirum si tanquam purifica-
ta conditione procedatur,
deniq;

17 Denique in alijs an ex coniunctione duorum instrumento tam fiat liquidum, quod alter purum non erat? dubium est hodie attenta Ordinatio. Regia, quæ tantum admittit id in casu spetiali dotis ex l. cum prætor. ff. de iudit. Sed contrarium tenuit Cabed. decisi. 33. lib. 1. num. 10. cui fuit Bald. in l. vlt. C. de falsa causa adiecta leg. & iudicauit Senatus in lite Emanuel de Payua cū Francisco Correa de Meneeses, Scriba Dominico Monteiro, Anno 1610.

18 Tertiò requiritur quod instrumentum sit inter easdem personas contrahentes, & contentas in ipso instrumento Ordin. lib. 3. titul. 25. §. 10. Nec enim tertius executionē habebit ut per Bald. in l. si pro te. C. de dot. promiss. ubi inquit, quod si per statutum instrumenta mandentur executioni, intelliguntur ad petitionem creditoris non tertij, etiam si illius intersit, tradit etiam Alex. de Mol. in l. 1. §. si hæres. ff. ad

Trebellean. Dec. consi. 198. col. ant. penult. & confirmatur cum alijs similibus Soar. in l. post rem iud. declaratione leg. regn. lim. 2. Et ex prædicta Ord. tollitur hodie cōtrouerbia; quæ olim erat, an persona hæredis comprehendetur de qua Cabed. decisi. 33. lib. 1. nu. 5. cum per illa verba, ibi, *posto que sejam here-deyros*, res maneat clara, & sine dubio, quod non erat ita expressum in Ordin. veteri, nam verba hæc addita sunt hodie in hac noua legum cōpillatione. Limita tamē prædicta Ordin. nisi in instruemento dicatur pro te, & hæredibus, nam cum ipsi iam sint nominati in scriptura, quibus quis stipulari potest. l. si pactum. 9. ff. de probation. ipsi agere possunt sumatim per viam decem dierum. Sed illud magis dubium est, an ex prædictis verbis Ordin. ibi, *someterne nas proprias persoas*, possit cessionarius petere assignationem dece die rum? & videtur quod sic nā cessionarius dicitur creditor

1. ab Anastasio. C. mand. vbi
 Bald. notab. 3 & semper agit
 nomine cedēntis. gl. in l. pla-
 nē, verb. debeat. vers. & sic.
 ff. famil. ercī cund. Et ita de
 cisum fuit à Senatu in causa
D. Didaci Brochero contra
 Iacob. Duardum, Scriba Frā
 cisco Pereyra, Anno 1606.
 Pro quo etiā inducitur Bart.
 in l. i. ff. de action. & oblig.
4. co^l. vers. quero. vbi tenet,
 quod si ex forma statuti in-
 strumentum habet executio-
 nem paratam, quod habebit
 executionem etiam cessiona-
 riū talis instrumenti, induci-
 tur etiam Bald. in l. ex lega-
 to. **C.** de legat. in fin. vbi di-
 cit, quod potest cedi ius sen-
 tentiæ, & quod si cedens ha-
 bet ius executionis, eodem
 modo cessionarius habebit
 subscribit Soar. in l. post rem
 iud. declar. l. Regn. 7. extens.
 quanvis aliud postea iudica-
 nerit idem Senatus, scilicet
 quod cessionarius non pos-
 set agere actione decē dierū
 rū in causa Grilherme Co-
 cayme cum Marçal Luis,
 Scriba Lazaro de Padilha;

& in alia causa Emanuel Soa-
 res cum Ioan. Soeyro, Scriba
 Nicolaō Pereyra, Ann. 1608
 Rursus an idem dicēdum sit 19
 in vxore, quæ non ut hæres,
 sed ut socia mariti agit ex il-
 lis iuſtrumentis, quæ constā-
 te matrimonio per maritum
 contracta fuerunt? videtur
 quod possit illa debitores ma-
 riti conuenire per actionem
 decē dierum, pro ut tenuit
 Soar. in pract. 1. tom. 4. par.
 cap. 1. num. 34. vbi ad eandē
 sententiam alios refert, qui
 licet nitantur fragili fun-
 damento, eorum tamen opi-
 nio vera est ex alia ratione,
 scilicet quia vxor est socia
 diuinæ, & humanæ domus.
 l. aduersus. **C.** de crim. ex pi-
 lat. hæred. iunctis ijs quæ di-
 xi. sup. cap. 21. num. 4. versi.
 item & similiter, iudicauit
 Senatus in lite dominæ Phi-
 lippæ de Tauora viduæ cum
 Petro Vaz Scriba Francisco
 do Couto, Anno 1609. Illud
 autem est sine dubio, ut ma-
 ritus possit agere per actio-
 nem decē dierum ex instru-
 mēto, quod in fauorem eius

vxoris fuerit factum ante-
quam cum illo nuberet, nā
eadem persona verē dicitur
agere, sed cum auctoritate
viri, qui pro illa in iuditio ex-
peritur. Limita tamen id nō
procedere á contrario, quan-
do ipsa vxor fuit conuenta
ex cōtractu mariti, nam tūc
actione ordinaria contra il-
lam agendum fore dixi lib.
3. cap. 21. num. 57.

20 Item præd. Ordin. decla-
rari debet, vt si instrumento
dicatur, promitto tibi, vel
cui istud mihi ostenderit, ter-
tio quoq; ostendente de-
cem dies assignari iudicaue-
rit Senatus in lite Gaspar Al-
uares cū Ludouico da Guiar
Scriba Geronymo de Men-
doça, nam in promissione dā
di titio, vel adiecto, rectè ad-
iecto soluitur. l. cum quis.
ff. de solut. l. eum qui. §. 2. ff.
de verb. oblig. Et idem si de-
bitor hypothecauit rem spe-
cialiter cum pacto de nō alien-
ando, quo casu alienatio est
nulla secundum Bartol. in l.
creditores. num. 10. C. de pi-
gnor. per assignationem de-

cem dierum esse proceden-
dum videtur aduersus singu-
larem successorem, vt per
Soar. in l. post rem declara-
tionem l. Regn. lim. 1. num. 13;
Covar. lib. 1. var. cap. 7. n. 6.
l. vlt. §. fin. tit. ξ. par. 5. Gu-
tierres in l. nemo potest. nu.
18. ff. leg. 1. Et idem dico si
alicui est legatum nomen de-
bitoris, iste poterit agere su-
matim. l. ex legato vbi Bald.
C. de legat. Soar. in l. post re.
declarationem l. Regn. 1. exten-
sione. num. 12.

§. 3.

*De impedimentis que obijcē-
poßunt in actione decem
dierum.*

Exceptio impeditiva e. 22
rit si dicas sumam, quæ
petitur, non esse in instrumē-
to comprehensā, veluti si cō-
tractus conductioñis expi-
rasset, & alius tacitus in eius
locum subrogaretur, & sic
conductor tacitè pro eadem
summa videretur re condu-
xisse, vt in l. item queritur.
§. qui impleto. ff. locati, nam
virtute primi contractus cō-
ductionis non poterit proce-
di

di sumariè pro pretio tacitæ reconductionis, quia secunda pensio non est inclusa in instrumento ita Cabed. decil. 27. lib. 1. qui debuerat citare Bald. in l. etiam. C. de fideicomiss. & Iass. in l. certi conditio. num. 20. ff. si cert. petat. Anto. Gom. in l. 64. taur. num. 6. qui omnes prædictam sententiam tenent.

23 Item exceptio non numerat pecunia recipi debet secundum Iass. in l. qui pecuniam. col. 1. ff. si cert. pet. ubi hoc multisfariè limitat, Comes 2. tom. cap. 6. num. 13. Dueñas reg. 26. amp. 7. cuius rei praxim, ac formam articulandi ponit Angel. in § idem iuris. num. 6. & num. 63. Instit. de except. & alios modos articulandi tradit Mascal. de probat. conel. 1119.

Item exceptio rei non traditæ est impedimentum, quod admitti debet secundum Bal. in l. ex prædijs. C. de evictio. Dec. consi. 421. num. 2. Palat. in l. 64. taur. Rebuf. de chyrograph. recog. attic. 2. num. 35.

Item exceptio simulatio²⁴ nis admitti debet pro ut dixi infra num. 42. Quod primo intellige quando simulatio fuit in fraudem alterius, secus si ex iusta causa, nam predicta simulatio non est prohibita glos. 1. cap. quod interrogasti. 27. dist. Secundò quando aliquid debebatur ex certa causa, & partes singunt deberi ex alia, hæc enim simulatio non est prohibita, ut inquit Alex. consi. 198. num. 10. lib. 7. Iass. consi. 85. col. fin. lib. 1. nam tunc propter consensum partium prima causa transfunditor in secundam, ita ut hæc secunda solum sit in consideratione. l. si ex pretio, & ibi Bart. C. si cert. pet. Paul. in l. fin. num. 4. C. plus valere.

Item exceptio, quod si metuivè fuerit contractum, recipi debet, ut per Dec. in cap. ex parte o 2. num. 7. verific. 11. fallit de officio de legat. Assinias in praxi. §. 31. cap. 36. Etiam si sit exceptio metus reuerentialis, nam iste quoq; sufficiēs est ad actum ref-

rescindendum, ut tenuit Bartol. in l. qui in aliena. §. Celsus. num. 5. ff. acq. hered. & in l. metum. 1. ff. quod met. causa. Bald. in l. pactum do-
tale. num. 1. C. de collat. pro
qua sententia est tex. in l. 1.
§. quæ onerandæ, ibi, vel ni-
mia patroni reverentia. ff.
quarum rerum actio non de-
tur, & in l. fin. §. 1. & 2. ff.
quod met. caus. vbi Bart. in-
quit solum metum verecundiæ
sufficere, ut actus irrite-
tur, idem etiam probatur in
cap. cum virum, ibi coacta
patris imperio extra de-
regular. Sed ab hac sententiæ
recessit Angel. vbi dicit se
ita consuluisse, & obtinuisse
in §. quadruplic. num. 8. de act.
Iass. consil. 3. num. 6. lib. 1. Fe-
lin. in cap. causam matrimo-
nij. num. 3. & ibi Dec. nu. 5.
de officio delegat. plures re-
fert. Couar. 2. par. de spons.
cap. 3. §. 6. num. 4. pro qui-
bus est tex. iun. glof. vlt. in l.
si p. tre cogente. 22. ff. de ritu
nuor. & cap. quanuis pactū,
vbi filia contraxit cum pa-
tre, cui debet reverentiam,

& nihilominus requiritur
probatio metus. Nec obstat
tex. in d. §. quæ onerandæ,
quia loquitur in pacto one-
rativo libertatis, ex quo pro-
mittens ænormiter læditur,
quia diminuitur eius liber-
tas, & ideo nihil mirum si
adiuncta patroni reverentia
cum illa ænormi læsione fa-
ciat. ut contractus rescinda-
tur quasi per metum gestus,
ut eleganter tenuit Soc. consil.
263. num. 4. lib. 2. Reyn.
consil. 60. num. 19. lib. 3. Curt.
iun. in l. interpositas. nu. 13.
C. de transact. Boer. decis.
100. num. 12. Nec obstat tex.
in d. l. fin. §. 1. & 2. ff. quod
metus causavbi notabat Bar.
solum metum verecundiæ
sufficere ut actus officio Iu-
dicis rescindatur, quæ tamē
opinio vera non est, quia si
non sufficit metus infamia.
linec timorem. ff. quod met.
causa, minus sufficiet metus
verecundiæ. Nequæ obstant
prædicta iura quoniā in d. §.
timebat quis ne vincetus ad
iudicem duceretur ex quo
poterat timere cruciatus cor

poris, & in. §. sequenti quo-
dammodo adimebatur liber-
tas, qui iustus metus cense-
tur, iuxta l. 4. ff. quod met-
caus. Nec ultimo obstat tex.
in d. cap. cum virum. quia lo-
quitur in voto Religionis,
quod irritatur propter solū
reuerentiae metum, quia Deus
non vult nisi militem volun-
tarium, & ita intellexit glos.
in cap. præsens clericus. ver-
sic. patre, in fin. 20. quæst. 3.
& est communis opinio se-
cundum Menes. in d.l. inter-
positas. num. 17. Quæ tamē
opinio vera non est, quia etiā
matrimonium carnale irri-
tatur propter metum. cap. cū
locum de sponsal. & tamen
in eo non sufficit metus reue-
rentialis, vt in d. l. si patre
cogente. Neq; obstat tex. in
d. cap. cum virum, quia ver-
ba illa, coacta patris imperio
debent intelligi adiunctis mi-
nis, vel verberibus, vt infa-
dicam, vel quoniam patet
erat nimis austerus, & soli-
itus fauire in inobedientes,
enim enim imperium indu-
xit iustum metum, quia pa-

ria sunt compelli, vel timere
vt compellatur. l. nouissime.
7. ff. quod fals. tutor. auct. ita
eleganter Aret. in d.l. inter-
positas. num. 4. Soares alleg.
24 in fin. plures allegati à
Covar. vbi sup. num. 7. Un-
de sequitur quod si simul cū
reuerentia proberet metus
ab extrinseco illatus, scilicet
minz, id sufficiet ad actum
rescindendum ex Bart. rece-
pto in d. §. quæ onerandæ, cu-
ius sententia dixit commu-
nem Alciat. in d.l. interposi-
tas. num. 19. & ibi Padilha.
num. 16. Molina de primo-
gen. lib. 2. cap. 3. nu. 9. Et ita
indicatum fuit Castellæ su-
per matrimonio à Duce de
Alua per metu patrui cōtra-
cto cum filia Ducis de Al-
cala, Anno 1594.

Item exceptio illa respuē
da non est contra cessiona-
rium, vt scilicet nō plus exi-
gat à debitore, quām ipse sol-
uit, & verè numeravit cedē-
ti in actione sibi vendita. l.
per diuersas cum l. sequenti.
C. mandati, nā emptio actio-
nis pro minori pretio, quām
sunt

sint iura, prohibetur ob publicam utilitatem, ne scilicet pro modico de praesenti facile quis remittat ius futurū l. cum hi in princ. & ibi Iass. num. 1. ff. de transact. Bart. in l. stipulatio hoc modo. nu. 4. ff. de verborum, & ideo nec confessioni cedentis statut si dicat totum pretium recepisse propter fraudis suspcionem. l. ab Anastasio, ibi, quæ præstítit, & ibi pecunijs receptis, & rursus, ibi, re ipsa personoluit, atq; item ibi, quod datum esse comprobatur. C. mandati. glos. in d.l. per diuersas. verb. solutarum late Menoch.lib.3.præsump. 129. quod planè procedit quo ad debitorem cōtra quæ successio Bart. in d.l. per diuersas. nu. 12. vbi dicit se ita pluries consuluisse, & communiter recepta n dicit Soares alleg. 19. & tenent alij quos cit. t Tiraq. de retract. linag. §. 1. glos. 18. num. 79. Verum tamen quo ad valorem actionis an pretium sic modicum, vel non? i spisci debet dubius euentus litis.

& ratio laboris, & expensarum secundum Syluestr. in summa. verb. vsura o 2. nu. 14. Bart. sup. num 6.

Item contra scripturā fiduciissionis exceptio illa a fiduciissore proposita ex Senatus placito admissa fuit, quod scilicet fideiassio facta fuerit absenti sine stipulatione, & absq; persona publica Notarij stipulante, & acceptante in lite Jorgei Fernandes Pereyra contra Rodericum Aluarez, Scriba Dominico Serrano, Anno 1617. idquæ auctoritate tex. in l. blanditus. C. de fideiass. glos. not. in l. si procuratorem. §. 1. ff. mandati. Afflct. decif. 39. Iass. in l. §. §. satis acceptio. num. 6. ff. de verb. oblig. quæ tamen decisio difficultatē habet, quia de iure canonico ex nudo pacto actio oritur, cap. 1. de pact. quicqui. Bal. ibi, col. vii. & quia in scriptura fiduciissionis semper præsumitur stipulatio. Iass. in l. scendum. num. 2. ff. de verb. deinde quia in Regno Castellæ, vbi prædicta scriptura fuit

facta fideiussor inter absentes, & sine stipulatione vallet. l. 2. tit. 16. lib. 5. recopill. vbi Matiens. & tenet Greg. in l. 6. tit. 12. par. 5. Dueñas reg. 332. Sauallos pract. quæstio. 646. in fin. Nam consuetudo illius loci vbi contractus gestus est, inspisci debet. l. si fundus. ff. de euict. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Ordin. lib. 3. titul. 59. §. 1. in fin. Atq; ita ex ijs non obstante prædicta admissione idem Senatus in fine prædictam scripturam fideliussonis validam esse pronuntiauit.

27 Item exceptio, quod scriptura est iurata, admitti debet ex Ordin. lib. 4. titul. 73. quod intellige si contractus sit validus secundum Guillerum. in cap. Raynutius, verbo duas habens si ias. num. 247. & num. 258. Si vero contractus sit invalidus; potest iuramentum apponi, & valebit secundum Bart. in l. si quis pro eo. num. 15. ff. de fideiussor. adde Pinel. in l. 2. 3. par. num. 4. & 12. de ref-

cind. Vallasc. consi. 16. num. 14. & consi. 99. Intellige etiā præd. Ordinat. in iuramento promissorio, secus vero in assertorio, Imol. in cap. cum contingat. num. 65. ad fin. de iur. iurand. Aret. consil. 74. num. 7. in terminis Costa. in l. si ex cautione pag. 116. C. non num. pecun. & quia ratio huius prohibitionis est ne prætextu iuramenti laici, trahantur ad forum Ecclesiasticum, cap. fin. de foro cōpet. in 6. quæ ratio cessat in iuramento assertorio, vnde non obstante præd. Ordinatione apud nos poterit admitti noua practica Bart. in l. 2. num. 8. ff. de iure iurand. recept. ex Curt. Iun. ibidem. num. 7. quam defendit Iass. in §. item si quis postulante. num. 87. Inst. de action. Mathes. singul. 20. vbi latè additio.

Rursus exceptio litis pendentiæ admitti debet, & impedit actionem decem di-
rum, veluti si actor in uno iu-
ditio intentauit actionem or-
dinariam, & in alio actione
decē

decem dierum; obstabit ei exceptio, quia dum intentauit ordinariam, visus fuit re nuntiare sumariæ Marant. in disput. 6. num. 24. Ca ual can. decis. 1. Burgos de Pas consi. 39. num. 7. & ita fuit decisum per Senatum in causâ Ioannis Soeri, contra Fer dinandum de Chaves, Anno 1606. Scriba Michaelis Couceyro. Vnde cautè ob seruabit aduocatus, ut prius desistat ab actione ordinaria, & tunc poterit intentare actionem decé dierum. Nec enim per actionem ordinaria censemur renuntiare pri uilegiatæ arguméto eorum, quæ tradit Bald. in l. 3. ff. de testam. milit. via enim ordinaria, & summaria decem dierum sunt diuersæ, & non contrariæ, cum adeundem finem tendant, & donec sa tisfactum sit creditor, elige re poterit viam, per quam magis sibi consultum sit, ac ideo per electionem vnius, altera non tollitur iuxta ea quæ tradunt Alexan. Iass. & Rip. in l. naturaliter. S. nihil

commune. ff. de acq. possess. & probatur in l. cum queritur. ff. de except. rei iud. Dec. consi. 460. à num. 6. vbi mul ta adducit, Alex. consi. 130. & ibi additio. nu. 15. & 16. lib. 4. Rebuf. de literar. oblig. artic. 3. glos. 6. num. 7.

Item exceptio usurarum 29 admitti debet, & impediet actionem decé dierum, quia usura facit contractum nul lum ex prohibitione legis in lib. 4. tit. 67. iuncta lege non dubium. C. de ll. l. quemadmodum. C. de agricol. & cé sitis. lib. 11. cuius probatio fieri potest quibuscunq; ar gumentis, & præsumptionibus, cum sic difficilis probati onis. cap. diocesani. ver. si tamen de officio iud. l. o. 6. Vallasc. consi. 56. num. 2. la té Iass. in l. si unus. S. prætor. num. 27. ff. de edend. Veluti si reperiatur conuentum in scriptura, ut per modicum tempus duraret venditio, vt in l. 4. S. ab ignoto. ff. de manumiss. Bart. consi. 65. Tira quel. de retract. linag. S. 1. glos. 14. num. 37. Vel quod



vendor maneret in possessione. l. sicut. §. super vacuū. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. Bart. in l. post cōtractum. vers. 3. præsumitur. ff. de donat. Tyber. Decian. consi. 62. num. 39. lib. 3. Tiraq. de iure constituti. 9. l. mit. Mascal. de probat. conclus. 439. Aut quod emptor restituat post certum tēpus rem, restituta ei pecunia à venditore ut in cap. ad nostram vbi Abb. 3. casu. extra de empt. & vend. Decian. consi. 2. lib. 1. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 69. Couarru. lib. 3. var. cap. S. Vallas. consi. 41. 1. to. Aut si res pro parte vendaruntur, & pro parte donetur, ut voluit Bald. in l. 1. C. de repud. hæred. explicat Mascal. concil. 444. Aut si ponatur pactum de retro in venditione facta cum paruo pretio, in lib. 4. tit. 67. §. 2. Ord. quæ lex viget etiam florentiaz secundum Ioan. Bapt. Lup. in l. 1. C. de pact. inter. §. 1. sub num. 29. & secundum eam decilum fuisse in Neapolit.

tano Concilio testatur Gr. 2 mat. decil. 66. num. 30. & cōmunius receptam resoluit Vnius. lib. 1. commun. verb. vendere, & verb. cōtractus, & multis modis declarat Mascal. vbi sup. concl. 447. ex num. 7. Vallasc. consi. 70. num. 3. 1. tom. Menoch. lib. 3. præsumpt. 122. vbi etiā alia adiungit ex quibus cōtractus fñeratius, & usurarius præsumatur, & probetur. Sed non erit usurarius si promittatur interesse ad rationem de iuro, ut decisum extat à Senatu in lite Hieronymi Soares cum Alfonso Bembo, Anno 1612. Scriba Amaro Coelho, quod confirmari potest à traditis à Molina de iustitia, & iure, disputatione 418. 1. par. Nec si promittatur interesse pro cambio de Regno ad Regnum, quod esse licitum propter reipub. utilitatem pluribus argumentis, & exemplis probat Soto de iust. & iur. lib. 6. quæst. 8. art. 1. Niuar. cap. fin. de usuris. nu. 28. sequitur decisio Genaz 134. Erit

Erit autem cambium siccū, & reprobatum, cum qui recipit pecuniam, scit, aut saltim præsumit literas cambij verè non mitti extra Regnū in locum destinatum, cum ibi debitor pecuniā non habeat ad soluendum literas, quæ mittuntur ad nundinas, Sylvestr in Summa, verbo vñsura. 4. num. 9. quem sequitur Soto, vbi sup. quæst. 13. art. 1. Nauar. in Manual reform. cap. 17. num. 233. litera M. ad fin. Item cambium erit siccum, si convenerit, ut pecunia retardetur per aliquot nundinas damno accidentis, & quod interesse prima nundinæ subrogetur in forte principalis ad causandū aliud interesse in secunda, & ex secunda in tertia, & sic in reliquis, pro ut habetur in pragmat. sanct. legis Castellata Anno 1598. Item exceptio transactionis admittitur, de qua sup. cap. 4. nū. 3. & cap. 21. num. 46. Cæterū quanvis hæc, & alia exceptiones admittantur, illæ tamen, quæ friuolæ apparuerint, re-

cipi non debent Bartol. in l. prætor. §. et parui. num. 3. ff. quod via ut clam, vide supra. cap. 3. num. 19. cum seq.
§. 4.

De clausula depositaria, & quibus exceptionibus reus audiri, & admitti possit. fine eo, quod deponat.

Clausula ista, per quam 30 audientia denegatur, omni iuri aduersari videtur, diuino, naturali, & humano. Diuino, vt in cap. Deus omnipotens. 2. quæst. 1. Iudicium enim, & iustitia nunquam denegari debet Ifern. in cap. 1. in princ. de pace tenend. Naturali quoq; iniuri resistit, cum agendi potestas denegatur, vt in Clementina pastoralis. §. cæterū de re iud. Innoc. Bald. & Card. in cap. quæ in Ecclesiaturam de constit. Humano iuri è iam ipsa denegatio audientiæ contraria est l. rescripta. C. de precibus imp. offer. & in l. quoties. C. eodem, ibi quod autem totius negotij cognitio nem tollit, & vires principia-

les negotij exhaustit. Quare partes iustitiam auferre, & audientiam denegare minimè valent, quia esset tollere ius naturale contra tex. in §. sed naturalia quidem iura, Instituta de iur. nat. gent. & ciuil. Quinimo maximè aduersatur ius Regium in lib. 4. titul. 72. vt non immerito hanc clausulam, lege promulgata, relegandam esse à Regno existimet doctor Cabedusvus ex compilatoribus legum Regni decil. 37. nu. 2. lib. 1. vbi ob id contra eam s̄epissime dispensati in tribunali Palatij asserit. Licet in illo diplomate ab hoc Senatu iam scripto super illius clausulae dispensatione in favorem Ferdinandi Roderici Lobrego cū Gaspar de mercado noluerit Philippus Rex maximus se subscribere dubitans de eius concessione, vt quia erat in præiudicium partis, vt in l. nec auus. C. de emancip. liber. anno 1594. Scriba Petro á Costa. Nec enim par est, vt qui ex causa transactionis aliquid ab

aduersario recepit, si transactio ex aliqua causa contraueniat, aliter audiendus sit, quam redditum ea quantitate, quæ ex causa transactionis sibi præstata est, si id pars aduersa opposuerit. I. si diuersa, ibi refusa pecunia. C. de transact. I. cum te fundum. C. de paet. inter empt. Afflct. decis. 220. num. 4. l. si atque. C. depac. inter. Quo circa hanc clausulam vti iustum defendit Vallasc. consult. 85. 1. par. Et eam inuenisse dicitur auus. vxoris meæ Lupus Mendesius insignis I. C. ad evitandas lites. Atq; ita exinde illa est in vsu apud Lusitanos, & à tebellionibus in omnibus ferè instrumentis adeo apponi solita, vt licet partes de ea nihil dicant, adhuc tamen ex contrahentium voluntate expressa censetur. I. quod si nolit. §. quia affidua. ff. de ædilit. edict. Euerard. loc. legal. cap. 63. Cotta in memorab. verb. Notarius Couar. in 2. par. rubr. num. 14. de testam. Tiraq. de constit. lim. 31. num. 7. Vnde primo

primo licet clausula nocim
& quæ afficit damnū, & præ
iudicium parti, aliás non cen
seatur comprehensa in man
dato cum libera, ut dixi lib.
1. cap. 3. num. 38. Tamen po
tuisse procuratorem per præ
dictam clausulam dominum
obligare, etiam si in manda
to non fuisset expressi, decla
rauit Senatus in lite Comi
tis da Vidigueira cum He
ctor Mendes de Brito, Anno
1608. Scriba Marco do quin
tal, pro qua decisione facit,
quia procurator etiā simpli
citer constitutus censetur ha
bere mandatum ad ea facien
dum, quæ sunt de consuetu
dine ita Bart. in l. vlt. in fin.
princ. ff. de ijs quæ in fraud.
cred. & in l. si procurator in
princ. ff. de iure fisci. per mul
ta iura ab eo vtrobiq; allega
ta, Felin. in cap. ex literis col.
6. de fid. instrum. Rom. con
sil. 114. col. 2. vbi alia quoq;
ad hanc sententiam pertinē
cia adducunt, Iass. in l. 1. §. si
procurator col. pen. ff. si quis
ius dicent non obtemp. nam
& procuratorem constitutū

ad fideiubendum, potuisse
renuntiare beneficio de duo
bus reis, & beneficio de file
iussoribus defendit Bart. vbi
sup. Et constitutum ad ven
dendum potuisse possessionē
transferre per clausulā con
stituti tuerit Tiraq. de con
stit. 3. par. lim. 13. ex num. 3.
facit etiam quod tradit Bar
bacia consi. 58. lib. 4. vbi di
cit, quod notarius censetur
rogatus apponere clausulas
ex more regionis. Et quanvis
sint multa quæ ex iuris sub
tilitate in contrarium addu
ci possit, certè Senatus & quis
simus æquiorem sententiam
secutus est, vt semper aliás so
let facere, qui omnibus mo
dis veritatem intendit reie
ctis subtilitatibus sectari.

Secundò prædicta clausu
la non solum operatur effe
ctum contra personas in in
strumento contétas, sed etiā
pro hæredibus, & contra hæ
redes, vt per Gam. decis. 369.
Nec enim obligatio, & eius
qualitas mutatur in persona
hæredum. l. 2. §. ex ijs. ff. de
verb. oblig. nam qualis obli
gatio

gatio fuit apud defunctum,
talis esse debet apud eius hæ
redes. l. 2 §. incertam versic.
quoniam. ff. de prætor. stip. l.
postulante. ff. ad Trebell. vbi
Bart. in princ. ex hoc infert
quod quemadmodum clau
sula instrumenti quarenti
gij operatur effectum execu
tionis contra defunctum, ita
contra eiushæredes, commu
niter recipitur ex Iass. in l. si
decesserit. ff. qui satisdar.
cog. Dec. in l. hæredem. ff. de
reg. iur. Auend. in cc. præto
rum. cap. 10. num. 16. Ita ta
men ut si unus ex pluribus
hæredibus contraveniat ille
tantum pro rati hæreditariae
portionis ad depositum te
neatur, uti praxi sapissimè
decisum esse constat. Hoc
tamen fallit si filius hæres
patris velit infringere pro
missionem dotis factam ge
nero tanquam in officio se
ultra tertiam honorum, nam
tunc audiatur sine deposito,
quia in hoc non agit, nec ex
cipit ut hæres, sed ut filius,
quod ius filiationis separatu
est à iure succedendi, ut in

quit Bartol. in l. is potest re
ceptus à Iass. ibi. num. 14. ff.
acq. hæred. & ita practicari
vidi.

Tertiò prædicta clausula 33
non solum in prima instan
tia, sed in causa appellatio
nis, & supplicationis suum
effectū sortitur, nam si Reus
non fuit auditus in prima in
stātia propter prædictā clau
sulam depositariam, & lata
fuit sententia, nec in secun
da sine deposito admittetur,
vt decisum fuit in causa Frá
cisci de Barros cum Franci
co Tello, Scriba Bertolameo
Mouro, Anno 1607.

Quartò prædicta clausu
la habet effectū, etiam si reus
objiciat exceptionē litis pen
dentiæ, ut quia ipse prius in
tentauit actionem ordinariā
contra scripturam, virtute
cuius postea actor egit sum
marie contra Reum, nam
cum diuersæ sint actiones, &
diuersæ qualitatis. l. cū qua
ritur cum sequentibus, ibi
alia res est. ff. de except. rei
jud. Actio summaria im
pedita non debet, ut censuit Se
natus

natus in lite Giñ Mendes cum Marcos Luis, Scriba Christophoro Ribeyro, Anno 1609. Nam alias daretur occasio huic cautellæ ad impedientiam actionem sumariam, quam frequentari vidi in foro Castellæ, & fatetur Soares in l. post rem, declaratione l. regni. vers. circa iudicem. num. 17. vide supra cap. 3. num. 18.

Quinto praedicta clausula habet etiam effectum contra quemcunq; tertium rei possessorem, qui neq; contraxit, nec se obligavit, aduersus quem tamen executiue agitur pro solutione census, nam id est iudicium debet esse de parte, quod de toto, & clausulæ accessoriæ secundant naturam sui principalis, decidit Senatus in lite Dida ci Pinto cum Petro Rodrigues bueno, Scriba Dominico de Chaves.

Sexto praedicti clausula adeoluim effectum sortitur, vt etiam si à Senatu Palatij super ea dispensemur, si tam in dispensatione nulla fiat

métio alterius clausulæ, quæ etiam in instrumento apponi solet, qua contrahens promittit se prædictam dispensationem non impetraturū, nec ea usurum etiū motu proprio concessa, adhuc prædicta clausula habebit effectum, & talis dispensatio subreptitia censebitur, pro ut iudicauit Senatus in lite hæredum Pauli Gomes, Scriba Duardo Borges, quæ decisio optimè fundatur ex Affl. & alijs, quos circa similem clausulam citauimus supra lib. 2. cap. 4. num. 10. in fine. vers. dummodo tamen, & confirmatur ex notabili Ordin. lib. 3. tit. 37. §. 3.

Cæterum praedicta clausula in pluribus casibus fallit, & in primis puto prædictam clausulam restringendam esse ad ea dūtaxat, quæ apparuerint ex eodem instrumento per fidem tabellionis contrahentem recepisse, nō vero procedere in deposito confessionato, nec enim illud habet priuilegium veri depositi secundum Bald. con-

Gl. 384. lib. 1. Soc. consil. 142.
 lib. 1. num. 7. refert Tiraq. de
 retract. conuent. vers. quod
 consignare. §. 4. glos. 6. n. 14.
 Et non ex alia causa, quam
 quia nihil constabat de re-
 cepto, credo à sacro Senatu
 fuisse dispensatum de prædi-
 cta clausula Iorgo Mendes
 Vilhalobos cum Gaspar da
 Sylua ad infringendum con-
 tractum ex ænormissima læ-
 sione, Anno 1584. Sc. iba Pe-
 tro de Seixas, nam prædicta
 clausula in vim pœna tunc
 videtur esse apposita, vnde
 succedit quod pœna ex tran-
 sactione promissa, non nisi i-
 te iam definitiæ decisa, peti-
 possit, imo & ab eius solu-
 tione excusatatur, qui habuit
 iustum causam litigandi, vt
 in l. qui Romæ §. duo fratres
 vbi Paul. & Alex. num. 5. ff.
 de verb. oblig. facit tex. vbi
 glos. in l. de rebus. ff. de arbi-
 tris Molina lib. 4. cap. 9. nu-
 mer. 44.

36 Item & secundò si scrip-
 tura nō est liquida, ac pro-
 pterea debeat procedi per viu-
 libelli, sic pars audiatur sine

deposito in ijs, quæ non sunt
 contra substantialia contra-
 ctus, sed tantum quo ad li-
 quidationem, vt decisum
 fuisse constat à Senatu in cau-
 sa Barbaræ da Sylua, Scriba
 Gaspar de Carvalho, Anno
 1606. Pro qua sententia fa-
 cit, quia licet statuto, vel le-
 ge prohibita sic contra instru-
 mentum exceptionis obie-
 ctio, cum hic contra instru-
 mentum nihil opponitur,
 sed aduersus definitionem cer-
 te iphus contractus quanti-
 tatis, quæ ex ipsa scriptura
 certanō est, nō obstante præ-
 dicta lege, & statuto talis ob-
 iectio admittitur, vt expre-
 sim asseuerat Bald. in l. 2. nu-
 m. 7. C. de executione rei judi-
 quem sequitur Hypot, sing.
 168. fatetur Couartu. lib. 2.
 var. cap. 11. num. 1. col. 5.
 vers. p. imum ex ijs, & magis
 in terminis Cald. in l. si cu-
 ratorem. verb. vel aduersarij
 dolo. num. 22. post princip.

Item & tertio clausula de
 posicaria non habet locum
 in ijs, quæ extra obligationē
 principalem petuntur, nam

en illa scriptura in qua con-
tinebatur clausula deposita-
ria, ice & poena contra impe-
erantem reascriptum Palatij
aduersus predictam clausu-
lam decreuit Senatus audi-
dum esse reum sine deposito
super poena, in causa Domini-
ni Ioann. de Vilaverde cum
Domino Hieronymo de Al-
meyda, Scriba Dominico
Dias Murzelo, Anno 1607,
non obstante clausula depo-
staria, quia non poterat de
illa fieri extensio ad poenam
ex tex. 10 l. d*o* clausula ff.
de verb. oblig. Clement. 2.
de pocurat. l. si stipulatus.
ff. de verb. oblig. Imol. in ca-
pit. ex literis extra, de iure
patron. Et idem dico si pe-
titur interesse propter mo-
ram, nec enim predicta
clausula potest extendi ad
casum, de quo non loquitur
ex reg. si unus. §. ante, ibi in
alio re. ff. de pocis, cum pre-
dicta clausula sit odiosa iux-
ta regulam, quae a iure de reg.
iur. in 6.

Item & quartò nos ob-
stante predicta clausula ex-

ceptio falsitatis admittetur,
dummodo falsitas sit contra
substantialia instrumenti, se-
cūs vero si contra accessoria
nempe contra hypothecam,
vel poenam, iuxta tex. in l. fa-
tis aperte iun. glof. verb. obli-
gitur. C. ad l. Cornel. de fall.
1. ff. n. 1. 4. §. condemnatum.
num. 9. ff. de re iud. & dum-
modo in continentia offe-
ratur probatio falsitatis, argu-
mento tex. in l. fin. C. liex
falsi instrum. Abb. in cap. ful-
citat de in integ. restit. vbi
probat ex predicta exceptio-
ne incontinenti probanda
suspendi executi nem, Co-
r. in prax. cap. 16. num. 2.
Nec enim dicitur instrumen-
tum illud, quod est falso,
etiam si statuto reiecte sint
omnes exceptiones, Menos.
lib. 2. prælumpt. 48. Asinus
in prax. § 31. cap. 50.

Item quin è exceptio non 39
licitis instrumentis, & obliga-
tionis admittetur non obsta-
te predicta clausula, nam an-
nullato contractu principali,
consentiri clausule in eo
contente annulataz. glof. in
l. 3.

I. 3. §. 1. verb. favian a. ff. si
guid in fraud. patron. quam
multum comendant plures
auctores, quos refert Vallas.
consult. 85. num. 3. i. bar. &
ultra eos illam valde notat
Palat. in repetitione rubri-
ca. §. 76. num. 6. Auiles in
cc. prætorum. cap. 10. glof.
verbo. execucion. num. 61. &
firmat Bart. in l. diuus Tra-
janus. ff. de testam. milit. n. 1.
& est similis glof. quæ vide-
tur idem sentire in l. vendi-
cantem. ff. de euictioh. dum
allegat tex. in l. quemadmo-
dum. C. de agricol. & censit
lib. 11. Ex quibus deducitur
quod si non tenet cōtractus
principalis, non incurritur
pœna ex contrauentione, co-
mendat Cæpola in caut. 131
Iass. in l. certi condicō. §. si
numos. num. 36. ff. si cert.
pet. vbi Dec. col. 2. Pro qua
sententia expedi potest etiā
tex. in Ordin. lib. 1. titul. 62.
§. 49. & tex. in lib. 4. tit. 48.
§. 1. ibi, ou prometta pena
algua. & ibi todo seranenbū.
nam vbi non tenet princi-
palis dispositio, nec tenent

quæcunq; clausæ in eo con-
tentæ, ad quod etiam alias
concordantias adducit Ti-
raquell.lib.de iur. constituti.
limi. 7. no. 24. Vnde in pro-
posito contra instrumentum
quod est nullū non obstante
clausula depositaria audietur
pars, dummodo ipsa nullitas
apparet ex eodem instru-
mento, vt probat Vallasc.
vbi sup. cui subscrabit Ca-
bed. decis. 37. num. 4. lib. 1. &
consuluit Ruyn. in simili ca-
su. consi. 78. nu. 8 lib. 4.

Vnde si contractus sit nul-
lus, vt quia usurarius, pro vt
supradixi num. 29. audietur
pars sine deposito, quicquid
immerito dubitet Vallasc.
vbi supra, & sic caute faciet
debitor si agat de usura co-
ram Ecclesiastico, & petat
inhibitoriam cum licentia ta-
men Senatus maximi, iuxta
Ordin. lib. 2. tit. 14. Nam hoc
casu iudex laicus debet su-
persedere per cap. tuam de
ordin. cogn. quod contra An-
gel. in l. 4. §. condemnatum,
quem refert ibi Alex. nu. 17.
ff. de re iud. tenent plures
quos

quos refert Barbosa in l. Tita.
num.49. ff. solut. matri-
monio , Gaspar Rodericus
Gallecus de annu. reddit. q.
3.2 num.122. cum sequenti-
bus, Gama decis. 194. nu. 2.
Nisi fraudulenter quis mo-
uerit litem nullitatis , vt per
Innoc. in cap. cum in iure de
officio delegat. Gutierrez de
juram. confirm. cap. 2. ex nu.
19. & 23. Idcirco pro fisten-
da executione forte ex pre-
sumpta fraude inhibitoriam
huiusmodi promulgari no-
luit Senatus maximus per-
mittere in causa executiva
Ferdinandi de Saldaña cum
domina Felipa demello, Scri-
ba Emanuele Fernandez La
mego, Anno 1608. & in cau-
sa Iorgei Rodriguez á Co-
sta cum domino Ludouico
de Sylueira, anno 1609. Scri-
ba Bertolameo Moro. Aliás
autem ab inhibente poterit
supplicari ad iudicem coro-
næ , vt dixi in lib. I. cap. 2.
num.8.

41 Item & sexto exceptio il-
la quod dies solutionis non-
dum cessit admitti debet, nō

obstante prædicta clausula,
& ratio est quia actioni lo-
cū non est donec terminus
soluendi durat , & non est
elapsus.l.1. C. de condic. ex
lege, vbi Angel. si mandaue
ro in princ. ff. mandat. l. eum
qui calendis. ff. de verb. obli-
gat. Secunda ratio est , quia
licet hæc exceptio à Reo nō
opponatur iudex ex officio
potest creditorem repellere
ante diem agentem si ex in-
strumēto sibi constiterit diē
nondum venisse secundum
Bart. in l. lecta. col. 4. ff. si
cert. pet. Tertia ratio est ,
quia ipso iure non competit
potentia agendi ante diem,
iuxta tex. in l.1. C. vt. actio-
nes ab hæred. & contra hæ-
red. quæ resolutio vera erit
nisi debitor suspectus esset
de fuga, vel alia iusta causa
interueniceret, nam tunc ante
diem agere poterit argum.
tex. in l. quæ situm iun. glof.
verb. quia interest. ff. de pig-
nor. & in l. 17. tit. 13. par. 5.
explicat M. sc. conclus. 456.
de probat. Soar. in l. post rem
iud. lim. 7. num. 2;

Item

42. Item septimò ; p̄dicta
~~inclusa~~
~~prædicta~~
~~et~~ clausula fallit, si ante aduen-
 tum diei persona obligata
 intentet actionem ad rescin-
 dendum contractum ratio-
 ne simulationis; quanvis Ca-
 bed. arest. 26. lib. 2. pag. 384.
 aliud existimet ex eo, quia
 in effectu per istam actionē
 intendit obligatas impeditre
 solutionem, & quod non li-
 cet per unam viam, nec per
 aliam licere debet l. oratio-
 ff. de sponsal. Quæ tamen
 opinio sic generaliter intel-
 lecta vera non est, & aperte
 concordat ex eo, quia si per
 exceptionem simulationis,
 ut quia illa exactis appareat,
 vel incontinenti probetur,
 potest quis impeditre actionē-
 nem, non obstante p̄dicta
 clausula, quia simulatio redi-
 dit contractum nullum ex
 Ordin. lib. 4. tit. 71. ac prop-
 terea clausula depositaria an-
 nullatur, pro ut dixi sup. nū.
 39. deducitur ex inde quod à
 fortiori agi poterit per libel-
 lum ad annulandum contra-
 sum ex ijs, quæ supra proba-
 mi cap. 21. num. 44. Neg. ob-

stat auctoritis Senatus rela-
 ta á Cabed. vbi sup. quia ibi
 tempore actionis iam adue-
 nerat dies solutionis, quo ca-
 su calumnia p̄sumebatur,
 & ideo rectè iudicavit Sena-
 tus reum non audiri, nisi fa-
 cto deposito, nam si tunc tol-
 lebatur exceptio, multo ma-
 gis & actio. Sed pro eo quod
 dixi per exceptionem simula-
 tionis posse impeditre actio-
 nem, non obstante p̄dicta
 clausula, videndus est Bald.
 in l. cum precibus post prin-
 cip. C. de proba. vbi ait quod
 si ex statuto nulla possit op-
 ponere exceptio aduersus in-
 strumentum, potest tamen
 opposi quod est simulatum,
 & idem tenent complices,
 quos latissime refert Tiraq.
 de retract. linag. S. I. glos. 2.
 num. 13. Nec obstat si obje-
 ciatur quod id faciens vide-
 tur allegare suam turpitudi-
 nem contra l. cum profeatis.
 C. de reuoc. donat. quia
 & huic objectioni facile res-
 pondetur, id minimè proce-
 dere cum allegatur simula-
 tio, ut per Bart. in l. post con-
 tractum

tractum. col. 3. ff. de donat.
Tiraq. vbi sup. num. 16.

Item octauo, prædicta clausula non habet locum si reus excipiat ex remedio. l. 2. C. de rescind. vend. Nam eadem necessitate, qua ad vendendum peruenit vendor, videtur istam clausulam adiicere, & ideò qua facilitate circumuenitur vendendo viliori pretio, circumuenitur in adiectione præd. claus. argum. l. doli mali. vers. diuersum. C. de nouat. vniuersitatisq; enim contractus initium spectandum est, & causa si procuratorem dedero. ff. mandat. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. l. 3. C. ad Maced. Et quanvis Cabed. decis. 37. num. 5. lib. 1. varie in hoc casu assueret se vidisse in Senatu iudicari, modo sic, modo non, & nihilominus affirmet frequenter decisum fuisse prædicta clausulam suum effectum operari, & reum non esse audiendum, quia agit de rescindendo, & non de annullando. Tamen prior sententia ve-

rior est ex eo, quia si renuntiatio. d. l. 2. nihil præstat ex Regia constitutione. lib. 4. tit. 23. §. 9. quicquid aliud velit communis, quam resolutus Couar. lib. 2. cap. 4. num. 1. Sequitur quod nec etiā prædicta clausula præstare debeat, nec per indirectum valeat contra regulam. l. Scius, & Augerius. ff. ad l. falcid.

Item nonò prædicti clausula non habebit locum, si reus excipiat de laesione enor missima, cum eo casu ex dolo præsumpto contractus sic nullus. l. si superfluite vbi gl. C. de dolo. nec. n. vlla renuntiatio illius valet, vti probatur in lib. 4. tit. 13. §. 9. tradit Couar. lib. 2. var. cap. 4. n. 5. Menoc. lib. 1. de arbitr. questione. 71. num. 18. & similiter nec ista clausula depositaria valere debet. In quam sententiam se inclinat Cabed. decis. 37. num. 5. lib. 1. & postea ita etiam iudicavit Senatus in causa domini Hieronymi d'Almeyda cum domino Ioanne de Noronha, Scriba Vicentio Ribeyro,

anno

Anno 1607. & in lite Augu-
stini Franco , Anno 1609.
Scriba Sebastiano Gonçal-
ues de Lima.

*✓ Abi ip
per 37 annos
gabriel pto
et 34 nos*

45 Itē decimō prædicta clau-
sula non operatur effectum,
vbi reus vtitur aliqua excep-
tione dilatoria, vt quia decli-
nat forum iudicis , corā quo
conuenit ratione incom-
petentiaz, vel eum recusat, vt
optimē differit Cabed. decis.
37. num. 6. 1. par. Imo licet
contrahens renūtiauerit suo
foro cum prædicta clausula;
tamen eius hæres minor in-
tentare poterit declinato-
riam, & remittiēdus erit pro-
vt decidit Senatus in lite Ca-
terinae de Moura cum hære-
dibus Gaspar Mendes, Scri-
ba Sebastiano Gonçalues de
Lima, Anno 1607. Nec ob-
stat tex. in l. hæres absens. ff.
de iudit. quia non intelligi-
tur de pritilegio clauso in
corpore iuris pro vt expli-
cat ibi Bart. & cæteri com-
muniter , & tradit Couar.
præct. cap. S. num. 4. vide su-
pra. cap. 21. num. 5. onim

46 Item prædicta clausula,

non operatur effectum, do-
nec in conuentione recipro-
ca , & contractu respectivo
ex alterutra parte detur im-
plemetum , vt actio oriatur,
iuxta tex. in l. ex placito. C.
de rerum permutatione , &
ita iudicauit Senatus in lite
Petri Gonçalues da Camara
cum Michaele Aluares, Scri-
ba Hieronymo de Mendo-
ça. Nam in contractu inomi-
nato facio vt facias ante im-
plementum , etiam si actor
præparetur ad faciendū, po-
test pars altera pœnitere ex
l. si pecuniam. ff. de condi-
tione causa data , vbi Lff.
num. 6. & cum facti condi-
tio sit in eius fauore, nil mi-
rum si possit ante impletum
factum, eirenūtiare ex l. pen.
C. de pac. decidit ita ex ijs Se-
natus in lite Chribophori
de Iranço cum Hospitali Re-
gio, anno 1617. Scriba Simo-
ne de Lemos.

Item vndecimō prædi-
cta clausula non habet lo-
cum, quando extra personas
de quibus directè loquitur
instrumentum, tertius præ-
tendat

cendat pro suo interesse, posse enim quod pro tali fundo promitto soluere centum, ex quibus 50. tibi dabo, & reliqua cuicunq; ea pertineant, & debeantur, proculdubio quod te operabitur effectu, quo ad alios non, & ita decisum extat in litiè Hieronymi Gomes, Scriba Marcos do Quintal. Et ratio est, quia alteri per alterum non queratur obligatio. I. stipulatio ista §. alteri. ff. de verb. oblig. I. ea quæ ciuiliter. ff. acquir. rerum domin. I. quæcunque gerimus. ff. de act. & obligat. I. multum interest in si. iun. glos. ibi, & Bald. C. si quis alteri, vel sibi, & pro prædicta decis. est dictum Bald. in I. pro te. C. de dotis promissione, Soares in I. post rem. limit. 2. vbi hoc alijs rationibus confirmat. Contrarium tamen defendi potest ex ijs, quæ tradit Bart. in I. I. in fin. ff. de ijs quæ in testam. delent. vide supra. num. 33. ver sic. 5.

Item decimo tertio prædicta clausula cessat, si con-

uentus, est incarcерatus, pro ut decisum esse constat ex decreto Senatus in lite Ioannis Rodrigues cū Honofre Fernandes, Scriba Vicentio Ribeiro, Anno 1609. Sicut etiā cessat si Reus dedit pignora in executione, ut per Cabedū decis. 37. I. par. num. 3.

Item decimo quartò, præ 49. dicta clausula fallit in minore, nam ille aduersus prædictam clausulam vti nocivā, pro ut ostendimus sup. nu. 30. restitui poterit. Nec enim remedium restitutionis vlo casu censemur exclusum, ut obseruat gl. fin. in I. postquam liti. C. de paetis. Barbosa in I. quia tale. num. 5. 8. ff. solut. matrim. dixi sup. cap. 21. nu. 70. Idq; ex alia ratione comprobari potest, nam quanvis is qui contendit transactiōnem ipsam impugnare, tenetur statim actione propofita pretium restituere. I. si diversa. C. de transact. nec aliter super ea actione audiri possit, ut dixi sup. num. 30. Tamen minor petens contractus recissionem non te-

netur

netur usq; ad finem litis premium restituere, ut constat ex l. vnicā iun. glo. ibi, verb. debet restitui. C. de reputationibus, quod ut singulare notauit Molina lib. 4. de primog. cap. 9. num. 44.

50 Item decimo quinto praedicta clausula fallit, si debitator agat de nullitate contractus, antequam veniat tempus solutionis, quo erat obligatus praedictam solutionē deponere, ut ibi, depositaria oque estiuer deuendo por bendo dito contracto: nam cum dies obligationis non venisset, cessat obligatio depositi, quia qualitas deponendi adiuncta verbo obligationis intelligitur secundum tempus obligationis iuxta regulam tex. in l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa l. Titius. ff. de milit. testam. Bart. in l. ex facto. col. 1. ff. de hered. instit. Et quanuis adhuc ex ijs noluerit Senatus grauaminius debitorem dominū Franciscum Lobo audire sine deposito, re tamen maturius considerata Senatus maxi-

mus per diploma Regium, cum audiri iussit absq; depo sito, non obstante praedicta sententia supremi Senatus in contrarium iam in eo casu lata in lite præd. dom. Francisci Lobo cum domina Luisa Pereyra, Scriba Michaela Couceyro, Anno 1610.

Item decimo sexto praedicta clausula fallit in cessionario, in quem non transit ius & effectus praedictæ clausulæ depositariæ, quæ fuerat cum primo creditore, vt cœsuit Senatus in lite Iorgei Rodericī à Costa, Anno 1615. Scriba Ludouico Gomesio de Barros. Quæ tamen decisio difficultatem habet ex eo quia omne ius executionis, & executium, imo & clausulam constituti, & ius arbitrij, veluti si quis aliquid mihi promisit facere meo arbitrio, omnia hæc, & alia, cedi, & in singularem successore simpliciter transire resoluit Tiraq. de retract. §. 26. gl. 3. num. 22. 31. & 33. Defenditamen potest praedicta decisio ex traditis ab Alex. in l. 1.

S. vlt.

S. vlt. ff. nou. oper. nuntiet,
vbi scribit illud ius ce li non
posse, quod concessum est,
habendo spetialem fespectu
ad personam, & ante eum
idem dicit Bald. in cap. de
cetero post med. extra de re
iud. & ideo si mulier cedat
actionem ad repetendam do
tem, is non habebit priuile
giū tacite hypothecā quod
mulier habebat secundum
Bald. in l. 1. col. 4. vers. que
runt. C. de priuileg. dot. se
quitur Iass. in l. cum fundus.
S. 1. col. pen. ff. si cert. petat.
in quo tamen vide Batt. in l.
post dotem. col. vlt. ff. solut.
matrimonio.

52 Item decimo septimo fal-
lit, si instrumentum sit con-
fectum post triginta annos,
quo tempore omnis actio præ-
scribitur, imo quantis aliqua
impediant predictam præ-
scriptionem, ut in Ordin.lib.
4.titul.79. Adhuc tamen in
via ordinaria absq; deposito
Reus audiri debet, ut recte
deduci potest ex ijs quæ tra-
dit Soares in l. post rem.lim.
6. & ex alijs ll. Castellæ, quas

*De absignatione decem
ad lib. ut dierum.*

HI decem dies assignan⁵³
tur in audiencia per
viam actus. sine aliquo libel-
lo secundum Bart. in linea-
ff. dere iud. Rebus. de liter.
oblig. artic. 6. glof. 3. num. 5.
Et in eis non solum tenetur
debitor suas exceptiones al-
legare, sed & probare, alias
licet exceptiones sint admis-
sa, Reus non excusatur à co-
demnatione, & executione,
non obstante appellations,
vii apertissimè nostra con-
suetudine cauetur. Quod si
impedimenta objecta intra
decem dies sint recepta à Iu-
dice sine cōdemnatione (uti
aliquando contigit) & illis
pars aduersa contrariauerit,
& processu concluso nihilo
minus condemnatio fuerit
postea subsecuta, forte ex de-
fectu probationis, vel ex alia
causa, tunc appellatio admit-
titur, & executio s̄istit; idq;
praxi receptum est ex eo,

R quia

quia cum impeditamenta, vel exceptiones recipiuntur abs quæ condemnatione, iam sit via ordinaria. Et cum lex Regia de hoc casu non disponuerit, remanet ille in dispositione iuris communis per ea quæ dixi lib. I. c. 2. n. 16. Nec enim lex ista, quæ loquitur de via sumaria extendi debet ultra casum, de quo loquitur, cum sit exorbitans à iure communi, quo via sumaria ista non erat cognita, ut in l. minor 25. annis, cui fideicomissum. ff. de minor. & ita decimum fuit à Senatu anno 1608. in causa Benedicti Pauli cum Antonio Cortes, Scriba Simone de Oliueira.

54 Item hi decem dies sunt peremptorij à iure concessi & pro forma assignantur, ita quod nulla ex causa abreuiari, vel prolongari possunt Cabed. decif. 28. 1. par. quod procedit etiam si pars supplicauerit it à Judice assignante decendum, & fecerit petitionem grauaminis, decendum curret à die, qua iu-

dex illud à principio praefixerit, vii decimum fuisse testatur Cabed. decif. 30. nr. 2. 1. par. Quanuis aliud postea sjudicauerit Senatus in lite Gaspar hominem Cardoso cū Feliciano Coelho de Caruelho anno 1608. Scriba Emanuele Gutierrez, vt donec acta sunt in Senatu cum petitione grauaminis decēdiū nō currat. Nec item praedicti decem dies iam incæpti sulpedi possunt per ingressum feriarum quia sunt continui Bald. in l. I. & vlt. C. de febris, & ita Senatus admisit. Cæterum decendum non curret, si Scribi nō misit processum procuratori rei conuenti secundum Cabed. decif. 28. 1. par. Nec si distributio nō fiat, vel si mandatum actoris non appareat, vel si culpa Notarij non fuerint testes examinati, quia impedito nō currit tempus argum. l. I. §. dies autē. ff. quādo appell. sit l. vnic. ff. libell. dimis, vel si tempore luctus citatio sit, vel si reus intentauit exceptionem declinatoriam fo

ri, vel in competentia iudicis, quicquid Cabed. decis. 30. 1. par. nam prius debet constare de potestate iudicis. § Sed & illud opportunè quæri potest an si transacti sint decem dies, Reus possit uti aliquo remedio? Et non nulli existimarent posse Reum suas exceptiones probare per confessionem partis aduersæ elaplo illo termino Vallasc. de iur. emph. quæst. 7. n. 29. Nam & contra sententiam transactam in rem iudicatā, & quæ exequitur, potest obijci de confessione actoris, ut per DD. quos supra retuli. cap. 21. num. 52. cum etiam elapsis decem diebus, possit actor compelli ad iurandum de calumnia ut per Soar. in 1. post rem. vers. sed pulchrū. fol. 146. ff. de re iud. quicquid Auend. responso 18. aliud ve lit, & probat Ordinat. lib. 3. tit. 43. §. 1. ubi in quacunq; parte potest actor compel- 59 li ad iurandum. Potest etiam similiter reus elapso decen- dio se defendere cum omni- bus illis exceptionibus, quæ

dictæ sunt in §. præced. Nam licet non probetur plenè intra decem dies, sufficit tamen allegare intra illum terminum, dummodo constet ex actis de iustitia illorum, ut resoluit Soar. in 1. post rem iud. 2. par. declar. 1. Regn. §. sed pro evidentia. num. 49. & 50. Vel si exceptiones à iure insint, & in iure consistat, ut per Bart. in 1. si unus. §. pa- catus. 7. col. vers. si vero appa- ret. ff. de pact. & in 1. lecta. 4. col. ff. si cert. petat. Ex quo infero quod etiam elapso de- cendio poterit filius oppone re exceptionem Macedonia- ni agatur contra illum ex mutuo, & mulier exceptio- nem Velleani, nec est néces- se probare aliquid infra decé dies, cum istæ sint exceptio- nes iuris, si est notorium esse filium fam. de hoc videtur casus notabilis in 1. tametsi. ff. ad Maced. & quod per il- lum tenet Bald. in 1. si filius fam. 3. col. C. ad Maced. ubi dicit, quod ista defensio po- 60 test opponi post sententiam, quinimo iudex, ex officio in

supradictis casibus poterit re-
pellere auctore absq; eo quod
á debitore requiratur, quia
aduersus agétem absq; actione-
ne Index potest impariti of-
ficiū suū ad utilitatē priuatā
secundum glos. in l. vbi pa-
ctum verb. pōna. C. de tran-
sact. communiter receptā ex
Tiraqu. in l. si vnq; verb. re-
uestatur. num. 281. C. de re-
uoc. Rebus. de līter. oblig. ar.
1. glos. 9. nu. 28. Pro qua se-
tentia facit &c aliud funda-
mentum efficacissimum, nā
dicet transactis detem diebus
ex Ordin. reiecta remaneat
omnes exceptiones, & non
admittantur, illæ tamen op-
poni poterunt, quæ appetat
ex inspectione instrumenti,
aut sententiaz, ut est verum
Bald. axioma in l. si ex præ-
dijs. C. de euicōn. notavit
glos. in l. i. Si hoc intendit
pertinet vers. siue suprema
tabulae verb. imparitiām.
ff. de tab. exhib. Maf. de pro-
bat. quest. 8. num. 18. lib. 1.
Menoch. de adipiscend. in q.
remed. num. 530. Nec item
illa exceptio præsumitur re-

iecta, quæ inest ex subiecta
materia, ita Felini. & Dec. in
cap. ex parte o. 2. limit. 10. de
officio deleg. &c. alios recen-
set Assinius in praxi. S. 31.
cap. 29. exemplum affertur
in exceptione cedendarum
actionum, quam fideiussor
opponere potest contra cre-
ditorem, tamē si statutum
rejicit omnes exceptiones,
sic docuit Bald. in auth. præ-
senti. col. 1. vers. quæ o dicit
statutum. C. de fideiussor.
quem sequitur Rom. consil.
344. num. 5. & alia exempla
ponit Menoch. lib. 2. præ-
sumpt. 48. num. 14. & 15.
Nec item illa, quæ respicit
inhabitatem personæ nun-
quidm à statuto cealetarre
iecta Menoch. sup. num. 6.
vbi cumular. alias exceptiones,
quæ admitti debent non
obstante statuto omnes ex-
ceptiones rejiciente.

S. 6.
De quisquennio quod debit
tori præstari solet à majori
parte creditorū.

V T huic beneficio lo-
cus esse possit, omnes
cre-

creditores citari debent etiam absentes Bart. in l. rescriptum. ff. de paet. vbi Iass. dicit receptum. num. 4. vnde remissio per dolum concessa non nocet alijs Bart. in l. fin. num. 8. de appell. recip. Et licet ea creditoribus nocte etiam habentibus priuilegium ut in d.l. rescriptum. 63 Tamen creditori habenti fideiussorem non obest, quinimo fideiussor conueniri potest. l. si precedente 58. §. Lutius Titius. ff. mandati quem tex. summe notat Mathes. no 11b. 105. Greg. in l. 6. tit. fin. par. 5. & primò notandus est in eo quod exceptio, que prodest principali non prodest fideiussori contra. §. 1. Inst. de replicat. l. exceptiones a 2. ff. de except. Secundo in eo quod habet in vers. nec enim ut si creditor exegerit in solidum a fideiussore, non habet fideiussor actio nem mandati contra debitorum in solidum, sed pro rata remissionis. Nec item in hoc casu habet locum reg. l. idemque 10. §. generaliter. ff. mandati

vt conuento fideiussore, qui non potest vti aliqua exceptione reo competenti, potest reus eam proponere suscipiendo iuditium pro fideiussore, docet glos. pen. in l. fideiussor. §. quædam. ff. mand. glos. fin. in l. si pro ea. C. eodem, est recepta sententia secundum Hypolit. in rubr. de fideiussor. num. 328. Ang. in §. 1. num. 7. de fideiussor. Item prædicta concessio, &c. 65 remissio non nocet habenti debitum iuratum, vti ex pluribus refoluit Gutierrez. de iuram. confirm. 1. par. cap. 65. & pro cautela notavit Ferrar. cap. 55. Nec ei similiter qui habet sententiam, & fecit pignorationem, & executionem, vt decreuit Senatus in lite Jorgei Barreto, cum Jorgeo Roderico Luis, Scriba Dominico de Chaves, Anno 1613. Quanuis antea aliud vilum fuerit Senatus in lite Didaci Duarte cum Aluaro da Costa, & Joann. Laurentio, Scriba Marco do Quintal, Ann 1607. & nunc in lite Lupi Rodrigues, cum

Roderico Aluares , Anno
1617. Scriba Simone Soares.
Nec etiam in causa depositi
locum habet ut in l. si ventri
§. in bonis. ff. de priuil. cred.
l. 9. tit. 3. par. 5. in fin. l. pro-
curatoris. §. planè. vers. sed si
dedi. ff. de tribut. l. si quid ta-
men. C. qui potior. Nec etiā
in causa furti argumēto tex.
in Ordina. lib. 3. titu. 37. §. 6.
Nec etiam, ei qui mutuas pe-
cunias creditit, vel merces
vendidit habita fide de pre-
tio mercatori biduum, vel
triduum ante decoctionem,
quia ex breuitate temporis
fraus dignoscitur, & consil-
lium initum à decoctore præ-
sumitur ut per Bart. & alios
quos citat Tiraquel. de re-
tract. §. 1. glos. 7. num. 76. nec
enim decoctor, qui comittit
dolum & fraudem, gaudet
quinquenio. l. sed si ex parte.
§. interdum. vers. quanquam
ff. quod cum eo, facit Ordin.
lib. 5. tit. 66. §. 2. Strach. de
mercatis. tit. de decoctoribus.
6. par. num. 20. Tiraq. in l. si
vnquam. verb. bona. num. 5.
C. de reuoc. donat. & ideo

iste creditor alijs præfere-
tur, quia non censetur trans-
tulisse dominium mercium,
aut pecuniae, Neguzant. de
pignor. 2. memb. 5. par. nu. 9.
in fin. Matiens. in l. 7. glos. 5.
num. 9. tit. 16. lib. 5. recopill.
imo si extant, revindicare
poterit. l. si ventri. §. in bo-
nis. vers. si tamen nummi. ff.
de priuil. cred. Ordin. lib. 4.
tit. 5. §. 2. & ita consului.

Alio etiam remedio vt
potest debitor inops incar-
ceratus, qui non habet vnde
se alat, ut petat sibi à credito-
re alimenta præstari, nā alias
á carcere solui debet, ut ex
praxi seruari testatur Vallas.
consil. 1. num. 8. Gama de-
cis. 261. qui ampliat in per-
sona cessionarij, & notat etiā
Cabed. decis. 83. 1. par. & ita
esse de iure communi Impe-
ratorum probat Matiens. in
l. 4. tit. 16. glos. 1. lib. 5. recop.
licet Castellæ aliud sit per il-
lam legem. Item amplia no-
tabiliter in praxi quod etiam
ante sententiam cessionis bo-
norum interim dum currit
causa super cessione, incar-
cerato

cerato alimenta à creditore
præstari iussit Senatus in li-
te Dominici Rodrigues cū
Petro Gonçalves, Scriba Ni-
culao Pereira, Anno 1610.
Limita si debitum descendat
ex delicto, ut quia in eo do-
lum aut fraudem debitor cō-
misiſſet, aut crimen steliona-
tus, aut quia depositum ne-
gauit, aut eo fuit vſus contra
deponentis volūtatem. l. qui
depositum. C. depositi cap. t
eodem tit. idem de pignore.
l. si pignore. ff. de furtis.

68 Sed & his etiā addes nota-
biliter ut quāuis debitor per-
ceſſionem, vel alijs modis,
de quibus suprā creditoris
exactionem effugere possit,
tamen si ille filios diuites ha-
beat, cauē á filijs debitum
extorquere poteris, si dicas
debitum in alimenta filiorū
fuisse conuersum, tentauit

Bart. in l. his solis. 49. ff. de
condict. indeb. Roman. sing.
213. Cæpol. caut. 246. Iaff.
in d. l. his solis, vbi pro hoc
allegat tex. in l. ei qui, ad fin.
ff. quod cum eo, & in dubio
pater accipiens pecuniam,
videtur accepisse pro fami-
lia, idest liberis nutrientiſ.
Bart. in l. si filius ex num. 37.
C. ad Macedon. Quod sum-
mè notandum est contra il-
los decoctores, qui hodie ma-
ioratum, vel hæreditatem ad
uentitiā dolosè faciunt cum
suis consanguineis in perso-
na filiorum constitui, nam
quāuis illud tanquā in frau-
dem cōmissum reuocari nō
possit. l. qui autem. ff. quæ in
frand. cred. tamen hoc mo-
do recte debitum
recuperari
pote-
rit.

PRAXIS
DE ACTIONIBVS;
ET QVÆ IN VNAQVAQUE
EARVM DE STYLO REQVIRAN-
tur, vt Actor concludat intentum, & qui-
bus modis Reus illis per contrariū
respōdere & excipere
possit.

LIB. IIII.

SVMMMA EX HOC LIB. IIII.

- | | |
|--|---|
| P refatio circa formulas actionum. | C ap. 4. De secundo genere actionum, qua olim prætorie vocabantur. |
| C ap. 1. De primo genere actio num, idest de action. personalibus à iure ciuili descendentibus. | S. 1. De action. reuocatoria |
| S. 2. De actione furia. | S. 2. De act. Scruiana hy poshecaria pignoratitiae. |
| C ap. 2. De actionibus realibus à iure ciuili descend entibus. | C ap. 5. De actionibus perso nalibus pratorijs. |
| S. 1. De rei vindicatione. | S. 1. De cōstituta pecunia, & de act. de peculio. |
| S. 2. De actione confessio ria, & negatoria. | S. 2. De Institutoria, & exercitoria actione. |
| C ap. 3. De actionibus mixtis. | C ap. 6. De tertio genere actio num pretoriarum que ad paenam competunt. |
| S. 1. De act. sam. erciscun. | C ap. 7. De action. preiuditi libus. |
| S. 2. De act. comun. diuid. | C ap. 8. De actionib' bona fidei. |
| S. 3. De actione fin. reg. | S. 1. |

- S. 1. de act. exemplo. 361q.
 S. 2. de euictionibus. 361q.
 S. 3. de actione redhibito. 361q.
 S. 4. de actione quanto mē
 noris. 361q.
 S. 5. de act. ex vend. 361q.
 S. 6. de actionibus locati,
 & conducti. 361q.
 S. 7. de actione pro socio. 361q.
 S. 8. de actione depositi. 361q.
 S. 9. de actione mutui. 361q.
 S. 10. de actione cōmodati. 361q.
 S. 11. de actione mandati. 361q.
 S. 12. de actio. neg. gestor. 361q.
 S. 13. de actione tutelle. 361q.
 S. 14. de actione petit. her-
 red. 361q.
 S. 15. de actione pro dote. 361q.
 S. 16. de actione ex l. 2. C.
 de rescindend. 361q.

Cap. 9. de actionibus arbitra-

- rijs personalibus in rem
 scriptis. 361q.
 S. 1. de actione quod me-
 tus causa. 361q.
 S. 2. de actione ex dolo. 361q.
 S. 3. de actione ad exhibē-
 dum. 361q.
Cap. 10. de Interdictis.
 S. 1. de interdicto posseſſo-
 rio recuperanda unde vi-

 S. 2. de interdicto retinen-
 da & uti poſſidetis. 361q.
 S. 3. de interdicto adipiſ-
 cenda. 361q.
Cap. 11. de actionibus qua ex
 maleſicijs descendunt.
 S. 1. de actione iniuriarū
 ciuiliter intentata. 361q.
 S. 2. de actione legis Aqui-
 liae. 361q.
 S. 3. de actione noxali.

P R A E F A T I O N

Hoc verbū, Actio,
 quid significet;
 & quot sīnt a-
 ctionum gene-
 ra, quæ species aut differen-
 tiae cum alijs distinctionibus,
 Scholis, cum ad eruditionē

tyronum magis pertineant,
 libenter, & consultō dimi-
 timus, esset enim puerile in
 ijs principijs iuniorū inhæ-
 rere, cum parum nobis con-
 ducant ad praxim, & ideo
 tantum de ijs, quæ magis in

usu frequentantur per ordinem Iustiniani, quatenus praxis requirit, breuiter nobis differendum erit. Nam licet formulæ actionum, quæ olim erant de iure ciuili, sunt sublatæ Pontificia, Cæsaria, & Regia Ordinatione. l. 1. & 2. C. de formul. sublat. cap. dilecti de iuditij. lib. 3. titul. 63. §. fin. & in l. 40. titul. 2. par. 3. Necessariæ tamē sunt utroq; iure, nullaq; institutio omni iure quoad forenses exercitationes frequentior excogitari potest. Nam sine actione nemo hodie experitur in iudicio. l. si pupilli. §. videamus ff. deneg. gest. cap. constitutis. 47. iun. glos. de electione. quanvis proprium actionis nomen in libello exprimi nulla totius iuris necessitate astringamur, ut in cap. fine libell. oblat. cap. 1. de mutuis petit Vallasc. de iure emphyt. quest. 6. num. 9. Auen-dan. responso 1. Quod sit ut licet nomen actionis non sit necessarium exprimere, nec item attendatur an sit inepte actio proposita, tamen factum aptè & purè proponi debet, & ita in praxi utroquè foro obseruatur, quia inutilis expressio actionis non debet nocere facto verè & simpli-citer proposito, & id apud omnia tribunalia iam ubiq; terrarū custoditur, nec quidem ex ineptitudine actionis causa vitiatur Bart. in l. 1. num. 18. ff. de edend. communis secundum Iass. nu. 3. Rip. num. 9. Bolonet. 4. in l. edita. C. de edend. Abb. nu. 19. Felin. 11. in d. cap. dilecti Marant. de ordin. iud. 6. par. cap. de sententia. num. 69.

Ex qua resolutione primò infertur intellectus ad l. 1. §. si autē ex locato. ff. si me sor, nam ideo ibi causa vitia tur, quia ineptitudo consistebat in ipsius facti propositio ne, & ita significant illa verba, ibi intentionem non tenere. Et infertur etiā ad tex. in l. vnica. vers. eodemq; modo. C. de rei vxoriæ actione, ubi si facto rectè proposito actiones conuertantur, non nocebit iuxta superiorem traditionem. Quo sit falsum essa quod

quod vulgo circunfertur ibi
dotis causa illud singulare
fore, constat enim ex supe-
rioribus stricta disputandi
ratione post Théodosium in
l.2. C.de formul. subla. ita ob-
seruandum esse. Infertur etiā
inde intellectus ad tex. in c.
examinata de iuditicijs, vbi nō
actionis nomine, sed in facti
propositione ineptitudo cō-
sistit, cum enim rei vendica-
tionis proprium sit agentem
esse dominum, & aduersariū
possidere. l. officium, & l. in
rem. 23. l. is qui destinauit 24
l. qui petitorio. 36. ff. de rei vē-
dicat. In d. cap. examinata
agens rei vindicatione pro-
posuit se possidere, ex qua
ineptitudine in instantia cō-
dēnatur. Infertur etiam ad
tex. in cap. cum dilecti de em-
ptione, & vendit. vbi canoni-
ci ineptè proposuerunt ven-
ditionem nullam fuisse, cum
proponere deberet pretium
esse supplendum, vel contrā
etum rescindendum ex reme-
dio. l. 2. C.de rescind. vend.
Ideoq; vitiatur instantia iu-
re illis reseruato. glos. ibi, &

Beroius. nū. 33. in d. cap. exā-
minata. Vnde ex ijs facilè cō-
sequitur quām sit tamen ne-
cessarium proponere hīc ea,
quæ aptum ex facto reddant
libellum in vnaquaq; actio-
ne, & ideo de ijs requisitis,
quibus factum rectè propo-
natur, nobis agendum erit.

C A P. I.

*De actionibus personalibus
a iure ciuili descen-
dentibus.*

*De Conditione, id est de
actione condic-
tia.*

Ppellatione huius
Actionis personalis
continetur omnis
condicō, per quam ex omni
causa, contractuyē certū
quid pétitur. l. certi condi-
cō. ff. si cert. pet. In cuius li-
bello requiritur causam pro-
poni, vt in l. & an eadem. §.
actiones. ff. de except. rei iu-
di. ex qua. A. cōcludat reum
condemnari ad dandum, vel
ad

2 ad aliquid faciendum; oportet enim ut sicut partes conuenierunt, eorum placita seruentur. l. i. l. iuris gentium. §. prætor ait. ff. de pact. & ob id contractus ex conuentione legem accipiunt. l. i. §. si conueniat. ff. depositi, & sic passim lex appellari solet. l. legem. C. de donat. l. ea lege. C. de cond. cauf. dat. & non possunt partes ab illis postea resilere. l. sicut. C. de act. & obligat. l. in commodato. §. sicut. ff. comodat. l. i. C. quādo liceat ab emptione descendere. Per contrarium autem Reus articulare poterit de modo non adimpleto in forma, qua conuenierat inter partes, nec enim antea orientur actio, ut dixi lib. 3. cap. 22 num. 46. Vel quia creditor sciens debitori soluisset aliquod debitum citra compensationem concurrebatibus alijs indicis, & conjecturis, præsumitur enim solutio, Cruxetta consil. 129. num. 9. Seclusus si aliaz conjecturæ non concurrent ita Bartol. in l. si quidem. num. i. C. de trans-

action. vbi Bald. & Salicet. Item in hac actione per quā quid faciendū petitur, Reus excipere potest, quod casus superuenit per quem factum fieri non potuit ut in l. 2. §. si quis iuditio, & in l. fin. ff. si quis caut. sentit Bart. in l. stipulationes nō diuiduntur. n. 44. ff. de verb.

Item & appellatione huius actionis cōtinetur conditio sine causa, ut quia promissum vel datum ob causam reuertatur ad non causam. l. i. in fin. ff. de conducta. cauf. data, & sic intelligenda est decisio Cabed. arest. 27. 2. par. nam si quis timore gabellæ soluenda in chancelleria ante decendum debitū cōsiteatur, aut quia nō habet summā petitā ad deponendū ex vi clausulæ depositarix, si nequο non auditur, illud soluat, per cautellam consuluit Vallalc. consil. 56. num. 6. solutum ex vi prædictæ sententiæ, repeti posse per conditionem sine causa, ut quia causa, propter quam soluit, redeat ad non causam, vt por-

ce probata, & delecta usurā, vel alio secundum Bart. in l. Julianus verum debitorem. num. 12. & Iass. nu 10. & 16. ff. de condic. indebit.

S. 2.
De actione furtiva.

Competit hæc actio nō solum aduersus furem, sed etiam contra eius hærem, tametsi rem subreptam non possidat. l. si pro fure. §. fin. ff. de condic. furt. Deinde quia etiam si res furto sublata pereat sine culpa furiis competit ad estimationē quanti plurimi & ad fructus ex ea re perceptos, & percipiendos. l. in re furtiva. ff. de condic. furt. & per eam recuperat quis rem à tertio, qui emit nullo ei pretio restituto. l. 2. C. de furtis. Requiritur autem in hac actione non solum tempus apponit in l. libellorum. ff. de accusat. sed etiam estimationē rei furate secundum Bart. in l. pædius. §. diuus. ff. de incendio ruina, & naufr. imo & il lud si clam aut palam fuit furcum commissum per l. l.

iun. l. sequenti. ff. de furtis. Sed Reus excipere potest ex qualitate personæ quia honesta, & ex crimine furti nū quam alias suspecta ut per Accur. in l. in ciuile. verbo fuisse. C. de furtis. glof. in l. de minore. §. nam ex sermone iun. tex. ibi cuius aestimationis. ff. de question. Tiraq. de penis cauf. 51. num. 130. & sequenti.

C A P. II.

*De actionibus realibus à tuis
re ciniili descendente
tibus.*

S. 1.

De actione rei vendica-

TN hac actione duo copulatiuè necessario articulari ac probari debent, in quorum altero si deficiat. A. succumbet. Primū est ut articuletur & probetur reum possidere pro ut dixi in præfatione. num. 4. ad fin. vel dolo defuisse posside-
re, l. quod si de dolo. ff. de

- rei vendicat. l. 30. tit. 2. par. 3.
 Secundum est, ut articulum
 faciat & probet se esse domi-
 nium, vel quasi, alioquin non
 vincet. l. doce ancillam. C.
 de rei védicat. l. in rem actio
 ff. eodem. docuit Paul. in l. &
 non tantum. ff. de petit. hæ-
 red. latè Bertrand. consi. 85.
 2 num. 5. vol. 7. Fallit tamen si
 agatur rei vindicatione con-
 tra violentum possessorem,
 quia A. excusatitur à proba-
 tione dominij probata violé-
 tia possessoris, vti colligitur
 ex Bart. in l. naturaliter. §. ni
 hil commune post num. 17.
 vers. sed huic videtur obsta-
 re. ff. acq. posses. Masc. conc.
 3 537. num. 10. Secundo fallit
 si agatur hypothecaria ad
 vindicandū à tertio, non e-
 nem potest referri quæstio do-
 minij, sed satis est articulare
 rem in bonis esse debitoris
 tempore obligationis ut di-
 xi infra cap. 4. num. 11. Ter-
 tiò fallit in publiciana, quæ
 ad reuendicandum compe-
 tit habenti à non domino ex
 iusto titulo rem nō dum vñ
 captam, si eius possessionem
- aliquo modo amisit. l. 1. ff. de
 public. in rem act. §. namq;
 si cui Inst. de action. Quartò
 fallit in petitione hæredita-
 tis, quando hæres bona defu-
 cti à quocunq; possessore re-
 uendicare int̄edit, nec enim
 ei opus est dominium proba-
 re, sed tantum defuncti pos-
 sessionem vt dixi infra cap.
 8. num. 53.
- Cæterum Reus contra li-
 bellum actoris præscriptio-
 ne se tueri poterit, vel exci-
 piet se tenere & possidere
 nomine alicuius, qui se offe-
 rat liti, tunc enim reivédi-
 catio cessat contra detentato-
 ré. l. 1. C. vbi in rem actio.
 cap. quoniam frequenter. §.
 quod si super rebus vt liti
 non contestat. Couar. pract.
 cap. 8. nu. 2. Sed si appareat
 reum pro se tenere, priuatur
 possessione, & omni iure,
 Bald. in l. 1. C. de ijs qui po-
 tent. nom. titul. prædijs affig.
 Ordin. lib. 3. titul. 39. §. 1. tex.
 notab. in l. fin. ff. de rei vend.
- Item rei vindicatio com-
 petit mulieri pro parte fun-
 di, quam maritus vendidit,
 vel

vel donauit sine eius consen-
tu Ordin. lib. 4. titul. 48. Sed
ex aduerso Reus excipere po-
test, si ipsa mulier per mortem
mariti totum fundum lucra-
ta est argumento tex. notab.
in l. cum vir. 42. ff. de vſu
cap. iun. glos. ibi verb. si tota.
facit etiam tex. in l. fundum
dotalem. ff. de fund. dotal.
tradit Barbosa in l. 1. §. par.
num. 18. ff. solut. matrimon.
Boer. decis. 23. num. 13. Nec
obstat quod propria perso-
na quæ alienatur, poterat etiā
reuendicare, & venire con-
tra factū propriū, ut quia
sit contra prohibitionem le-
gis, ita Bart. in l. post contra
etum. num. 4. ff. de donat. &
eo mortuo eius hæres G. br.
lib. 6. de reg. iur. conclus. 11.
num. 31. Afflict. decis. 240.
nu. 8. Quia respōdetur quod
cum illa reuendicatio inten-
tari non posset sine consen-
tu hæredum coniugis ex præ-
dicta Ordin. in §. 3. & illa sit
hæres mariti in illo fundo
propter legē, ex qua lucra-
tur dimidietatem bonorum
acquisitorum mortuo viro,

nihil mirum si repellatur ex
ceptione iuxta d. l. cum vir.
& id ipsum confirmatur exē-
plo, quod ponit idem I. C.
Papin. in d. l. cum vir in fin.
de alienatione rei furtivæ, cu-
ius dominium non transit in
emptorem, & dominus po-
test reuendicare, & tamen
ille qui nulliter vendidit si
succedat domino, iam non
potest reuendicare, quanvis
a principio venditio fuisse
nulla, sic eodem modo quan-
uis maritus alienasset nulli-
ter in præuditum vxoris,
quia tamen illa successit ma-
rito, si agat rei vendicatio-
ne, exceptione repelletur, ita
in fortioribus terminis iudi-
catum extat in lite Emanue-
lis Soares cū Eleonora Cor-
rea, Scriba Bernaldin da Co-
sta. Nam quanvis cum domi-
nus succedit venditori, non
possit emptor contra illum
agere ad confirmationem
nullæ venditionis, tamen il-
le si agat contra emptorem,
poterit exceptione repelliri, ut
in l. cum à matre. C. de rei
vendicat. l. venditori. C. de
reb.

feb. alien. non alien. l. i. ff. de except. rei vend. & tradit. Scilicet usq; ad quantitatem que sibi remansit, glos. mag. in l. scimus. §. in computatione. C. de iure deliber. tradit Bart. in d. l. cum vir. nu. 14. & facit etiam tex. in l. si ab eo. C. de liberal. caus. & sic ista est notab. limitatio ad consuetudinem nostram de qua supra.

§. 2.

De actione confessoria, & negotioria.

In hac actione, que non solum competit pro seruitute, vt in §. que flagat. Insti. de act. Sed etiam pro alijs iuribus in corporalibus vitudi si A. impediatur iure eligendi, decimandi, vel presentandi secundum glos. in cap. cum Ecclesia de caus. possess. & propriet. Requiritur vt A. dicat se esse dominum, vel quasi, aut habere ius in re. l. ei qui. ff. de seruit. l. creditor. ff. nou. oper. & ite se esse in quasi possessione, & usu seruitutis de scientia, & patientia aduersarij, vt cau-

tè notauit Bart. in l. 2. nu. 9. C. de seruit. & aqua, Couat. in cap. possessor. in initio. 2. par. num. 8. vers. sed praeter hæc, & multis confirmat Masc. concl. 122. num. 38. de probat. &c item ab aduersario impediri iuxta l. si quis diurno. §. fin. ff. si seruit. vend. Reus excipere potest contra Actorē de defectu tituli, quia illa quasi possessio non relevat ab onere probandi seruitutem deberi vt voluit Alex. post Bartol. in l. si prius. ff. nou. oper. sequitur Gabriel consi. 145. Alciat. de præl. reg. 2. præsumpt. l. n. 2. Vel obijciet quod iure amicitia, & familiaritatis actor fuerit prædic. seruitute usus, quia tunc nunquam prescribitur. l. vlt. ff. quemadmod. seruit. amitt. l. qui iure. ff. ac quir. possessione, Capol. de seruit. vrb. cap. 20. Vel ex defectu bona fidei que in corporalibus non præsumuntur, nisi probetur Bald. in l. 2. num. 10. C. de seruit. & aqua. Masc. de prob. concl. 122. num. 15. Vel quia eo inuito,

& non paciente prædicta seruitute vñus fuerit, quod quidem ita esse præsumitur, quoties A. patientiam rei, & sciētiā non probauerit; nam illa loco possessionis habetur, sinē qua vñucapio nō procedit. l. sine possessione. ff. de vñucap. Bart. in l. I. §. hoc interdictum. ff. de itin. aetūq; priu. Nisi dicatur se prædicta seruitute vñsum fuisse tempo reimmemorali. ex glos. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. aqu. quot. & aetiu. quæ est communis ex multis quos refert Tiraq. de nob. cap. 14. num. 4. Gabriel. in comun. concl. I. num. 61. tit. de præscrip. lib. 5. Mascalard. vbi sup. num. 41.

In actione negotoria requiritur articulare rem, pro qua agitur esse liberā saltim respectu aduersarij, & sufficit allegare, licet non probetur. l. scuti. §. si queratur. ff. si seruit. vend. quia res præsumitur libera. l. si altius. C. de seruit. & aqua. Item requiritur quod dicat aduersarium perturbare, & inquietare eum

ratione seruitutis sibi non debitæ. l. si quis diurno. §. fin. ff. si seruit. vend. Nam si ex alia causa perturbaretur tūc daretur contra reum actio in iuriarū, vel interdictum unde vi, vel vti possidetis, vt per glo. in l. apud Trebatium. §. idem. ff. aqu. plu. ar.

C A P. III.

De Actionibus mixtis.

§. I.

De Action. famil. erciscund.

Actio fam. erciscundæ, idem est quod actio de hæreditate dividenda, nomen enim (familia) licet varias in iure habeat significaciones secundū Bertrand. consil. 32. lib. 2. ex quibus octo posuit Vlpian. in l. pronuntiatio. §. familie. ff. de verbor. significacione. hic tamen pro substantia defuncti, & rebus hæreditarijs accipitur, ut in l. fin. versic. substantiam. C. de verborum significatio. Et ercisco idem

S est

est quod, diuido, estq; actio
ista bonæ fidei, ut in §. actio
uū. de aet. atq; idè in ea Iu-
dex habet facultatem ex bo-
no, & aequo. l.item labeo. §.
ff. famili. ercisc. §. si familie
Inst. de officio iud. Nam si res
sit indiuidua, vel indiuisibi-
lis, vni res tota adiudicatur
per estimationem, qui partē
cohæredi in pretio restituet
l. 1. & ibi glos. l. ad officium.
C. communi diuid. l. si fami-
lie ff. famili. ercisc. §. pen. In-
stit. de officio iud. Quod ar-
biter faciet, quando alter ex
cohæredibus habet maiorem
partem, vt in l. sancimus. §.
ne autem. C. de donat. quam
ita intelligit glos. in l. vlt. C.
comuniā delegat. Lucas de
Pena in l. 2. col. 4. C. de exa-
ctor. lib. 12. & ita iudicauit
Senatus in litè Catherine de
Caruajal cum Christophoro
de Iranso Scriba Emanue-
le Manhos, Anno 1607. &
tenait Vallas. de part. cap. 2.
nu. 3. Pro quo etiam induci-
tur, quia portio maior debet
ad se trahere minorem. l. quæ
ritur. ff. de stat. hom. Quod ta-

men habet difficultatem ex
Ordinat. lib. 4. titul. 96. §. 23.
vbi lex aliud pro forma dis-
ponit secundum Vallascum
consil. 53. num. 6. vbi etiam
nu. 12. tenet ad hoc non esse
attendendam maiorem alte-
rius portionē, sed vota, quæ
erunt in capita, & non in
stirpes. & idem voluit idem
Vallas. de part. cap. 26. nu. 6.
Cald. denom. quæst. 24. nu-
mer. 14. Sed si tres cohære-
des fuerint aequales in parti-
bus, illi, qui alterius votum
habuerit, rem totam ad iudi-
candam fore censuit Sena-
tus in lite Blasij Cordeyro,
Anno 1610. Scriba Michae-
le Rodrigues argumēto tex.
in l. duo ex tribus. vers. 1. ff.
de re iud. sed si plures sint, &
omnium paritas fuerit, pra-
ferentur suffragia consan-
guineorum extraneis vt in l.
Imperator. ff. de pact. iux. 2.
lect. glos. ibi, quam approba-
runt Bart. Paul. Iass. & alij.
Quod si hæreditas diuidatur
inter extraneos, & consan-
guineos, debet dati electio
consanguineis in ijs rebus,

quæ

quas conuenientius est remanere in familia , quam ad extraneos transire , puta in domibus , quæ ab antiquo sunt illius familie , pro ut nobiliter scribit Florian. in l. 1. ad fin. ff. famili. ercis. & voleuit Franc. Aret. consi. 157. vasis. col. 2. Et similiter inter fratres in re , quæ commodè diuidi non potest , præferetur cæteris maior natu , vt nuncupatim voluit Ceriel. de primog. lib. 2. quest. 4. in fin. Tiraq. de iur. primogen. quest. 60. in fine. Dando tamen partem alijs in æstimatione , vt dixi , & si non habuerit vnde soluat , satisfaciet dando fructus per singulos annos in re illa pro rata pretij non soluti argumento tex. notab. in l. vltima. §. si per mulierem. ff. de fund. do tal. Ijs deficientibus sorte lis ditimi videtur. l. si quæ. 5. ff. fam. ercisc. l. vlt. C. communia delegat. l. 2. C. quando , & quibus , Bart. in l. vnic. C. de ijs qui se de fet. lib. 10. cuius fortis iudicium et ex sacris literis probari asserit Ti

raq. de iur. primogen. quest. 17. prima opinione. num. 2. & 10. Sed quando fiscus dividit cum alio , ille alter eligit secundum Bart. in l. dicatur. §. Senatus. ff. de iur. fisci per iura quæ ibi allegat.

In hoc libello requiritur ut actor dicat se , reumq; , esse hæredes sive ex testamento , sive ab intestato. l. 2. ff. famili. ercis. Gamma decisi. 103. Unde per contrarium obijci sollet , negando auctorem esse co hæredem , & filium testatoris , vt quia natus sit post decem mentes à morte testatoris , sicut modo contigit , nā eo casu non censeri partum legitimum , nec admitti ad patris hæreditatē tenuit glo. in l. septimo mense. 1. schol. ff. de stat. hom. quem sequitur Imol. in l. gallus. num. 9. Alex. 11. Iass. 2. lectur. nu. 63. ff. de lib. & posth. & communia testatur Aret. 5. col. post med. Orose. in d.l. leptimo. num. 6. pro qua est tex. expressus in l. intestato. §. fin. ff. de suis , & leg. hær. & hæc sententia approbata est in l.

Q.tit.23.par.4. & multis cōfirmatur à Pineda de rebus Salomonis.cap.10. §.8.& 7. & à Tiraq. in l. si vñquam verb. suscepérít. num. 210. col.6. Contrarium tamen iudicauit Senatus in lite Catarinæ Moteira, anno 1608. Scriba Marcos do Quintal, quæ sententia & in reuiso-
 rio iuditio fuit confirmata, & pro ea maximè vrget tex. in auth. de restit. & ea quæ parit. §.vnum.coll.4. per ar-
 gumentum à contrario sen-
 su ibi nondum enim perfe-
 cto anno, vndecimo mense
 completo peperit, & quod ex medicorum sententia re-
 fert Alciat.lib.3. paradoxor.
 cap.7. quanuis ad d. §. vnū. Reponderi potest secundū Alex. vbi sup. vel secundum Soc. ibi ex nu.4. vel secundū Salomonium, & ad dicta me-
 dicorum dici potest, quod medici enumerant partum à die conceptionis, nos verò à die mortis defundi.
 6. Veleriam si in hoc iudi-
 tio aliqui ex liberis dicant tertium hæreditatis iure præ

legati ad se pertinere virtu-
 te testamenti, opponet reus testamentum non esse verū, nam in illo elogio ab utroq; coniuge subscripto, quanuis inter liberos, quia tamen ma-
 tris defunctæ subscriptio nō fuit iustificata, nec ullo te-
 stimonio munita, declarauit Senatus illud non valere in lite Iorgel Rodrigues, cum Hector Médes de Brito, Scri-
 ba Emanuel Manhos, Anno 1617. Pro qua decisione op-
 timè induci potest tex. in l.
 diuus. ff. de testam.mili. ver-
 sic.cæterum, ibi alioquin.iun-
 cto princip. illius legis, vbi quoquo modo testamentum à milite factum ratum habe-
 tur, quem tex. cum alijs sin-
 gulariter refert Menoch. de arbitr.lib.2.cent.5.caſu 496.
 num.50.

Vel aliter excipere potest reus dicens rem tamē non esse diuidē lam, vt quia sunt fructus rei dotaræ, quæ iam non sit in eius potestate iux-
 ta Ordinat.lib.4 titu 97. ibi,
 porque não ostendo. Sed con-
 trarium iudicauit Senatus in
 lice

līte Ducis de Alcala , cum Comite de Lumiares , anno 1616 . Scriba Antonio Falcaō , ex eo quia illa res do talis fuerat donata cum pa tho de non alienando , quan vis ex principis gratia fieret alienabilis .

Item adhuc excipi potest fidicas officium publicum , quod pater ex beneficio prin cipis filio renūtiauerat , quā quis sua pecunia illud in vita comparasset , non esse conse rendum argumento tex . in Ordinat.lib . 4. titul . 97. § . 12. & decisum extat à Senatu in līte Cosme Fernandes cum Ioanne Rodrigues de Vargas , Scriba Ioanne de Palma anno 1572 . & iterum in cau sa Emanuelis Fernandes cū Lupo Dacha , Anno 1608 . Scriba Belchior Correa . Cō trarium tamen in ijsdem ter minis indicauit postea Sena tus in līte Stephani da Mota cum Ines Antunes , Scriba Antonio de Freyas , Anno 1617 . ex l . omnimodo . § . im putari . C . de inofficiis . iun glos . ibi , Vallasc . de partit

cap . 13 . ex num . 70 . & latē di xi in l . cum oportet . 4 . par . C . de bon . quæ lib .

Partitione facta executio 9 nō retardatur nec etiam præ textu rationum reddenda ū de ijs quæ in ad iudications incerta postea apparuerunt , vt̄ decidit Senatus in līte Antonij Iorge cū Didaco Lopes Galuaō , Scriba Vicen tio de Pina , ann . 1617 . Nec item ex restitutione iure mi noris suspendi potest , vt cē suit quoq ; Senatus in līte das Freyras de Seuilha , com a Misericordia desta Cidade , anno 1610 . Scriba Domini co da Mota . Ex defectu ve rò citationis partitio annul lari potest , vt in causa Simo nis Achiole cum hæredibus Ferdinandi Fauela , Anno 1608 . decisum fuit à Senatu , Scriba Antonio Carualho , Velquia partitio sit facta per colusionem , vt in l . cum non iusto . ff . de colus . de tegend . l . 1 . § . vtrum . versic . quod si in līte . ff . si quid in fraud . patron . quæ tamen le gitime probanda erat , aliás

minimè rescindetur, vt iudicavit Senatus in litiè Leonel Cardoso, cum Beatrice Pereyra, Anno 1597. Scriba Dominico Borges.

§. 2.

De Actione communis diuidendo.

IN hac actione libellus planus est, & facilis responso ab aduersario, si neget auctorem possidere, vel socium esse vt per Iass. in §. quædam num. 55. de actione. Vel poterit reus auctorem submouere dicens rationem sumptuum esse habendam, quos in causa communi defendenda impendit, & erogauit iuxta l. ex parte ff. famil. erciscund. facit tex. in l. 1. §. vt autem. C. de bon. auct. Iud. possid. l. 4. §. 1. ff. fin. reg. Replicari tamen potest auctoR illum rem suo solo nomine defendisse, & nihil amplius erogasse, quā quod propria eius causa postulabat; nec plus consumpsisse quām pro se consumpturus esset, & ideo non teneri adsumptus, vt docuit

I3 expresse Bart. in d. l. ex parte

num. 2. vbi monuit per cautellā quid faciendum, vt socium obliget ad refactōnē sumptuum, nec huic sententia contradicit Bald. in d. l. ex parte versic. certe, & idē firmat Greg. in l. 41. tit. 28. par. 3. glos. verbo *entregado*. versic. sed quid si possessor, Garcia de expensis. cap. 7, num. 22. & cap. 19. nu. 7.

§. 3.

De Actione finium regendorum.

IN hoc libello quando agitur ad constitutionem terminorum, vel reparationem antiquorum, quoniam consilia sunt mutata, & ad alios nouos dominos prædia vici na peruererunt, aduocatus articulum faciet, quod fundus olim positus iuxta consilia tales, & fundus qui hodie est positus iusta tales, est idem fundus, nam hoc probato habebit in etum, vt monuit Bart. in l. demonstratio falsa in fin. num. 20. ff. de cond. & dem. Felin. in cap. cum causam. num. 12. versi. 3. scias extra de probat. dein

de

de articulum faciet scilicet confines probari posse per famam, & per testes, vt dicit Hieronymus de Monte in tractatu de finibus reg.
15 cap. 47. num. 8. Repulsari autem potest praedicta actio ex præscriptione iuxta tex. in cap. ex literis de probat. cap. quia indicante de præscript. & iudicatum fuit à Senatu Castellæ in causa Comitis de Casarubios cum ciuitate Segouiensi.

C A P. III I.

*De secundò genere actionum
qua olim prætoria vo-
cabantur.*

§. 1.

*De Actione reuoca-
toria.*

A Lienatio alia estimaginaria, quæ simulata fit, alia quæ fit in fraudem, nam prior est ipso iure nulla. l. nuda. ff. de contrahend. empt. l. emptor. iunglo. l. ff. de aqua. pluu. arcen. Ordin. lib. 4. tit. 71. Nec iura,

mento talis alienatio confirmatur. glos. in l. 3. C. plus valer. quod agitur, quam dicit communiter receptam, Alciat. in cap. cùm continet de iure iurand. Posterior 3 vero alienatio, quæ in fraudem fit, valida est mero iure, ideoq; per actionem reuocatorm res alienatas à libertis suis in fraudem eorum, vt in titulo. ff. si quid in fraudem patroni. Et præter supradicta alijs etiā modis alienatio fit fraudulenter, vt quando in fraudem filij arrogati. l. fin. § vlt. ff. si quid in fraud. patroni. Et in fraudem fisci, vt in l. post contractum, & ibi Bart. ff. de donat. Anton. Gom. 3. tom. cap. 14. nu. 4. Et in fraudem filiorum, vt in l. 1. C. de inofficiis. dot. & in l. 1. C. de inofficiis. donat. tradit Co- uar. in cap. Raynutius. §. 10. num. 7. de testam. Palat. in S. 4 cap.

cap. per vestras. not. 3. §. 22.
 num. 14. Tiraq. in l. si vñquā
 verbo donatione largitus.
 num. 9. i. 15. in numeris 10
 5 Requiritur primò articu-
 lare debitum (quia de illo
 constare debet ut per glos.
 verbo creditores. in §. item si
 quis in fraudem de aet.) Itē
 & participationem fraudis
 emptoris, ut in l. ait prætor.
 ff. quæ in fraud. quæ etiam
 præsumitur ex multis, quæ
 tradit Bart. in l. post contra-
 6 tum. ff. de donat. Item & fa-
 ctam fuisse prius excusione
 in bonis debitoris, ut in l. 1.
 & l. penult. C. de ijs quæ in
 fraud. cred. Item & eius frau-
 dem, quæ facile præsumitur
 in alienante eo ipso, quo scit
 se habere creditores, & eius
 bona non sufficere ad solu-
 tionem Bart. in l. si priusquā
 ex nu. 10. C. de iur. fisci. lib.
 10. Masc. de probat. concl.
 7 815. à num. 21. Per contra-
 rium potest huic libello reus
 excipere ex eo, quia post an-
 num à tempore venditionis
 bonorum actor egisset, ut in
 l. 1. & in l. qui autem. §. fin.

& in l. ait prætor. §. annus. ff.
 quæ in fraud. cred. Vel quia
 post factam vñditionē actor
 debitori credidisset, ut in l.
 ait prætor. §. 1. versic. cæte-
 ram. ff. quæ in fraud. Vel ex-
 cipiet dicendo se rem tenere
 à debitore iure pignoris, quæ
 olim fuerat ei hypothecata,
 ut in l. illud, & in l. cum ve-
 tus. ff. quæ in fraud. credit.
 Vel debitorem tempore ven-
 ditionis, & donationis plu-
 ra alia habuisse bona, & pos-
 sedisse, ex quibus creditoris
 satisfacere posset, uti deci-
 sum extat à Senatu in lite
 Christophori de Iranço cū
 Joanne Vaz de Naue, Scriba
 Francisco d' Azeuedo, anno
 1617. Nam ut frās præsu-
 matur requiritur omnia bo-
 na esse alienata, & nihil
 apud debitorem remansisse.
 l. omnes. §. Lutius. ff. quæ in
 f. a id. cred. Strach. de deco-
 toribus. 3. par. num. 29. l. 7.
 tit. 15. p. 5. & ibi gl. 2. & 3.
 § 2.

*De Actione seruiana
hypotheca-
ria.*

Hy.

Hypotheca propriè dicitur, quando solo con sensu partium contrahitur absq; traditione, & ad res immobiles spectat, & ex ea oritur actio hypothecaria, quæ quasi seruiana dicitur, hypotheca vero tacita cōtra huius legis fictione in rebus inuestis, & illatis in fundo, vel domo pro mercede, vel pensione, & idem in fructibus fundi locati. l. in prædijs ff. in quibus caus. pign. vel Hypo-tacit.contr.l. quanuis. C.eodem. nam potest dominus fundi fructus retinere pro pensione, & prohibere ne Colonus ex portet Bald. in l. æ le. C.locat. col. 1. Nec conductor facit fructus suos nisi soluta pensione Bald. in l. 2. C.de rerum permut. Cæ pol.caust. 124.num.2. Neguzant.de pignor.4.par. memb. vn. nu.33. Couar. lib. 1.var. cap.7.num.3. qui ex eo infertunt ad id quod dixi lib. 3. cap.21.num.61.

10 Requiritur primò in hoc libello ut actor doceat de iure suo, id est se esse verum cre

dito em, Marant. in pract. pag. 112. num.5. vers. sed si loquimur, Menoch. multis exemplis id planum facit de adipiscend. em.3. quæst.29. à num. 160. Nec sufficit in isto casu, illud probari per confessionem debitoris principalis quando agitur contra tertium, vt tenuit loan. Fab. in §. Item Seruiana. 4. col.de act. quæ sententia fundari potest ex ijs quæ d xi lib.3.cap.21. num.63. Secun¹² dò requiritur ut articuletur, & probetur debitorem tempore obligationis aliquando possedisse bona, quæ prætenditur obligata, sic sensit Accur. in l.rem alienam. verbo pignoratitia in fin. ff. de pignor.act. Bart.in l. cum res. num.5. C.si res aliena pign. dat. sit Afflict. decis. 183.n.6. Neguzant.de pign.3 memb. 8.par.principal.num.6. Contrarium vero scilicet quod sit necesse probare debitorem fuisse dominum tempore obligationis, tenuit idem Accur. sibimet contrarius in d. §. item Seruiana. verb. quasi. &

Bart.

Bart. in l. rem alienam. col. 2.
num. 6. ff. de pignor. aetione
sequitur Roland. consil. 14.
num. 6. vol. 1. Prima tamen
sententia verior est, & magis
communiter recepta se-
cundum Andr. Gayl. lib. 2.
pract. obseru. 27. & de stylo
Curiæ Delphinatus obserua-
ri afferit Guid. Pap. quæst.
432. num. 5. resoluit Mascari.
concl. 457. & conclus. 870.
num. 5.

¶ Per contrariū potest reus
huie libello ex multis exci-
pere. Primò de excussione
non facta in bonis ipsius de-
bitoris principalis, & eius
fideiussoris, & minus i do-
neis repertis iuxta tex. in au-
then. hoc si debitor. C. de pi-
gnor. & in auth. sed hodie.
C. de aet. & oblig. O' dinat.
lib. 4. tit. 3. adeo ut excussio
fieri debeat citato illo tertio
possessore secundum Iass. in
§. Item si quis in fraudem.
num. 84. & ibi Gomes. num.
38. de aet. Bart. in l. decem.
116. ff. de verb. oblig. & de-
cissim fait Castellæ in cau-
sa Simonis manso, Scriba Pe-

tro Enriques, & tenuit idem
Iass. in l. is apud quem. num.
23. C. de edend. Mascar. con-
claf. 707. Sed & huic obie-
ctioni replicari potest si sit
notorium principalem non
esse soluendo. gl. in l. fin. ff. si
cert. pet. & glos. vlt. in d. l. de
cem, per quæ ita decidit Se-
natus in lite Elisabet Duarte
contra Petrum Coelho,
anno 1616. Scriba Francisco
Pereyra, & tenuit etiam An-
dr. Gayl. lib. 2. obser. 27. nu.
14. Grego. in l. 14. tit. 13. par.
5. verbo *primeramente*. lim.
14. dicetur autem notorium
per librum æstimati, vel per
cessionem debitoris, vel per
confiscationem bonorum,
vt dicit Neguza. de pignor.
1. memb. 8. par. num. 15. vel
etiam per sententiam & exe-
cutionem, vt inquit Bald. in
l. is apud quem. C. de eden-
do, vel quando excussio fuit
facta per unum ex creditorî
bus quæ prodest alijs ita Iass.
in §. item si quis. num. 82. In-
stit. de aet. & ad id ponit cau-
tel. Cæpol. cap. 137. Item po-
test replicari quod debitor,
vel

vel fideiussor sit absens in loco longinquo, ut conueniri non possint glos. in d. auth. hoc si debitor, verb. actum. Alex. consil. 200. num. 10. col. 5. Bald. in auth. hoc ita num. 2. C. de duobus reis. Vel quia debitor veditidit mota iam lite, nam tunc possessor conueniri potest sine villa excusione, ut fuit opinio Ioan. in glos. I. in d. auth. in fin. quæ est communiter approbata in l. 14 tit. 13. par. 5. Soci. reg. 177. 2. fallent.

13 Secundò potest reus prædicto libello excipere, quod res erat istius modi, quæ non potuit obligari; qualis est res dotalis, aut maioratus, & fideicommissio perpetuo subiecta, aut res minoris, nam in ijs hypotheca non tenet, ut in l. 1. §. eam rem, ubi glos. verbo non potest. ff. quæ res pign. obligar. poss.

14 Tertiò excipere potest ex eo, quod debitor qui se obligauit, erat minor. 25. ann. vt per Mascar. conc. 870. nu. 17. Vel quia res fuit vendita, ut satisficeret creditoribus, & re-

uera premium fuit solutum, quia tunc liberaretur pignus ut declarat Salicet. in d. authen. hoc si debitor, quanvis gl. aliud explicet.

Quarto excipere potest 15 ex eo, quod ius hypothecæ sit præscriptum iuxta Ordinat. lib. 4. tit. 3. §. 1. Sed huic exceptioni replicari potest, quod cum prius actor debuisset facere excusationem in bonis debitoris, ante illam non curret præscriptio, quia non valenti agere, illa non currit. l. 1. in fin. C. de annal. except. præsertim cum sit impeditus impedimento iuris, vel ab ipso iure, unde non currit præscriptio, ut in l. 1. §. si quis autem. ff. de itiner. actuq; priuato. Alex. consil. 58. vol. 1. quicquid Balb. & Greg. in l. 27. titul. 29. par. 3. verb. annos, vel in replicatione petet restitutionem in integrum ex capite ignorantiae aduersus præscriptionem Bart. in l. 1. § si quis autem. ff. de itin. actuq; priuato communiter recept. per multos quos refert Roland. à Valle,

con-

consil. 68. vol. 3. & consil. 72.
nu. 48. eodem vol.

I6 Quintò excipere potest,
quod illud ius iam erat sub-
latum data re aliqua in solu-
tum creditor, etiam si ipsa
postea euincatur Cæpo. cau-
tel. 123. cuius contra cautelā
posuit Bar. in l. si quis aliam.
ff. de solut. Sextò excipere
potest actorem passum fuis-
se rem sibi hypothecatā alij
obligari, videtur enim suę
hypothecę renuntiare. l. Pau-
lus in princ. ff. quibus modis
pign. Bart. in l. fin. C. de re-
miss. pignor. Neguzant. de
pign. 3. memb. 6. par. nu. 14.

C A P. V.

De Personalibus actionibus pratorij.

§. 1.

De constituta pecunia, & de actione de pe- culio.

Has actiones libenter
prætermitto, quia om-
nibus earū requisita in aper-
to sunt, & de illis, præcipue

de actione de peculio alibi,
& infra dicam.

§. 2.

De Institutoria, & de exercitoria actio- ne.

COMPETIT ACTIO ISTA IN-
STITUTORIA CONTRA PRÆPO-
NENTEM INSTITOREM ALICUI TA-
BERNAE, VEL NEGOTIATIONI EX
CONTRACTU CUM ILLO INITO. l. SI
INSTITUTOR VBI BART. FF. DE IN-
STIT. ACTIO. Sed differt ab
ACTIONE DE PECULIO, quia illa
INSOLIDUM COMPETIT, HÆC VE-
RO QUATENUS EST DE PECULIO,
GLOS. IN L. 1. VERBO DE PECULIO.
FF. DE PECUL. §. EA RATIONE IN-
STITUTA QUOD CUM EO, ORDIN.
LIB. 4. TIT. 50. §. 3. ITEM ILLA HA-
BET LOCUM, QUANDO QUI PRÆ-
PONITUR CERTO GENERI NEGO-
TIATIONIS, HÆC VERO DATUR, QUĀ
VIS FILIUS NEGOTIETUR SINE MĀ
DATO PATRIS. ITEM QUANDO PA-
TER, VEL DOMINUS CONVENIUNT
DE PECULIO DEDUCUNT IN PRI-
MIS QUOD EIS DEBETUR, AUT IL-
LIS QUI SUNT SUB EIUS POTESTA-
TE, VEL GUBERNATIONE, UT
PER GLOS. & IASS. IN §. ACTIONES
AUTEM INST. DE ACT. IN ACTIO-

ne vero institutoria non sit ali
qua deductio, imo præponēs
in solidum tenetur Iass. vbi
sup. num. 47. Est etiam differ-
entia inter institutorem,
& procuratorem, nam ille
præponitur certæ adminis-
trationi questuarie, & uni-
uersali, hic vero certæ rei,
Bart. in d. l. institutor. Iass.
vbi sup. num. 48. & dominus
institutoris tenetur etiamsi in-
stitutor in sua persona con-
trahat, & suo nomine, vt in
l. fin. ff. de instit. vbi Bart. &
Ang. Dec. consil. 510. Par-
sus consil. 47. num. 2. 1. par.
Per quæ ita ego consului, &
obtinui in causa Hieronymi
Pardo, quæ comissa fuit Do-
ctori Cabedo, de qua ipse fe-
cit postea Arrestum 63. 2 par.
Requiritur in hoc libello ar-
ticulare dominum con-
senserisse, vel p̄ssum fuisse, vt
per Bart. in l. quicquid ff. de
Institut. l. sed & si pupillus.
§. 1. eodē titulo l. fin. ff. quod
cum eo. Sed Reus per con-
trarium potest articulando
dicere institutorem contra-
xisse ad id ad quod non erat

præpositus, ex quo dominū
non teneri probat l. penult.
§. seruus vbi Bart. ff. de in-
stitutoria actione. Et cum 6
ista conuenit similiter alia
actio exercitoria, quæ datur
contra dominum nauis pro
mūndo quod magister acce-
pit causa nauis reficiēdæ cū
iure hypothecæ. l. huius. ff.
qui potior in pign. l. 26. tit.
13. par. 5. Cui etiam obijci
potest naui non fuisse neces-
sariam illam reparationem,
& minus sufficisse, quātum
in dicta reparatione erogari
dicitur. l. fin. vbi Bild. ff. de
exercitoria actione, Alexan.
consil. 44. volu. 2. Dec.con-
sil. 510.

CAP. VI. & VII.

*De tertio genere actionum
praetoriarum, quæ ad pœ-
nam competunt:
& de actionibus preiu-
ditialibus.*

De ijs, & de alijs de qui
bus in §. pœnales. &
§. sequens Instituta de act.
quia

quia nō satis ad nostram proxim conducunt, eas consulto omissio, & de praeiudicialibus dixi in lib. 3. cap. 3.

CAP. VIII.

De actionibus bona fidei.

§. I.

De actione ex empto.

In hac actione, quæ competit aduersus venditorem, ut rem venditā tradat iuxta l. 1. ff. de contrahend. empt. Requiritur primo in articulis specificè posse pretium certum rei venditæ ex parte emptoris in pecunia numerata consistens, vel taliter, ut referatur ad aliquid, quod certificari possit, ut in l. haec venditio. §. huiusmodi. ff. de contrahend. empt. l. si quis fundum. ff. eodem. l. si pater. §. fin. ff. de pact. dot. Item & rem venditam per sua consilia declarare oportet iuxta l. forma. ff. de censibus. In conclusione peti debent fructus rei emptæ, ut in l. Julianus. §. si

fructus, cum l. sequenti, & ibi glos. & Bart. ff. de action. empt. Imo si fuerit venditor in mora tradendi, & fructus percepti, & qui percipi debuerant Ordin. lib. 4. tit. 67. §. 3. Et si venditor non habet facultatem rei præstandæ, nec dolo desit possidere, condemnatur in interesse, ut notat glos. in §. pretium Institut. de empt. & vend. Bart. in l. 1. ff. de act. empt. Gregor. in l. 5. glos. 3. tit. 27. par. 3.

Per contrarium in libello respondeorio Reus obijcere potest dicendo ab emptore integraliter nō fuisse pretium solutum, nec oblatum, ante enim huic actioni locus non est. l. Julianus. §. offerri. ff. de action. empt. Iass. in §. actionum. num. 12. 4. Instituta de action. Imo tenetur emptor pecuniæ dominium transferre in venditorem, alias si pecuniæ alienam soluerit, & venditor eam nondum consumpsit, ad rem venditam tradendam non tenebitur. l. cum seruus. ff. mādat. l. cum fundus. §. seruum. ff. si cert.

petat. Vele etiā excipiet quod conuenit de facienda scriptura, quae non fuit confecta, & sic ante eius perfectionē ei pœnitere licet ut in princ. Instit. de emptione, & vend. vbi glos. verbo scriptura. I. contractus. C. de fid. instrumen. Ordin. lib. 4. tit. 19. l. 6. tit. 5. par. 5. Cald. de empt. & vend. cap. 19. num. 10. & 21.

§. 2.

De euictione.

In hoc libello requiritur prius demonstrare denuntiationem fuisse factam legi timo, & conguo tempore, quo reus posset rem defendere, ut in l. si rem. §. vlt. vbi Bart. ff. de euiction. id est ante etiū publicationē prioris instantie, sicuti explicat Regia lex in lib. 3. tit. 45. §. 2. & l. 32. tit. 5. par. 5. Quanuis apud plures iuris vtriusq; in terpretes receptum sit sufficeret, istam denuntiationem sibi etiam post sententiam in causa appellationis, modo eo tempore integra sint iura defensionis, possitq; vendor seipsum & emptorem de-

fendere, quemadmodum tradidit Couat. lib. 3. cap. 17. n. 8. Igitur necessaria est denuntiatio. Nisi tempore venditionis ista necessitas denuntiata di remissa foret per venditionem, ut in l. Herennius. ff. de euict. l. queritur. vers. si venditio. ff. de adilict. edict. Vel nisi esset notoriū, quod siue emptor denuntiaret, siue nō, emptor causam amississet, & nihil prodeisset talis denuntiatio, ita Gomes 2. tom. var. cap. 2. num. 39. col. 5. Vel nisi emptor ipse probet iure ab eo rem euictā fuisse, onusq; suscipiat probandi iustitiam euincientis vii probatur in l. emptorem in prin. ff. de act. empti. & probarunt plures, quos refert Couat. lib. 3. cap. 17. num. 6.

Item requiritur in articulis addere, quod res fuerit euicta iudiciorum per sententiā Iudicis. l. 1. & 2. l. habere licere. ff. de euictio. Imo quod esset appellatum à sententia contra eum iata, & fuit a pellationem prosecutus usque ad finē l. Herennius

§. cap.

§.caia. ff. de euiction. Ordin.
vbi sup. §.3. declarat Gomes
vbi sup. col. 8. decisum fuit à
Senatu in litè Catherinæ Go
mesij, contra Claram Nuñes
Scriba Ludouico Lopesio,
Anno 1608. & tenuit etiam
Cald. de empt. cap. 31. nu
mer. 27.

9 Item in libello pei potest
æstimatio rei venditæ cum
suo interesse, & sumptibus,
vel vt ad pretij restitutioñē
reus condénetur, quod actor
maluerit Ordin.lib.3.tit.45.
§.3. quam notabiliter decla
rabis, vt ad pretij restitutio
nem præcise teneatur vendi
tor, etiam si expresse conuen
tum fuisset, vt non tenete
tur de euictione quemadmo
dum decisum extat à Senatu
in litè Emanuelis de Goes
cum Hector Médesio de Bri
to, Anno 1609. Scriba Mar
co do Quintal, quam senten
tiam tenuit etiam Anton
Gom.2. tom.var. cap.2. nu
mero. & est tex.notab. in l.em
ptorem. §. qui autem. versi
cul.ibidem. ff. de action. em
pti.

Per contrariū potest reus in
huic libello obijcere dicen
do emptorem consensisse in
Iudicem non suum, & eius
iurisdictionem proroga se
nulla vrgente necessitate se
cundum Bart.in l. si dictum.
§. si cō promissero ff. de euict.
Vel quod non exceptit de me
lioramentis, & ideo quod nō
teneatur reus venditor, vt
est tex. notab. in l.idemq; &
Iulianus. §.1. ff. de act. empt.
Vel quia fuit emptor com
pulsus per principem rem al
teri vendere, & ideo non te
netur reus de euictione. l.Lu
tius. & ibi glos. ff. de euictio
n. 37. titul.5. par.5. Vel quod
propter contumaciam acto
ris fuit sententia lata ex cau
sa ipsius absentie. l.non ideo
in princ. ff. de euiction. l.em
ptor. C.eodem, quod ab ijs
dem legibus, & decisionibus
attenta earum ratione dedu
citur & probatur in l.36. tit
.5. par.5. & tradidit Couar
lib.3.cap.17.num.9. Vnde vt
semper euictio locum ha
beat nonnulla aduertit Cæ
pol.de cautell.cap.97.

§. 3.

De actione Rhedibitoria.

Regulariter hæc actio datur pro rebus se momentibus puta quando venditur equus, vel aliud animal, ut l. i. ff. de ædilit. edict. scribit latissime Cabalin. in lib. de ædilit. action. cap. 2. de rhedibitoris, item pro rebus mobilibus, & immobilibus, ut in l. si prædiū, & ibi Bald. & Salicet. C. de ædilit. action. Ordina. lib. 4. tit. 17. §. 10. Veluti si vendatur domus, quæ habet phantasma, de quibus Couar.

Blib. 4. var. cap. 6. & pract. cap. 30. nu. 3. Gomes. 2. tom. cap. 3. num. 3. vel quæ habet malos vicinos, debet enim eos exprimere, alias tenetur emptori ad interesse. l. quod sepe. §. vlt. iun. gl. ff. de contr. empt. Gomes vbi sup. cap. 20. num. 48.

I4. Reus vero per contrariū in libello responsorio articulare poterit vitium fuisse manifestum, &c ideo non teneri ut in l. ea quæ commendandi causa. §. 1. ff. de contrahen-

empt. l. queritur. §. fin. ff. de ædilitijs actio. Vel illud emptorem sciuisse. l. i. §. si intelligitur, & l. si tamen. §. in ædilitio. ff. de ædilit. actio. vel excipiet morbum postea evanisse facta iam venditione, quo casu actor excluditur ut in l. actioni. ff. de ædilit. edict. l. si apud priorem. C. eodem, Cabalin. de ædilit. act. cap. 2. nu. 25. vnde actor articulare debet ante venditionem fuisse equum morbo affectū, ut in l. quæro. §. vlt. ff. eodem. l. 2. ff. de probat. Quod ex eo facile præsumi potest si intra breue tempus à venditione moriatur, ut te net Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de empt. num. 44. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 26. Bald. consilio 499. vel ex alijs articulati potest equum venditū fuisse morbosum, de quibus Mafcar. cōcl. 92. & 633. de prob.

§. 4.

De actione quanto minoris.

Illud notum est quod licet venditor dicat se vendere

T

cum

cum omnibus vitijs non sufficit, sed debet exprimere vi-
tium latens, & intrinsecum,
quod residet in animo Bald.
& Salic. in l. i. C. de ædilit.
action. Gomes 2. tom. cap. 2.
num. 49. quoniam licet pro-
pter vitium animi seruus re-
dhiberi non possit, potest ta-
men emptor hanc actionem
quanto minoris intentare in
tra annum. l. i. l. sciendum.
§. tempus ff. de ædilit. edict.
Ordinat. lib. 4. titul. 17. §. 2.
quod tempus currit à tem-
pore scientiæ, & non antea.
l. cum sex. ff. de ædilit. edict.
& ibi glos.

¶ 8 Huic libello similiter res-
ponderi potest à contrario,
vitium illud fuisse manife-
stum tempore venditionis.
l. i. §. si intelligitur. ff. de ædi-
lit. edict. l. queritur. §. fin.
eodem titulo. Vel prædictum
vitium post venditionem ei
superuenisse. l. i. §. si quid
autem. ff. de ædilit. edict.
Bald. in l. i. col. penul. C. eo-
dem.

§. 5.

De actione ex vendito.

HAEC actio competit ¹⁹
venditori ad conse-
quenda ea, quæ emptor præ-
stare debeat, & sic in ea ve-
nit pretium quanti res ven-
dita est. §. pretium. Instituta
de empt. & vend. Ordinatio.
lib. 4. tit. 5. §. vlt. l. 9. titul. 5.
par. 5. quod si aliquis tertius
mouerit litem emptori super
re vendita, excusabitur ille
à pretij solutione, donec ven-
ditor det satisfactionem. Quia
caut. posuit Bart. in l. i. §. sti-
pulationum. nu. 2. ff. de præ-
stipul. Cæpol. caut. 27. cuius
tamen contra cautella erit,
vt venditor obijciat de calū-
nio, si verisimiliter illa appa-
reat argum. tex. iun. gl. of. inl.
fideiussor. ff. qui satisd. cogā.
Potest etiam venditor reue-
dicare rem venditam, si pre-
mium non fuerit solutum té-
pore cōstituto, & ob id alijs
creditoribus præferetur in
re vendita dixi in lib. 3. cap.
21. num. 67. Vel aget ad fru-
ctuum valorem, quos potuit
ex re vendita percipere post
diem traditionis. l. Julianus.
§. ex vendito. ff. de act. emp.
Pet.

21 Per contrarium reus acto rem repellere potest, dicendo venditorem nō tradidisse rem cum fructibus statibus, vel fætibus tempore contra etus celebrati. l. Julianus. §. si fructibus. ff. de aet. empt. l. fructus. C. eodem. secuntur enim fructus rem ipsam, ut per Couar.lib.2.var.cap.15. à num.1.

§.6.

De actionibus locati, & conducti.

22 Actio locati competit locatori, qui prædium urbanum, vel rusticum, rem mobilem, operam vē suam locauit, aduersus conductorē pro re locata deteriori factā. l. si vulneraueris. 46. ff. locati. l. Pomponius à 1. ff. in quibus causis pign. Vel pro restituenda sibi possessione rei locatæ finito tempore locationis. l. videamus. §. qui vim. ff. locati. Quanuis de nouo superuenisset causa conductori ad acquirendum eius reidominium. Nec enim audietur dices rem ad se pertinere. l. quis conductionis.

C. locati. l. 18. tit. 8. p. 5. quicquid perperam violando mē tem Ordinat. lib. 4. titul. 54. existimauerit Vallasc. consil. 42. num. 4. & aliter declaret Menoch. 11. recuper. ex nu. 15. cum præcedet. Daturq; prædicta actio ad expellendum conductorem, vel emphyteutum ob non solutam canonē intra triennium iuxta l. 2. C. de iur. emphyt. & praxi ubique ita receptum esse constat ex decisione Senatus in litē Didaci Gomes Ribeiro cum Antonio Babo, Scriba Damiano da Veiga, Anno 1609. Qui tamen excusari poterit, si propter absentiam directi dominij canonē, vel laudemium deposuerit, ut iudicatum extat a Senatu in lite Iorgei de Aldana cum Simone Rodriguez, Scriba Francisco de Azeuedo, ann. 1611. Rursus actio conducti, vel exceptio conductori competit aduersus locatorē, ad hoc ut res sibi conducta tradatur, & ut sibi liceat vti, vel fruare conducta. Vel ut locator præstet id, quod in contraria

locationis conuenit. l. ex cōducto. ff. locati. nam si perēpta res sit casu fortuito, vel absq; culpa locatoris ea ut non potuit conductor properter impedimentum tertij, vel naturæ, tunc nec locator tenebitur ad interesse, nec conductor ad pensionem. l. si fundus. l. si vno. §. item cum quidam. l. si merces. §. vicino. l. item queritur. §. exercitu. l. habitatores. §. vlt. ff. locati.

27 Quod si conductor relocata frui non potuit facto locatoris, vt quia ea locator non præstavit, quæ ex conditione contractus ad usum præstare tenebatur, tunc non solù ad remissionem mercedis, sed ad totale interesse locator tenebatur. l. si merces. l. si quis domum. §. pen. ff. locati. Bart. in l. si vno. §. item cū quidam. vers 3. casu. ff. locati. l. 21. tit. 8. par. 5. vbi Gregor. verb. vender. Rotan. à Valle consi. 69. num. 22. lib. 4. Roman. consi. 178. num. 1. Bellon. consi. 22. num. 1. Natta consi. 261. lib. 2. Tyber. Deician. consi. 108. lib. 2. nu. 2.

& 3. Minsing. in §. 2. num. 4. Inst. locat. Bossius titulo de remiss. merced. num. 108. Qui omnes locantur in im-²⁸ pedimento a tertio præstito, quod ipse locator diligentia adhibendo remouere poterat, idem Caualc. decis. 44. num. 50. lib. 1. & ita fuisse de cīum in Rota Romana testatur Paul. Aemil. decis. 183 num. 2. & 3. par. 1. Et quod in hoc casu locator teneatur in conscientia, resolutus inter Theologos Conrad. de contract. tract. 5. querit. 87. conclus. 4. versi. 2. videndum est Syluester in Summa, verbo locatio. num. 12. Molini de Iust. & iur. 2. tom. di p. 493. num. 5.

§. 7. ¶ **De actione pro socio.** **X** contractu societatis ³⁰ oritur actio ista, quæ locis inuicem competit, quæ oportuebit alterum alteri aliquid ex bono, & a quo præstare, estquæ directa ex vtraq; parte, vt in §. ex quibusdam Instituta de pen. et mer. litig. & datur ad diuersos

los effectus. Aliquando ad so-
 cietatem contractam ad im-
 plendam & conficiédam, ve-
 luti ut fiat cessio iurium, &
 collatio rerum in communi
 secundum conuentionē so-
 cietas, quo casu intentari
 illico societate inita poterit.
 Aliquādo vero datur ad per-
 sonales præstationes puta ad
 fructus, & redditus percep-
 tos in communi diuidēdos,
 & ad lucra, impensas, & dā-
 na communicanda, quo etiā
 casu durante societate pote-
 rit intentari. l. pro socio. l. si
 Titium. l. cum duobus. §. itē
 respondit. ff. pro socio. Ali-
 quando etiam datur pro hi-
 benda vtili ratione lucri, &
 damni inter socios diuiden-
 di finita societate. l. verum.
 §. fin. cum l. sequenti. l. tan-
 diu, & ibi glof. verbo datam.
 ff. pro socio, & tunc in libel-
 lo exprimenda est causa per
 quam fuit societas finita, &
 forma societas, idest partiū
 lucri, & dāni, quæ vnicuiq;
 ex socijs evenire debebant.
 32 In libello responso potest
 dici societatem fuisse statim

à principio solutam per cō-
 trarium cōsensum partium,
 quod ex eo elici potest, quod
 socij separatis negotia sua
 tractare cōperunt, ita nota-
 tur in l. Titium, & mærium.
 §. altero. ff. admin. tut. Vel
 poterit Reus excipere ex ea
 quod auctor neglexit rem cō-
 munem reficere, vulgo (*for-
 necer o cōtracto*) & ipse reus
 solus refecit, nam si socius
 negligens non soluat partem
 impensarum ad eum pro sua
 rata portione pertinentium
 intra 4. menses, perdit domi-
 nium suæ partis, & illud ac-
 quiritur, & applicatur socio
 refaciēti, de hoc sunt in ter-
 minis tex. notab. & expreſſi
 vus in l. 4. §. si ut proponis.
 C. de ædificijs priuat. alius
 in l. cum duobus. §. 3. §. idem
 respondit socius qui cessan-
 tis. ff. pro socio. quod ut sin-
 gulare, & menti tenendum
 dixerunt Angel. & Iass. in §.
 sequens. nu. 48. Inst. de actio.
 Item potest reus in diuisione
 societas excipere dicens,
 prius debita quæ contraxit
 in causa societas, & quæ

solutus ex sua pécunia, prius
è cumulo bonorum esse de-
ducenda.l. Mutius. ff. pro so-
cio. sed non poterit deducere
pecuniam, quam debet in
diem creditoribus, quia suf-
ficiet, ut ei præstetur cautio
solvendi, cum dies cesserit.
Iomne. & l. si socij sumus. ff.
pro socio.l. cum socij. ff. com-
muni diuid. l. 16. tit. 10. p. 5.

§. 8.

De actione depositi.

Datur directa actio ista
ad aduersus depositarium
ad persequendam rem depo-
sitam cum fructibus, & om-
ni causa.l. 1. §. hanc actionē.
ff. deposit. l. 5. & 8. tit. 3. p. 5.
etiam si res sic deposita à præ-
done, vel seruo.l. 1. §. si præ-
do. & l. quod seruus. ff. depo-
siti. Per contrariū vero exce-
ptio, vel actio cōpetit deposi-
tario, & eius hæredi aduersus
deponentem, & eius hæredē,
ut sibi restituatur id, quod
necessario, & utiliter impen-
sum fuerit in re deposita.l. ei
apud. ff. depositi, & interim
habet retentionem, secundū
glos. in l. pen. C. eodem ver-

bo exceptionem, contra quā
tamen est. l. 10. titul. 3. par. 5.
Vel illa contraria responsio-
ne se tueri poterit reus dicés
res depositas perdidisse sine
dolo, articulando casum for-
tuitum, vel alias præsump-
tiones, & coniecturas, qui-
bus dolus præsumptus exclu-
datur Abb. in cap. bona fi-
des. num. 2. depositi, & quan-
uis culpa præcedat, si tamen
omni modo talis casus con-
tingere debuerat etiam nul-
la culpa interueniente reus
non tenebitur. l. fin. §. si ea.
ff. ad l. Rhod. de iactu. versic.
si modo. l. si aliis. §. est &
alia, ibi æquè perituris. ff.
quod vi aut clam. l. is qui ex
stipulatu 44. ff. de act. & obli-
ga. Palat. in cap. per vestras.
§. 21. num. 11. de donat.

Item depositarius recte;
excipiet si pinceps pecunia
confignatam, & depositam
exegit à depositario, veluti in
vsum reipub. vti sæpe conti-
git Bald. in l. 2. C. quod met-
caus. Bart. in l. creditor. ff. so-
lut. Iass. consil. 26. lib. 3. Sed
quid in ijs casibus an pericu-
lum

Ium sit debitoris qui eam cō-
signauit, an creditoris qui ea
renuit accipere? admittenda
videtur distinctio Bart. in l.
qui decem, & in l. creditor
oblatam. ff. solut. & in l. l. C.
de suscep. & archar. lib. 10.
& tenent alij relati à Tiraq.
de retract. conu. §. 4. glos. 6.
num. 34. Sed non poterit de-
positarius excipere de inter-
dictione, vulgo embargo, ali-
cuius tertiarę personę sibi fa-
cta auth., sed iam. C. depo-
siti, nec de compensatione.
l. 5. tit. 3. par. 5.

35 Requiritur singulas res
nominatim in libello exprimere, si specificè, & nomina-
tim fuerunt consignatae tem-
pore depositionis, si minus
tunc est in arbitrio libellanti-
tis exprimere res existentes
in fardelo, ut est casus no-
tabilis in l. i. §. si cista ff. deposi-
ti, & ibi Bart. nam deficien-
tibus probationibus prædi-
ctas res fuisse in fardello pro-
bari potest per iuramentum
pactis, ut per Bart. in l. in
actionibus, num: 23. ubi Ale-
xan. num: 18. ff. de in item

iurand. contrâ quod tale iu-
râmentum, scilicet tot, & ta-
les res non fuisse in tali far-
delo, nec esse talis valoris,
& pretij, admissa fuit proba-
tio in contrarium in lite An-
tonij de Bulhaô cum Stephe-
no Curado, Scriba Domini-
co de Chaves, Anno 1613.
quam decisionem probauit
Plotus in l. si quando. num.
405. & 415. C. vnde vi. con-
suluit Parisius consil. 74. nu-
m. 5. lib. 1. tenuit latè Menoch.
de arbitrijs. lib. 2. cent. 3.
casu 208. num. 26. cum seqq.
Tiraq. de retract. linag. §. 4.
glos. 1. num. 3.

Requisitur etiam in libel. 2.
lo dici quod res deposita sus-
cepta fuerit a depositario ta-
cite, vel expresse eo conser-
tiante. §. præterea. Instituta
quibus mod. re contr. oblig.
Gomes 2. tom. var. cap. 7.
num. 2. omnia hæc aquila se-
cunda. in. fol. 9. §. 9. in. fol. 10.
De actione mutui.

Prinципaliter in huius actionis libello articulare debet de numeratione l. cum seritus est. de condicione indebet.

Speculat. tit. de teste. versic.
sed pone. num. 66. l. testium.
C. de testibus. l. si ex cautio-
ne. C. de non num. pecun. l.
l. C. de solut. Abb. in cap. si
cautio. col. 3. de fid. instrum.

37 ver si. 2. glos. querit. Cæterū
si confessio sit de recepto, &
transacti sint 60. dies in ter-
minis Ordinat. tunc sufficiet
articulare tantum de confes-
sione ut per Bald. in d.l. si ex
cautione 10. quæst. Bart. in l.
certi conditio. §. si nummos
col. 2. ff. si cert. petat. Masc.
de probat. concl. 1085. nn. 4.
Per concrarium reus excipe
re potest ex ijs quæ dixi. lib.
3. cap. 22. num. 23.

§. 10.

De actione commodati.

38 R Equiritur in libello di-
ci ad rogatum como-
datarij rē fuisse comodatā,
quia aliás ille non teneretur
de culpa, sed tantum de do-
lo, vt est notab. glos. in l. si vt
certo. §. interdum. verb. quis
39 vltro. ff. commod. vbi Bart.
dicit quod semper sis cautus
de his facere positionē lass.
in §. sequens. Inst. de act. Vn

de econuerso comodatarius
debet facere articulos, quod
sponte res commoda fuit
sibi oblata, quanuis in dubio
eius rogatu præsumitur, ita
Paul. in d. §. interdum.

§. 11.

De actione mandati.

S Imiliter actio ista est du-
plex, vna directa datur
mādatori, & eius hæredi ad-
uersus eum, qui mandatum
suscepit, & non explevit. l. si
mandauero. §. fin. l. inter cas-
as. §. qui suscepit. ff. mādat.
videtur enim in dolo esse nō
adimplendo, quod sibi com-
missum est. l. dolum. 44. ff.
mand. vel illud expleuit do-
lose, vel negligenter cum dā-
no mandantis. l. præterea l. si
procuratorem. §. 1. ff. mand.
§. is qui Institut. cod. Vel
vt mādatori restituat quic-
quid ad eum ex mādato per-
uenit, si res tradita sibi fuit,
aliás cedat actionem. d. l. si
procuratorem. §. dolo. Vnde
si tibi mandaui, vt meo, &
tuo nomine vestigal regū
conduceres, tuq; simpliciter
conduxisti, quia præsumitur
etiam

etiam meo nomine facta cōductio, mihi competit actio mandati, ut partem mihi tradas, l. si seruum. 21. verific. idē est in eo. ff. interrog. act. Bar. in l. qui in aliena. §. si is qui. ff. acq. hær. fundat Menoch. de præsumpl. lib. 3. cap. 49. & est cōmuniſ ex multis quoſ refert Tiraq. de retract. conuenit. circa fin. nu. 115. quam communem ampliat Bar. in l. 4. §. si ab ignoto. vers. vnde queri. ff. de minumission. per tex. ibi quoſ si tibi mandauit ut mea pecunia fundū emeres, tuq; simpliciter emisi, prælumitur nō solū quoſ ratione mandati, verum etiā quoſ mea pecunia emeris, & conſequenter actione mandati compelleris mihi fundū tradere, oblata tamen tibi pecunia, & etiam cum fructibus rei emptæ Bald. in rub. quæſt. 15. C. contr.empt. quæ ſecuntur plures quoſ refert Conar. lib. 3. var. cap. 4. n. 7. ad fin. Reus vero in hoc caſu excipiet ſe mandatum nō ſuſcepſe imo recuſaſe, & ideo actus simpliciter gestus

non videtur gestus ratione mandati, ita Paul. Alex. &c Aret. in d. §. ſris qui. col. fin. Niſi negotiū eſſet tale quođ omnino pertineret ad ipsum mandantem Mafc. de prob. concl. 1239. num. 21. Barboſa in l. post dotem. ff. ſoluit. matrim. Item reus per contrarium excipere potest ad reſtitutionem expenſarum, quaſ necessario, & utiliter fecit, licet negotium infelicitate ſuſceſſerit abſq; ſua culpa. l. qui mutuam. §. vlt. ff. mandat.

§. 12.

De actione neg. gest.

Actio iſta directa com- 43 petit aduersus eum, qui ſponte negotia abſentis gefit, ad hoc ut rationem reddat, & condemnetur in id, quođ non oportuit eſſe geſtum, & in id quođ ex geſtione retinet. l. 2. ff. neg. geſt. vel ut ſoluat uſuras pecuniaꝝ quaꝝ déptis necessarijs ſumptibus ſupererſt. l. qui in aliena princip. ff. de neg. geſt. Daturq; prædicta actio ne dū 44 domino, cuius negotia geſta fuit,

funt, sed etiam cui libet cuius interest isto iudicio expetriri, ut in l. actio. ff. de neg.
 45 gest. Requisitur igitur articulare de absentia, vel ignorantia eius, cuius negotia gesta sunt, ut in §. I. Institu. de obligat. quæ ex quasi contractu. l. 2. ff. de neg. gest. alioquin si dominus præsens esset, & taceret, mandatum induceretur. l. qui patitur. l. si remunerandi. §. si passus. ff. mandat, & tunc cessat actio ista. §. I. de obligat. quæ ex
 46 quasi contractu. Reus item per contrarium excipere potest pro eo, quod necessario, vel utiliter in rebus gestis impendit. l. quæ utiliter. 47. ff. de neg. gest. & etiam ad hoc, ut liberetur ab obligatione pro domino negotiorum suscepta, & ut indemnitas rerum gestarum sibi prestetur. iuxta l. si quis mandatu.
 29. ff. eodem. l. 2. C. de sentent. quæ sine certa quantitate, sufficietq; negotium à principio utiliter cæptum esse, licet prospere eventus non fuerit secutus, ut in l. sed an-

alio. §. l. ff. de negot. gest.
 48. 13. De actione tutelle.

Actio ista directa com. 48 petit pupillo contra tutorem, ut rationem suæ administrationis reddat. l. I. C. arbitrium tutell. & l. I. §. officio. ff. de tutell. & rat. distrahit. nec antea datur quam sit finita tutella. l. tutor. 9. §. si testameto. l. nisi finita. ff. de tutell. & ration. distrahit. l. aduersus. & l. rationes. C. admin. tut. Quam rationem tutor reddere debet per inuentarium, quod in principio administrationis facere tenetur. l. fin. in fin. C. arbitr. tutell. optimè Castillo in l. 27. taur. num. 28. verbi. ad quartum. Garcia de expens. cap. 20. num. 22. ubi etiam agunt qualiter, & quomodo per inventarium ratio sic reddenda. Vnde si tutor inuentariū 49 non conficerit, iuratur in item contra eum, in id, quod pupilli interest. l. tutor. qui repertorium. ff. admin. tut. quod in suos hæredes transmisit, ut per Pauli in l. 6. per alium.

alium. §. fin. ff. ne quis eum qui in ius vocatus , licet aduersus hæredes tutoris non detur hoc iuramētum. l. vlt. C. de in litem iurand. teneaturq; tutor deleui culpa. l. i. in princ. ff. de tutell. & ratio. 49 distrahit. Tutor vero per contrarium aduersus pupillum excipere potest , vt restituat sibi, quod impendit in administratione , & liberet eum ab obligatione quam pro eo contraxit. l. i. ff. de contraria actione tutellæ. Et quinque modos contrariandi , vt tutor absoluī possit de tutellæ administratione, ponit Cæpola , cautela 221.

§. 14.

*De actione petitionis
hæreditatis.*

ACtio ista competit hæredi, qui hæreditatem adiicit, & possessionem non fuit adeptus aduersus possidentem pro hærede, vel pro possessore ad hoc , vt actor hæreditatem totam, vel partem cum accessionibus consequatur ita lass. in §. actio- num. à num. 186. ubi Min-

sing. n. 104. de actioni. ideoq; vniuersalis dicitur. l. i. ff. de rei vend. mixtaq; , quia personalis, & realis ut in §. quadam Instit. de actioni. l. hæreditatis petitionem. C. de petit. hæredit. l. sed et si. §. petitiō. ff. eod.

Requiritur ut in libello ostendat actor se esse hæredē siue ex testamento , siue ab intestato, siue per se, siue per interpositam personam etiā extraneam. l. i. 2. & 3. ff. de petit. hæred. quod etiam p o cedit non facta mentione illorum, qui mediij fuerunt in successionē, quia qui est hæres hæredis, primi testatoris est hæres. l. pater familias. ff. de vulgar. Nec opus est ex primere an sit hæres ex testamento , sed sufficit dicere se hæredem ita Bar. in l. 3. ff. de petit. hæred. Nec item est necesse dicere se adiuuisse , quia eo ipso quod quis agit ista actione, tanquam hæres censetur adiuuisse hæreditatem Bar. in l. is potest. ff. acq. hæred. imo si filius agat in iudicium. & petat aliqua bona patris,

tris, censetur se immiscuisse.
l. i. C. de repud. hæred. l. si
auia. C. de iure delib. consu-
luit Aret. cons. 136. & Alcia.
cons. 574.

53 Requiritur etiam articu-
late defunctum possedisse, li-
cet dominium nō probetur,
ita Bar. in l. ita videndum. §.
vlt. cum l. sequenti. ff. de pe-
tit. hæred. Nec est necesse spe-
cificè enarrare res hæredita-
rias in libello, Bart. & gl. in
l. i. ff. de edēdo. Abb. in cap.
2. de libelli oblatione. Item

54 peti potest ut reūs condem-
netur ad fructuum restitu-
tionem, quia ipsi in hac actio-
ne veniunt, etiam si expresse
non petantur Bart. in l. 2. ff.
de petit. hæred. & à tempore
occupationis, vsq; ad realem
traditionem iuxta decisionē
Senatus in lite Antonij de
Bulhaō cum Stephano Cu-
rado, Anno 1610. Scriba Do-
minico de Chaves. Per con-

55 trarium vero huic libello ref-
ponderi potest reūm posse-
disse prædicta bona, titulo
donationis, vel quouis alio
titulo singulari, vnde prædi-

cta actio excluditur. l. regu-
lariter. ff. de petit. hæred. cu-
ius interpretationem ita po-
suit Iaff. in l. i. col. 4. C. de in-
officiis. testam. Couar. pra-
etic. cap. 12. num. 2. Soc. reg.
364. Parlador. quotid. quæst.
cap. 5.

§. 15.

De actione pro dote.

DOs licet non sit pro-
missa, adhuc tamen à
socero eā gener exigere po-
test secundum glof. in l. obli-
gamur. verb. lege. ff. de act.
& oblig. quam dicit commu-
nem Alex. consi. 160. nu. 2.
lib. 7. Iaff. in auth. præterea.
num. 8. C. vnde vir, & vxor,
Gregor. in l. 8. titu. 11. par. 4.
verb. el padre, & veriorem
dicit Couar. in 4. 2. par. cap.
3. §. 8. num. 7. Per contrariū
reūs in repulsione articula-
re poterit se in scio, & sine
eius consensu filiam matri-
monium contraxisse, ac ideo
ad dotem non teneri Bild.
recept. in l. vlt. num. 11. C.
de dot. promiss. probat Pa-
lat. rub. in cap. per vestras,
notab. 3. §. 3. num. 1. & 7. &

§. 4.

§. 4. num. 5. & §. 7. ad fin.
 58 Nec enim bono publico conuenire videtur ut filia intra 25. annum impune nubat ab q; consensu patris, quanvis aliud sit dicendum de iure canonico. Ut per glossam cap. fin. 32. quest. 2. glosa verbo excusata in cap. de raptoribus 26. quest. 1. resolutum Alex. in l. I. num. 32. & ibi Claudio. col. 4. ff. solutio maximo, quosum opiniones cum distinctione nititur ad concordiam reducere Bartolosa in d. l. I. 4. par. & alter Molina lib. 2. de primogen. cap. 16. nu. 8. versi. ceterum.
 59 Sed prior opinio adeo apud nos ita procedit ut etiam si filia iam attigisset 25. annū, adhuc ramon remaneat exclusa ut ex Ordinatio. lib. 4. tit. 88. §. 1. decreuit Senatus in lice Emanuel. d' Almeyda da Sylua cum Emanuel Correa de la Cerdá, Scriba Francisco d' Azevedo, atq. 1611. Nam illud verbum (*antes de ter*) quod in predicta Ordinatione habetur, intelligitur ante finitum tempus, glossa

I. cum qui ita. §. qui ita stipulatur in fin. ff. de verb. oblig. Alex. & Aret. in l. qui ante Calendas ff. eod. tit. Vel excipiet sicut quod 60 non teneatur ultra quam facere possit attenta qualitate sua personæ. l. sicut cum l. sequenti ff. de re iud. l. ex diuerto ff. solut. matrim. l. pena ff. de iur. dot.

§. 16.

De actione ex l. 2. C. de ieiuio rescindenda.

HAEC actio non solum 61 habet locum in emptione, & venditione, sed etiā in alijs pro ut explicat Galde. verbo Iesu. num. 153. l. 54. tit. 5. par. 5. glosa. & etiam si deceptio excedat dimidiū iusti presij in uno humo, secundum Baldam d. 2. quest. 12. quem sequitur lass. in art. thes. qui rem. num. 16. C. de sacr. Eccles. Vallaei. consil. 44. num. 3. tom. 1. Sed cum hæc actio sit personalis non datut contra tertium possessorum, Bald. vbi sup. nu. 16. Couar. lib. 2. var. cap. 3. n. 10. Pinel. hic 2. par. cap. 1. nu. 3.

bene

bene tamen transit ad fidei-
iussores, ut per Paul. in l. 1.

C. de fideiussor. minorum.
Requiritur in hoc libello articulare de communi pretio
in tempore contractus, quod
iustum esse dicitur Vallasco
consi. 43. lib. I. & ita articu-
lus concipiendus est secun-
dum Aret. in §. si quis agens.
Inst. de action. Masc. concl.

657. num. 5. vbinum. 4. po-
nit etiam alium modum ar-
ticulandi. Vnde cautus rei
aduocatus per contrarium
articulos faciet in libello res-
ponsorio de qualitatibus pre-
dictis rei emptæ attenuanti-
bus, ac diminutibus, veluti
si res sit emphyteutica, vel
affecta pacto de retro vendé-
do, aut aliquid onus annexum
habens, ut per Angel. in d. §.
si quis agens. col. 4. vbi sic ex
ijs sequuntur relati per Panth.
in l. 24. num. 45. & nu. 286.

63 Vel quia persona venditoris
erat implicita pluribus debi-
tis, nam ex hoc potest con-
cludi, quod talis res existens
hominis sic impliciti debitis
non repe. iisset emptorem tā-

tæ quantitatis, ut caute mo-
nuit Bart. in l. 1. §. si haeres.
num. 3. ff. ad Trebell. Vel quia
res vendita haberet malos vi-
cinos, nam ex eo res minoris
valet, minorisq; emitas,
& venditur. l. quod æpe. §.
vlt. ff. de contrah. empt. Ti-
raq; de pœnis. caus. 23. nu. 6.
Requiritur in conclusio-
ne electiue peti, pro vt dixi
in præfatione. num. 5. & tra-
didit etiam Pinel. hic. 3. par-
cap. 3. num. 12.

C A P . I X .

D e actionibus personalibus
in rem scriptis, &
arbitrarijs.

D e actione quod metus
causa.

Q Vanuis in libello nō i-
sit necesse exprime-
re certam personam in spe-
cie, per quam metus sit illa-
tus. l. si cum exceptione 14
§. in hac. & ibi glo. ff. quod
met causa. Tamē caute faciet
aduocatus, si in articulis de-
ducatur.

ducat qualitatem metum inferentis, ut quia erat potentior, seuerus, & qui quod minatus erat, re ipsa præstare consueuerat. Item, & qualitatem eius, cui metus infertur, ut quia erat fæmina, siue mas, sed timidus, & mitis, cui facilè terror incuti poterat Bur sat. consi. 72. num. 15. lib. 1. M. sc. conclus. 1055. num. 7. vnde ad tollendum metum, quid faciendum, cautè monuit Bar. in l. transactione. num. 2. C. de transact.

Requiritur articulare de metu, qui cadat in constantem vitum, puta mortis, vel cruciatus corporis, vel quid simile. l. interpositas. C. de transact. Et quibus ex causis illam Iudex arbitrari possit, docuit optime Menoch. de arbitra. casu 135. & 136. lib. 2. cér. 2. Nec enim sufficit articulare metum in genere secund. Bar. in d.l. interpositas, sed in specie, & ut simul articuletur, & probetur cōmodum ad inferentem metum peruenisse, ita Dec. consi. 42. num. 6. Soci.con-

si. 37. num. 3. lib. 2. Reus tamen excipere potest de libera voluntate articulando alii quas circumstantias, ex quibus deprehendi possit actum fuisse liberæ voluntatis, & non per metum, ita Burrius in capite super hoc de renuntiatione, quem sequitur Cæpo. consi. 2. ciuili. col. 3. Quanuis regulariter in hac spetie plus creditur duobus testibus deponentibus de metu, quam mille deponentibus de spontanea voluntate, Innoc. in d. cap. super hoc. nu. 2. Alciat. de præsump. regul. 3. præf. 7. num. 5. & de communi testa tur Dec. in cap. fin. de appell. Couar. de sponsal. 2. par. cap. 3. §. 5. num. 10. Item potest reus excipere ex eo, quod A. sumpsit metum à se ipso, vel à catu, & non extrinsecus, ut quia non fuit illatus metus ab homine, & per iniuriam. l. mulier. 21. quod met. causa. cap. si quis. 17. de regu lar. Soto lib. 7. de iust. & iur. quæst. 2. artic. 1. Sed Actor adhuc replicare potest se clam protestatum fuisse per

metum contrahere, nam licet illa protestatio non sufficiat ad probandum metum.
 1. metum. C. de ijs quæ vi metus vè causa, tamen ex eo plurimum coadiuatur probatio metus, ita ut præcedente protestatione ad metus probationem sufficiente præsumptiones, & inditiae ut post alios tradit Peralta in l. si quis in principio testamenti num. 124. deleg. 3. Nec obstat quod ut protestatio valeat in actibus à duorum voluntate dependentibus necesse est ut fiat parte præsente provt dixi supra. lib. 3.

5 cap. 21. num. 60. Quia respondeatur quod quando quis iustè timet coram parte protestare, valet protestatio clam facta, & habetur perinde ac si præsente parte, vel consentiente facta fuisset, ut contra Bart. tenerunt Bald. Ang. & Iass. num. 41. in l. qui in aliena. S. celsus. ff. acquir. hær. Peralta sup. num. 124. & est vera sententia pro qua facit tex. in l. fin. C. de ijs qui per met. Iud. cap. fin. extra

de appell. Nec item obstat quod per contrarium actum videtur recessum à protestatione, quia illud procedit ubi actus, qui fit post protestationem fit sponte, ut est tex. opti. in cap. 1. iun. gl. de ijs quæ vi metus vè causa, vbi Abb. 1. notab. Couar. sup. nu. 12. Nam si quis per metum promiserit, & poste a soluerit, licet videatur à causa metus recedere ut in l. 2. C. de ijs quæ vi metus vè causa, tamē si durat eadem causa metus, videtur etiam per metum soluisse, vt i colligitur ex d. l. 2. in fin. docuit Bart. in l. pen. nu. 6. C. de condic. obturp. Dec. in l. pacta nouissima. num. 12. C. de paet. Boer. decil. 100. num. 15.

§. 2.

De actione de dolo.

Dolus cum in animo consistat, nō possunt ita articuli super eius actione fieri, ut verè probatio fit, vt i colligitur ex l. dolum. C. de dolo. ita Iass. consil. 131. col. 3. lib. 4. Ideoq; sufficiet ita articulum fieri, ut præsum-

ptuē

ptiuè probatio fiat, ut inquit Paul. in l. quod Nerua. nr. 3. ff. depositi. Msc. concl. 532. Cuius rei exemplum posuit glo. in d. l. dolum. verb. conuenit. Nam inditia, & conie sturæ, ex quibus velis dolum præsumere, debent esse ita perspicua, ut non possint accipi, nisi in malam partem, ut in prædicto exéplo. Quæ autem sint illa ius non declarat, idcirco iudicis arbitrio relinquitur, ad quod pertinet plura quæ afferit Menoch. de arbitr. Iud. cent. 2. c. su 116. Ad respondendum vero huic libello articulare poteris ex præsumptionibus excludentibus dolum, quales sunt ille, quæ sumi possunt ex qualitate personarum, & alijs de quibus Menoch. lib. 5. præsumptione 3.

§. 3.

De Actione ad exhibendum.

H Ace actio arbitraria est & non solum datur domino, vel quasi, sed etiam olim possessori, vel qui prætendit aliquid interesse. l. 3.

§. est autem versi. sciendum, cum l. sequenti. ff. ad exhib. & est sumaria in qua non ad mittitur exceptio altiorē in-daginem requirens. l. 3. §. ibi dem. ff. eod. tantum Iudex sumatim examinare debet an actor habeat iustam cau-sam exhibitionis petendæ. l. 3. §. si mecum. versi. elegan-ter. ff. eodem. Daturq; prædi-cta actio etiam contra nudū detentatorem, vel custodem rei, & contra illum, qui quo-quo modo habet facultatem rei exhibendæ. l. celsus. ff. ad exhibend. aliás vel procedi-tur ad capturam, vel iuratus in lité contra eum. l. non ignorabit, & glof. etiam ibi. C. ad exhibend. Bart. in l. 3. §. si. l. col. ff. de tab. exhibend. Iu-dicavit Senatus in lité Antonij de Bulhaõ cum Stephano Curado, Scriba Michaelle Rodrigues, Anno 1611. Quod tamen iuramentū im-pediri potest, quando facti, & personarum qualitas ali-ter suadeat, ut placuit Ploto in l. si quando. num. 412. C. ynde vi. Tiraquel, de pænis

V caus.

caus. 13. in fin. & caus. 51.
13 num. 69. In libello autem
responsorio reus se tueri po-
test ex eo, quod dicat se non
habere rationes, vel eas per-
didisse probata ammissione,
ut in l. si quis ex argentarijs,
iun. gl. verb. in longinquo.
ff. de edend. Vel quod si ha-
res, & statur eius iuramento
iuxta gl. in Clem. 2. de vſu-
ris, vel quod actoris non in-
tersit exhiberi, Bart. in l. vlt.
num. 3. ff. de tab. exhibend.
adde glos. in l. 3. §. sciendum.
verb. sumatim. ff. ad exhibē.

C A P. X.

De Interdictis.

§. 1.

De Interdicto possessorio
vndeni.

IN hoc interdicto duo
sunt articulada ab acto-
re scilicet possessio sua,
& noua possessio conuenti.
Gabriel lib. 5. comun. tit. de
restit. spoliat. conc. 5. num. 7.
vers. 2. conclusio. Menoch.
de recuperand. remed. 15.

quæst. 31. num. 385. Nam pro-
bando antiquiorem posses-
sionem, noua præsumitur clan-
destina & vitiosa, cap. licet
causam extra de proba. cum
duo in solidum possidere nō
possint. l. 3. §. ex contrario.
ff. acq. possessione. Bart. in l.
si duo. nu. 4. ff. vti possidet.
Dixi quod actor debet arti-
culare de sua possessione,
quæ etiam intelligitur, siue
ipse possideat per se, siue per
factorem, vel colonum, qui
si fuerint deiecti, domino cō-
petit hoc interdictum. l. 1.
§. quod seruus. & §. non autē
ff. de vi armat. Bart. in l. 1. §.
siue autem. ff. eodem. Requi-
ritur autem tempus deiectionis
apponi in libello, ut cau-
te aduertit Bart. ubi sup. ex-
ratione de qua ipse in l. de-
nuntiasse. §. quid tamen. ff.
de adulterijs.

Requirituretiam ut in cō-
elusione dicatur, petit resti-
tui, & reintegrari, secundum
Afflict. decil. 77. Speculat. de
restit. spoliat. §. 1. num. 7. nā
verbum restitui, solum ad do-
minij, non possessionis resti-
tu-

tutionem pertinere potest. I.
qui restituere. ff. de rei ven-
dicat. §. sed & si rem. Inst. de
officio Iud.

Cæterum quānus in hoc
interdicto exceptio de domi-
nio non admittatur, adhuc
tamen Reus per contrarium
objcere poterit articulando
spoliatum passum fuisse pro-
bationem fieri super domi-
nio, nam tunc restituendus
non est spoliatus ex commu-
ni interpretatum sententia
in cap. 1. per tex. ibi de re-
stit. spol. Bart. in l. si quis ad se
fundum, sub num. 2. de vi
pub. cum alijs adductis à
Mascard. concl. 1331. Vel ex
confessione spoliati, per quā
cōstet de dominio ipius spo-
liatoris, vt tenuerunt plures
relati à Menoch. de recup-
remed. 1. quæst. 16. nu. 215.
nam illa confessio est proba-
tio probata, quæ notāda sunt
pro intellectu Ordina. lib. 4.
titul. 58. in fin. versl. & posta
que.

Vel etiam excipere potest
quod actor non habebat pos-
sessionem, sed rem depositā

à vero domino vt in l. licet.
§. fin. ff. deposi. Nec enim se-
quester possidet l. interesse.
ff. acq. poss. Menoch. de reti-
nend. remed. 3. à num. 86.
Reus vero habuerit posses-
sionē à vero domino, & ideo
non dicitur comittere spo-
lium sequestro, vel deposita-
rio. Vnde si quis faciat exe-
cutionē in ædibus titij, que
erant depositæ penes alium
credитorem, qui tempore li-
citationis executionem im-
pedire voluit pro suo debi-
to, si nihilominus creditor
qui fecerat executionē, pos-
sessionē fuerit adeptus, quod
non dicatur vim, & spolium
committere depositario, cen-
suit Senatus in lite Anrique
Teles de la cerda cum Anto-
nio Soares, Scriba Domini-
co de Chaves, Anno 1612.

§. 2.

*De Interdicto uti posse
detis.*

REQUITUR in hoc, vt
Actor articulum fa-
ciat de sua possessione per
actus positivos, quales sunt
qui fiunt in cultura agrorū.

V. 2 iuxta

juxta gl. in l.3. verb. finiatur.

C. fin. reg. vbi Bald. num. 4.

Aret. in §. sic itaq; num. 72 de aet. vel qui fiunt in perceptione fructuum uti colligitur ex l. Titia. ff. de solut. & in l. 2. vbi Bart. C. de acq. possessione Menoch. retinendæ. remed. 3. quæst. 72. num. 564. Mascard. concl. 1188.

¶ Nec enim hæc actio competit nisi possidenti secundum Fab. in §. retinendæ. nu. 16. Institut. de interd. quem sequitur Menoch. d. remed. 3. q. r. num. 18. vbi alios citat. Requiritur etiam articulare à reo conuento fuisse turbatum eo tempore, quo actor possidebat ut tradit Menoch. vbi sup. quæst. 71. nu. 559. Masc. conclus. 1196. ex num. 25.

¶ Item modum, & qualitatem ipsius turbationis, veluti quia non sinebat eum arare, sic docuit Bar. in l. 1. § interdictum. num. 8. ff. vii possidet. Menoch. sup. quæst. 61. num. 462. Angel. in §. quadruplici. col. pen. num. 49. vers. item dixit in libello quod non permittit me arare. de-

aet. Mascard. concl. 1396. ex num. 5. Reus vero ad obti- 12 nendum articulare debet de anteriori, & antiquiori pos- sessione, ut in cap. licet cau- sam vbi Felin. ex num. 8. de probat. Bart. in l. si duo. nu. 4. ff. uti possid. & alios ad id ci- tat Menoch. sup. quæst. 87. num. 225. vers. septimus est casus. Mascard. concl. 1199. Vel plures testes pro se ad- 13 ducat, nam licet arbitrio Iu- dicis relinquatur, quæ sint probationes meliores. l. ob carmen. §. vlt. ff. de testibus. Tamen ille melius possessio nem probare dicitur, qui per plures testes intentione pro bat Beroius in cap. licet cau sam. num. 56. vers. quarta co clusio, & Butrio. num. 35. de probat. Vel etiam articulum 14 faciat de dominio ut est tex. & gl. in cap. licet causam de probat. Et ratio est quia si probemus æqualiter de pos- sessione, tunc apparebit iu- stior possessio illius, qui est dominus, unde si tu suspicaris aduersarium probare de proprietate, hac cautela uti debes

debet, ut scilicet facias articulos, quod ipse possidet clā
à te respectu possessionis,
ut per cautellā monuit Bart.
15 in l. si de eo. §. fin. ff. acq. pos-
sessione. quam refert Hiero-
nym. de Monte in tractatu
de finibus regend. cap. 47.
num. 8.

§. 3.

*De Interdicto adipis-
cende.*

16 **H**oc Interdictum com-
petit tam hæredi ve-
nienti ab intestato, quam ex
testamento. l. 1. vbi Salicet.
C. quorum bonorum. Batt.
in l. fin. C. de edict. diu. Had.
toll. Nec est necesse probare
se adiuuisse secundum Docto-
res quos refert Menoch. de
adipiscend. remed. 4. quæst.
78. num. 676. ex eo quod sa-
tis sit ostendere testamentū,
in quo scriptus est hæres, &
petat hāc missionem, quoniā
ex ipsa petitione declarat se
hære idemuxta l. gerit. ff. de
acq. hæred. contu uit Aret.
consil. 136. & Alciat. consil.
17 574. Nec quæstio dominij in
hoc interdicto refricari po-

test, ut notat gl. in l. 1. verb.
restituas. ff. quorum honorū
& hoc patet cum sit interdi-
ctum sumarium, in quo non
potest opponi villa exceptio
requirens altiorem indagine
ut in l. ille à quo. §. si de te-
stamento. ff. ad Trebell. Vn-
18 de in hoc interdicto sufficie
sumaria, & præsumpta pro-
batio, ut per Bart. glof. &
DD. in l. 2. C. quorum bono-
rum, nam satis est, quod sum-
matim doceat se hæredem,
vel ex testamento, vel quod
sit de liberis, vel de agnatis.
Et quanuis si res sit vaccans 19
& à nemine possessa, possit
actor mitti in possessionem
virtute testamenti per tabel-
lionem de consuetudine reg-
ni. Tamen si res ab aliquo de-
tineatur, talis missio in pos-
sessionem, etiam cum man-
dato Iudicis, spolium potius
dicetur, ut censuit Senatus
in causa Emanuelis de Sou-
za Mexia cum Ines de Faria
Borges, Anno 1608. Scriba
Aluaro Pereira. Nam ad 20
piscendam huiusmodi posses-
sionem causæ cognitio præ-

mittenda est, ut est tex. singul. in l. 1. §. necessatio. ff. si ventris nom. Etiam si lege, pacto, aut statuto, possessio transiret in haeredem ipso iure mortuo ultimo possesso-re, ut per Cyn. in l. 3. C. de condic. ob causam, vbi stan-te consuetudine (qualis est apud Gallos) quod in haer-
 dem transeat non solum do-minium, sed etiam possessio,
 21 haeres non poterit propria au-toritate occupare dictam possessionem, si penes alium reperiatur. Ad idem Abb. in cap. verum in fin. de foro co-pet. vbi dicit quod licet ex pacto possit donator intrare possessionem propria au-to-ritate rei donatae non seruata conditione, tamē debet p-eccedere declaratio, & causæ cognitio. Ad idem Oldrad.
 22 consil. 223. vbi dicit quod mortuo ultimo possesso-re alicuius Comitatus, non po-terit propria au-toritate de-tentatorem expellere sequēs ad quē verè Comitatus per-tinebat. Ad idem Palat. rub.
 23 in l. 45. taur. num. 13. vbi di-

cit, quod stante illa lege Ca-stellæ, per quam possesso Maioratus sine alia aprehen-sione transit in sequentem, quanvis aliis eam occupauerit. Tamen si aliquis ex co-tendentibus præcurrat, & possessionem apprehenderit, ille tuebitur in possessione, donec causa finem debitum suscipiat, nec dissentit Molina de primog. lib. 3. cap. 12. & 13. num. 3. Auendan. in d. l. 45. taur. gl. 9. num. 2. Ma-tienso in l. 8. titul. 7. glos. 5. 25 num. 4. & glos. 2. num. 3. lib. 5. recopill. Vnde si ita etiam cum mandato Iudicis de fa-cto quis spoliatur, de facto quoq; à Senatu restitui solet per petitionem grauaminis in lite Barbaræ Godinha, cū suis priuignis, Scriba Bel-chior Correa, Anno 1609. Quod confirmari potest ex ijs, quæ tradit Gabriel de re-stitutione spoliat. conclus. 1. num. 109. & est tex. intimis memoriz thesauris recondē dus in l. 1. §. & hoc edictū. vers. debet. ff. si mulier ventr. nom. & gl. etiam not. & om-nibus

nibus nota in l. minor. 39. in
princ. ff. de euictionibus. ver
bo Seius.

27 Sed quia lis à detentatore
plerunq; longius protrahit
ur, optimè facies si petas di
ploma regium, vt sequestrū
fiat, ut contigit in causa Pe
tri de Barros cum Petro de
Gouea, in qua prædictū di
ploma non obstantibus qui
buscunq; impedimentis à Sa
ncto fuit seruatum, Anno
1608. Scriba Geronymo de
Mendoça, & recte, quia regu
lariter stante dubio res, super
qua litigatur, sequestrari de
bet, vt per Masuerum in pra
xi. tit. de possessione. §. item
in omni possessorio, Rebus.
3. tom. ad constitutiones Re
gias. tit. de mat. possess. art. 7.
glo. 1. num. 8. Præcipue quia
sequestratio neminem spo
liat. l. sequester. ff. de verb.
signif. l. propriè, & l. licet. ff.
depositi, & est optima cau
tela in proposito ad effugien
dum litium anfractus, & di
lationes, pro ut considerauit
Pelaes de maiorit. 3. p. quæst.
7. num. 3. in fin.

Ad responsionem huius 29
libelli reus articulare poterit,
se viuente testatore cum ti
tulo possidere cœpisse, quo
casu cessat prædicta actio, vt
tradunt scribentes in l. vlt.
vbi Bald. nu. 28. C. de edict.
diu. Had. tollend. Vel non es. 30
se eadem bona, quæ defun
ctus possedit, quia identitas
non præsumitur nisi illa pro
betur per confinia secundū
Birt. in l. demonstratio falsa.
ff. de condit. & demonst. Vel 31
etiam obijcere potest exce
ptiones causam proprietatis
attinentes, quæ sunt admittē
dæ, si incontinenti proben
tur, idest intra terminum ad
probandum concessum, vt
resoluit Molina lib. 3. de pri
mogen. cap. 13. nu. 12. & 18.
tenuit Bald. in l. naturaliter.
§. nihil commune. ff. de acq.
possess. Gregor. in l. 7. titu. 4.
par. §. verb. possession. Vel 32
etiam obijcere poterit de nut
litate testamenti, virtute cu
ius prætendit actor hæredi
tatem, & possessionem, vt
quia approbatio testamenti
in scriptis facta fuerit extra

folium, & paginam vltimā
ipsius testamenti, pro vt de-
iure Regni in lib.4. titul.80.

§.2. requiritur, nam tale te-
stamentum nullum iudica-
uit Senatus in lite Francisci

Nunes Freyre ex oppido de
Mōte mor. Scriba Emanuel.

33 Manhos, Anno 1611. Quan-
uis eodem tempore contra-
rium censuerit idem Sena-
tus in causa Ludouici de Ma-
tos Fragoso cum Dominico
Fernandes, Scriba Ludouico
Lopes, eo potissimum funda-
mento, quia prædicta Ordi-
nat non ideo annullat testa-
mentum, sed dumtaxat im-
ponit pœnam tabellioni, qui
aliter approbationem confe-

34 cerit. Veleriam caute oppo-
nat proximior testatorē fuis-
se ab auctore circumuentum,
vt in specie cap. constituit.
20. quest.3. Cæpo. caut. 201.
Et quando dicatur circunuē-
tus, colligitur ex l.1. ff. si quis
ommiss. causa testam. & l.1.
C. si ex fall. alleg. & l.1. §. do-
lum. ff. de dolo. c. pen. extra
quod met. causa. cap. cum
olim. extra de re iud.

C A P. X I.

De actionibus que ex male-
ficijs descendunt.

§.1.

De actione iniuriarum.

In hoc libello ponit de-
bet tempus, & locus
commisſæ iniuriæ secū-
dum Bald. in l. edita. C. de
edend. Item & species iniu-
riæ, & qualitas personæ iniu-
riatæ. l. prætor edixit vbi gl.
ff. de iniur. l. atrocem. C. eo-
dem, & animus iniuriantis,
l. illud. §. sane autem. ff. de in-
iur. qui depræhendi potest
ex multis, quæ affert Masc.
concl. 913. n. 7. Item peti-
debet certa æstimatio iniu-
riæ secundū Ang. in prin. Ia-
sti. de act. quæ taxationi Iudi-
cis subiicitur cōsideratis cir-
cunstatijs, quæ possunt eam
augere, vel minuere. Reus
vero excipere poterit nō ani-
mo iniuriam inferendi, sed
per iocum fecisse. glos. in l. si
non conuicti. C. de iniur. nā
ex qualitate personæ, veluti

si

si sit consanguinetis, non præsumitur iniuria Farinac. in
 præt. quæst. 105. ex nu. 127.
 Aut quia statim in eodem loco se retractavit, & emendauit in eodem loco reuocando dicta verba, secundum Angel. in d.l. si non conuitij,
 Ferrara caut. 39. Vel obijciet iniuriā iam fuisse remissam, quod præsumiturex gratis seruitijs sibi inuicē factis Bald. in l. in ipsius. C. fam. erci/c.
 & ex alijs multis modis, quos refert Farinac. ubi sup. ex
 num. 339. Vel etiam excipiet de simili iniuria, qua
 fuit antea ab actore lacessitus, nam tunc erit ignoscendum. l. qui cum natu. §. sili-
 bertus. ff. bon. lib. Parlad. quotid. cap. 17. num. 12. Ti-
 raq. de pœn. caus. 1. nu. 12.
 Aut si nō apparet quis prior mouerit, neuter tenetur de iniuria Bar. in l. 1. §. cum arie-
 tes. ff. si quadrupes pauper. sed cautè faciet, qui in accu-
 satione præuenerit. Vel etiā obijciet vera esse crimina, quæ actori palam indixit, nā
 h̄ reipub. conueniat ea pan-

dēte, excusatitur à pœna pro
 vt est recepta Bar. distinctio
 in l. cum qui nocentem. ff. de
 iniur. communem testantur
 Alex. & Iass. in l. 3. ff. de lib.
 & posth. Gomes. 3. tom. cap.
 6. num. 2. Veleretiam excipiet
 seignoranter ex aliquo erro-
 re ductum illa verba protu-
 lissee, qui error & ignorantia
 ex iusta causa processit. tex.
 est singul. in l. igitur. vers. &
 generaliter. ff. de lib. causa.

§. 2.

De actione leg. Aquil.

Primū caput legis Aquil.
 liæ habet locum, quādo
 mors subsecuta est, vt reus
 teneatur quantum res valuit
 infra annum & retrò. Se-
 cundum vero quando quis
 non occidit, sed vulnerauit,
 vel aliter læserit, vt teneatur
 quanti plurimi valuit intra
 30. dies proximè præteritos
 in Princip. Instit. hoc titulo.
 Reus per contrarium potest
 obijcere articulando nō sua
 culpa, sed casu, quo euitari
 nō potuit, lësionem, vel vul-
 nus accidisse in re, vel ani-
 mali actoris, quo casu non

tenetur. I. si putator. ff. ad l.
Aquil. §. 2. Inst. eod.

§. 3.

De Actione noxali.

SI libello isto peti solet dā
ni emendatio aut seruum
pro noxa. I. miles. §. decem.
& ibi DD. ff. de re iud. con-
tra dominū, vel quēlibet
serui possessorem. I. non so-
lum. I. quoties. I. noxali. ff. de
noxal. Quanuis si ille fuerit
sciens, & valuerit prohibere,
& non prohibuit teneatur in
solidum, nec liberatur dan-

do seruum. I. 1. & 2. ff. de no-
xal. Bar. in l. in illa stipula-
tione per te. ff. de verb. obli.
Excipere potest reus articu-
lando seruum suum aliud dā
num fecisse titio, qui prius
habuit sententiam, cui dedi-
tus sit pro noxa, iuxta. I. si
quis a multis 14. ff. de noxal.
act. Vel potest se opponere
ipse seruuus proclaimando ad
libertatem, quo casu rema-
net inutile noxale iudi-
cium. I. pen. ff.
codem.



PRAXIS
D E M O D O ; E T
FORMA PROCEDENDI
IN CAVSIS CRI-
 minalibus.

ZIB. V.

SUMMA EORVM QVAE IN
 hoc Lib. V. continentur.

CAP. 1. De modo, quo
 procedi debet per
 viam accusationis.

§. 1. De captura reorum
 et quibus modis in hoc
 Regno se defendunt rei
 solui à carcere.

Appendix 1. de homagio

Appendix 2. de chartis
 aſſecurationis.

Appendix 3. de reo qui
 se defendit sub fideiſ-
 ſoribus per reſcriptum
 principis.

§. 2. De Reo ad Eccleſiam
 confugiente.

§. 3. De interrogationibus
 Reo faciendis.

§. 4. De libello accusatio-
 nis.

§. 5. De exceptionibus, &
 de libello responsorio.

§. 6. Acta quomodo fieri
 debeant iudicaria.

§. 7. De probatione.

§. 8. De tortura reorum.

§. 9. De ſententia, appella-
 tione, & executione.

Cap. 2. De modo, quo proce-
 ditur per viam denuntia-
 tionis.

Cap. 3. De modo proceden-
 di per viam Inquisicio-
 nis.

Cap. 4. De modo proceden-
 di contra Reum abſen-
 tem.

Cap. 5. De forma proceden-
 di à Indicibus in Syndi-
 cato.

CAP.

C A P. I.

*De modo, quo procedi debet
per viam accusationis in
causis criminibus.*

PE R viā accu-
sationis pro-
cedit Iudex
ad instātiā
alicuius accu-
satoris iure ordinario. Ac-
cusare autem (secundū Azō
in Summa titul. C. qui ac-
cusare non possunt) est reū
criminis deferre ad vindictā
probat l. 1. titul. 1. par. 7. Et
inde accusatio dicitur dela-
tio criminis ad vindictā
publicam in iudicio, legitimi-
ma interueniente subscriptio-
tione, quanvis propriè defer-
re reum criminis non est ac-
cusare, sed præparare accu-
sationem. Antequam enim
quis accuset, nomen Rei de-
fert, & crimen probaturum
profitetur, inscribitq; & ubi
scribit propter panam calu-
nias, si delictum non proba-
uerit, ut in libellorum, & in

l. si cui. ff. de accusat. l. 1. ff.
ad Turpillianū, & in c. tuæ
de procurat. & in cap. licet
de Symon. Et tunc dicitur
nomen Rei receptum inter
reos, quod fit antequam pro-
ponatur accusatio, quidquid
aliter doceat Bartol. & alij
quos refert Alexand. in l. cū
mulier. num. 6. ff. solut. ma-
trimon. Alciat. lib. 2. parerg.
cap. 9. Quoniam antequam
reus compareat coram Ju-
dice allegatus suas defen-
siones dicitur receptus inter
reos, vt in l. adulteram vbi
glid nō percepit. C. de adul-
terijs. Quod enim dicitur
in l. si marito. §. præscriptio-
nes. ff. de adulterijs, non pos-
se admitti exceptiones post
quam quis fuit receptus in-
ter reos, referendus est ad
exceptiones, quæ accusatori
oppountur, de quibus lo-
quitur tex. in §. præced. non
vetō ad exceptiones, quæ iu-
dici aut ipsi accusationi pos-
sunt opponi, de quibus tex.
non loquitur. Antequā enim
reus recipiatur inter reos, ac-
cusator ipse debet solemnia
que-

quædam adimplere. l. Titia.
ff. de accusat. l. miles. §. cum
quidam. ff. de adulterijs, de
quibus agitur in l. libellorum
l. si cui. ff. de accus. & alibi sa-
pe, quæ preparatoria sunt ac-
cusationis, differuntq; ab ip-
sa accusatione, quemadmo-
dum, & alia præparatoria
differunt ab actione princi-
pali, vt in l. ordinarij. C. de
rei vendicat. Vnde tenen-
dum est quod postquā quis
receptus est inter reos, inci-
pit propriè, & verè accusa-
tio, quanquam per interpre-
tationem quâdam possit ap-
pellari accusatoris qui nomē
rei defert etiam antequā ac-
cusat, vt in l. eum patronum.
§. 1. ff. de iure patronat. Re-
solutiū igitur dicendū est,
quod alia est accusatio ciui-
lis, alia criminalis, vt notat.
in rubrica extra de accusat.
aliud est iuditium ciuale, &
aliud criminalē notat Bart.
in l. 3. ff. de sepulchr. violat.
tradunt omnes in rubrica ex-
tra de iudit. Alex. & Iass. in
rubr. ff. eodem. Licet enim
vtrunque ius descendat ex

delicto, si tamen principaliter agitur de delicto, crimi-
nale est iuditium; si vero de
damno aut pœna pecuniaria
dicitur ciuale iuditium. l. præ-
tor ait. §. si dicatur. & §. pos-
se. & in l. item apud labeo-
nem. §. si seruo. & in l. consti-
tutionibus. 2. par. & l. fin. ff.
de iniurijs. & in §. in summa
Instituta eodem. & in l. fin.
ff. de priuat. delict. l. fin. ff. de
furtis. cap. per tuas de Symo,
cap. tuas de procurat. cap. su-
per ijs. in fin. de accusat. ex-
pli cat Bart. in l. 1. num. 6. &
in l. pen. §. ad crimen. nu. 3.
ff. de publicis iudit. in qui-
bus locis satis constat, quod
ex eodem criminē potest agi
ad diuersos effectus, vt si aga-
tur ad commodum pecunia-
rium, vel simile, ciuale sit iu-
ditium, si vero ad punitionē,
tunc sit criminalē, & vitro-
biq; conuenit verbū accusa-
tio, & verbū actio, quicquid
aliter doceat Bart. in l. agraria.
ff. de termino moto re-
ceptus communiter secun-
dum Felin. & alios in rubr.
extra de iudit. & secundum

Alex.

Alexand. in l. si quis id quod. num. 19 ff. de iurisdict. omn. Iud. nam contra Bar. est tex. in l. 1. C. quādo ciuilis actio. & in d. l. agraria. & in l. 3. ff. de sepulchr. violat. vbi & a-ctio. & accusatio promiscue appellatur; propriè igitur. & in potiori significatu stat verbum accusatio, quando est criminalis; & agitur prin-cipaliter de crimine punien-do, cum tunc accusatio nihil aliud sit, quām persecutio criminalis, ad diffē. etiā actio-nis, in qua petitur pecuniariū interesse, quæ est persecutio ciuilis pro ut ex prædictis sa-tis colligitur.

Dixi autem, legitima in-terniente subscriptione, quia in accusatione est neces-saria inscriptio, & subscriptio propter pœnam talionis, vel calumniae, aut etiam Senat. Cons. Turpillia. adeo ut etiā fideiussores deberent inter-niri, vt in l. 3. C. qui accu-sar. nō possunt. l. 1. ff. ad Tur-pillian. Ordin. lib. 5. tit. 117. §. 6. In quo tamen dubitari potest an idem ius sit? Quān-

do crimen obijcitur per viā exceptionis, & cum sit rece-ptum, quod eo casu pœna ex-traordinaria imponatur secū-dum Bald. in l. 2. nu. 5. ad fin. de Senatoribus. Alex. alios referens in l. 1. §. editiones. num. 11. vbi Iass. 10. de edē-do. videtur dicendum, quod inscriptio locum habet, quan-do exceptio habet esse etum punitium, & requirit inscrip-tionem & subscriptionē, ve-luti vera & formalis accusa-tio secundum Bar. in l. si cui. num. 3. de accusat. & facit in argumen. Ordinat. in lib. 3. tit. 60. §. 5. Quod si exceptio solum proponatur ad repel-lendum aduersarium, vel te-stem, non habet effectum pu-nitium, vt in l. Lutius. ff. de ijs qui notantur infam. cap. 2. de ord. cognit. Et licet in hoc secundo casu de iure co-muni nō fiat in scriptio, aut subscriptio ad pœnam talio-nis, quia non est formalis ac-cusatio, tamen is qui obijcit crimed, benè obligatur ad pœ-nam arbitriā, vt in d. cap. super ijs de accusat. quia ta-lis

lis obiectio habetur pro accusatione, ut in l. 2. §. si publico. ff. de adulterijs. Quæ 6 omnia sine dubio recipienda sunt generaliter, præterq; in exceptione calunia, quæ quanvis habeat effectum punitium ut in l. 1. C. de calumniat. principaliter tamē opponitur ad repellendam criminis exceptionem, & in fieri mandam accusatoris intentionem, adeò ut in eodē iudicio tractari debeat, an iudicis officio calumniator sit puniendus, ut in eadem l. 1. & l. 2. in priuatis, & in l. si quis repetere. §. 1. ff. ad Turpillian. l. 2 8. titul. 1. par. 7. Præterquam si calumnia degatur in accusatione criminis publici, tunc enim finito primo iudicio, de calumnia tractari potest ut in l. 1. §. 1. ff. ad Turpillia. & l. qui calumniatores. C. de calumniatoribus, & ratio est quoniam accusatio criminis publici non impeditur alio iudicio, ut in l. neganda. C. qui accusare non poss. Quæ resolutio vera est, & tollit difficulta-

tem, quicquid aliter alij docent. Quod si crimen opponatur per viam reconventionis, tamen in publicis criminiib; quam in priuatis delictis inscriptio necessaria est, quia vera, & formalis accusatio est, ut in cap. 2. de ordi. cognit.

Dixi etiam supra, (legitima interueniente), quia accusator debet esse legitimus. cap. 1. de accusat. Id est qui lege aliqua non sit prohibitus accusare. Nec enim reipub. salutare est ab omnibus accusationem proponi, ne priuato odio, & calumnia in nocentes iniqua accusatio ne fatigari contingat, & aliquando nocentes pœnā euadere prævaricatione, & tergiversatione accusatoris; Personæ tamen prohibet le gibis accusare, benè admittuntur ad accusandum persequendo suam vel suorum iniuriam. l. Ni tamen omnes. ff. de accusat. l. non prohibentur. C. qui accusat. non possunt. Et suorum iniuriam persequi dicitur consanguineus

neus vsq; ad quartum gradū
Ordinat.lib.5.tit.124. §.9.
in fin. Quanuis de hoc in iu-
re communi variae essent opi-
niones, ut per Petrum à Pla-
ça in epitom.de delictis.lib.
1.cap.39.num.13 Farinaceū
de accusat. quæst. 12. nu. 58.
& praxis est ut prius admis-
tantur coniuges ad accusan-
dum, & postea descendentes,
& post hos ascendentēs,
& deinceps cognati vsq; ad
quartum gradum, proximior
namq; semper admittendus
est. l.si plures. ff.de accusat. l.2.
§.si simul. ff.ad l. l. l. de adul-
te. Si vero sint in eodem gra-
du, & simul cōcurrerint, om-
nes simul erunt admittendi.
l.3. §. si plures. ff.de sepulch.
viol. vbi glos. Bart. & alij. &
idem ius erit obseruandum
circ̄ remissionem delicti fa-
ciendam ex Ordin.lib.5 tit.
131. §.3. explicat Farinaceus
vbi sup. quæst. 14. Sed si pro-
ximus fecerit pacem cum ac-
cusato, non præcludit viam
sequentibus consanguineis
ad accusandum, ut in præd.
Ordinat. §.1. quanuis de iure

communi contrarium sit di-
cendum secundam Boer. de
cis. 120. num. 7. Couar.lib.2.
var. cap. 10. num. 1. Padilha
in l. transfigere. num. 52. C.
de transact. vnde ad accusa-
tionem citari debent omnes
qui ius habent accusandi. l. si
maritus de adulter. l. si accu-
satoribus. C. de accusat. glo.
in l. 17. tit. 1. par. 1. dummo-
do morentur in Regno iux-
ta Ordin.lib.5. tit. 124. §.9.
Vnde qui absens sit in Insu-
lis Regno adiacentibus per
inde est ac si extra Regnum
sit, & citari non debet, vt id
cism extat Arest. 23. Ca-
bed. 1. par. Quod si nullus sit II
qui velit accusare, vel accu-
sans pacem faciat aut tran-
factionem cū accusato, tunc
promotor Iustitiaz habet
accusandi, vel prosequendi
accusationem propositi ex
ratione tex. in l. congruit, &
ibi Bart. ff.de officio præfid.
Ant. Gom. 3. tom. c. 1. nu. 10.

§. 1.

*De capture reorū, & quibus
modis rei soluti à carcere
se defendant.*

Re-

Recepta super delicto summaria inquiritione, praxis est ut si ex ea apparuerit aliquem esse culpabilem, vel contra eum resultauerit aliquid inditium, vel presumptio, illum Iudex in carcerem detrudi iubet, nec enim Iudex ad capturam potest deuenire, nisi prius examinatis testibus super indicijs, communiter ita seruari testatur Hypol. in pract. crimin. §. constanti. num. 11. vbi optimè ponit practicam examinandi dictos testes, & recipiendi talia indicia, tradit etiam Farinaceus in pract. quæst. 27. nu. 113. & 130. alias Iudex indebite aliquem incarcерari mālans tenetur in syndicatu, ut per Patid. de puto in tractatu Syndicat. verb. captura. cap. 1. nu. 14. & cap. 2. num. 3. & 4. Clarus in pract. quæst. 28. Et actione iniuriarum contra eum agi poterit, ut in l. nec magistris. ff. de iniurijs, & tenent plures quos refert Farinac. Vbi sup. num. 136. Imo ad dāna, & interesse secundū glo-

in l. 3. §. simili modo. verbo retentus. ff. si quis caut. Affinius in praxi. §. 32. in 39. ampli. Nam in iniuriarum actione veniunt etiam damna, & interesse, ut in l. item apud labeonem. §. si quis seruo liberato. ff. de iniurijs. Ex quo non ritè, & de facto captus debet statim, & sine dilatatione etiam parua, ac etiam sine aliqua impensa pariter de facto relaxari, ut post Bald. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. tenet Paris de puto vbi sup. verb. captura. cap. 3. Gabriel. alios referens in tit. de restit. spoliat. conclus. 1. num. 19. in 4. ampliat. princip. Nec Reus capi potest 13 absq; mādato iudicis in scriptis ex Regia Constitutione lib. 5. titul. 119. §. 1. rationem posuit I. C. in l. non est singulis. 176. ff. de reg. iur. Nisi in fraganti delicto quis capiatur, quia tunc absq; mādato iudicis capi poterit argumento tex. in auth. de defensoribus ciuit. §. audiens. col. 3. & firmat Puteus vbi sup. fol. 188. num. 15. Iul. Clar. in

pract. crim. §. vlt. quæst. 28.
num. 7. Ordin. lib. 1. titul. 65.

74 §. 37. ibi, & mostrando. Vnde
quæri potest si delinquens
aufugerit à cōficta, dictūq;
sit ministro iustitiae arripuisse
iter per talem viam, si eū
insecutus fuerit non ad alia
se diuertendo, eumq; apre-
henderit, an in confictu eū
aprehendisse videatur, sitq;
locus huic ordinationi? & vi-
detur quod sic ex l. 3. §. cum
igitur. ff. de vi. & vi arm. vbi
glos. verbo continent, facit
tex. in ratione. l. naturaliter.
§. 1. ff. acquir. rerum dom. &
quæ notantur per tex. ibi, in
l. 1. §. præses, iun. l. cōtinuus.
ff. de verb. oblig. l. qui duo de
duob. reis, facit tex. notab. in
l. patri. iun. l. quod ait lex. ff.
de adulter. vbi Bar. hoc ad-
notauit, & est tex. expressus.
in l. quod ait lex. §. 1. ad fin.
ad l. Iul. de adulter. Couar.
2. par. de spons. cap. 7. nu. 3.
75 Item in alieno territorio Iu-
dex delinquētem capere nō
poterit, vt probat tex. in au-
then. vt nulli indicum. §. si
vero quis coll. 9. Bart. in l. si

cui. §. cum sacrilegium. nu.
4. de accusat. &c in l. 1. §. præ-
sides. num. 3. ff. de requir. reis
Puteus vbi sup. verb. captu-
ra. cap. 4. num. 1. Qua propter
literæ requisitoræ mitti
debent, vt in l. solent de cu-
stod. reorum, in quibus sum-
matim relatio probationis
fieri debet, ex qua oriatur su-
maria cognitio apud Iudicē
requisitum de delicto, & de
potestate iudicis requirētis
vt est communis practica
secundum Couar. pract. cap.
11. num. 5. quem refert Clas-
rus in pract. crimin. quæst.
38. Pegueyra decil. crim. 2.
num. 5. subscribit Farinaceus
de Inquisitione. quæstio. 7.
num. 35.

APPENDIX I. de homagio.

Potest autem reus ali-¹⁶
quando se defendere so-
litus à carcere præsertim si
sit nobilis dato ei homagio,
quia talis in leuibus non est
incarcerādus in custodia pu-
blica, vt per Tiraq. de nob.
cap. 20. ex num. 30. Azeued.
in l. 4. & 5. tit. 2. lib. 7. reco-
pill.

pill. Menoch. lib. 1. de arbitr. casu 305. Nam de iure Regni habet dominum pro carcere praestito homagio, iuxta Ordin. lib. 5. tit. 120. Quod nihil aliud est quam quedam promissio. l. 4. titu. 25. par. 4. & est veluti iuramentum, ut sensit gl. verb. salutis in cap. ex diligenti, & ibi quoque Abb. num. 4. de symon. Prateius in lexico iuris, verb. homagium. ubi ponit formam faciendi homagium, & in cap. 1. de nou. fidelit. form. in visibus feudorum. Vnde si homagium negetur, poterit appellari, aut supplicari argu. eorum, quae docet Bart. in l. 2. C. de Episc. aud. quest. 2. & in l. 1. in fin. C. sententia rescind. non poss. Paul. in l. eum qui. §. in popularibus. col. vlt. ff. de iur. iurand. & alij quos refert Gomes. 3. to. cap. 9. nu. 10. Item homagium datur etiam nobilis pro causa ciuili, quod fallit nisi ipse fuerit coductor tributorum Regis, quia tunc incarcерari debet ut per Auend. in dicto mario, verb. Canallerio. versi.

tertium priuilegium, vel si ipse obligetur pro debito cōtracto pro redemptione sua, parentis, aut fratri's a captiuitate secundum Pelaes de maiorat. 4. par. quest. 1. lim. 4. nu. 1. cum seqq. Vel si tempore cōtractus neget se esse nobilem ut per Ant. Gomes. in l. 74. taur. nu. 4. & 2. tom. cap. 11. num. 54. Gutierrez. de iuramen. confirmat. 1. par. cap. 16. num. 25. Baeça de inop. deb. cap. 16. num. 93. Vel si ipse non alleget de sua nobilitate ex dictis ab Hypolit. in præct. §. sequitur. num. 11. ubi a num. 8. plura similia adducit. Si autem nobilis homagium non seruauerit, punitur pena periurij secundum Isern. in cap. 1. de nou. fidelit. form. in visibus fæud. num. 6. idemque testatur Bal. consil. 291. lib. 2. col. fin. Contrarium tamen existimat Auendan. in cap. prætorum. cap. 27. num. 7. 2. par.

Sed ex praxi in carcerem detruditur fractio
homagio.

APPENDIX II.

De chartis assecu-
rationis.

¶ Per chartam assecuratio-
nis, quæ vel est confes-
satiua ad sui defensionē, vel
negatiua, Reus liber, & solu-
tus, securus sine eo quod ca-
piatur causam prosequitur,
de qua fuerit accusatus, &
idem est in casu quo inqui-
nitio fiat ex particulari regis
sab. de defensione diplomate, ut per Cabed. de
comod. diploma. 20. c. 52. num. 3. lib. 1. Adeo ut
etiam si in prædicta inquiri-
tione pronuntiatio capturæ
fiat per Senatores Regios,
charta seruanda erit uti de-
cisum extat in causa Martini
Alfonsi dauis, Ann. 1609.
Scriba Francisco d' Almey-
da, & ratio est, quia iam ista
inquiritio est extraordinaria
ad quam lex pænalis exten-
di non debet, & idem etiā
censuit postea Senatus in of-
ficialibus idest thesaurarijs,
& questoribus patrimonij
Regij in lite Ludouici Alua-
res de Acosta, Ann. 1612.
Scriba Dominico de Pina.

¶ Similiter etiam charta asse-

cutionis confessatiua ser-
uanda erit de vulnere illato,
sine eo quod præcedat exa-
men, si aliqualiter apparet
illud non esse lethale, ita via
sum fuit Senatui in lite Do-
minici Gonçalues cum Se-
bastiano Gócal., Scriba Ber-
nardo Bulhaõ, Anno 1611.
Verum an istud assecuratio-
nis diploma sit de iure com-
muni? An tatum inductum
ex lege huius Regni? Tu dic
non alibi esse in usu præter-
quam in hoc Regno, quanti-
us huic consuetudini Lusi-
tanicæ aliquantulum alucina
re videatur Bart. in l. is qui
reus. col. pen. num. 12. ff. de
pub. iudit. & in l. relegati.
num. 4. ff. de pæn. Ganzinus
de cautione de non offend.
sentit Gregor. in l. 1. verbo
tiene pro. titul. 11. par. 7.
& inclinat se Bossius in titu.
de captura. num. 33. & in titu.
de citat. circa fin. vers. sed an
Iudex. & in titul. de remedio
ex sola clementia Principis.
Farinaceus lib. 1. titul. 4. de
carceribus. quest. 29. ubi ma-
teriam salui conducti latè ex-
plicat.

23 plicat. Et fortè ex eo prædictæ Chartæ à principio introductæ esse videtur in hoc Regno, ne rei criminis præ carceris timore transfigarent ad exercitum Regis Castellæ, cum quo Lusitani tunc bella gerebant, reipublicæq; hostes & prædones, seu stratores viarum, aut pyratae maris fierent, & ideo in carcerato iam pro alio crimen, ei non proderat prædicta charta secundum Cabed. decisi. 65. I. par. Vnde etiam hodie an bono publico conueniat eas ita facile cōcedi alij videant. Quanvis si meū iudicium valeret melius putarem eas fore omnino arrogandas, si alia fierent, quæ 24 infra annotabo. Item dubitari potest, an si in petitione confiteatur quis delictum, (de quo quæstio fit) ad impetrandam chartam confessiū assūculationis, ei præjudicet talis confessio, si de eo non inueniatur culpa sufficiens ad capturam? & videtur quod non, quia confessio emanata de crimen ad

alium finem non sufficit ad condonandum, ut docet Bart. in l. 2. §. si publico. num. 20. ff. de adulterijs. & in l. si confessus. num. 3. ff. de custod. reorum, imo sponte, & libe- 25 rē confessus delictum præsumitur sine dolo delinquisse, ut bene comprobat Franc. Becchius consl. 96. num. 15. quem refert Berzazol. consl. 193. num. 14. Quæ tamē sententia dubia videtur ex adductis. num. 44. & ideo cum moderamine à viris doctis accipienda est.

APPENDIX III. De Reo soluto sub fidei- iussoribus.

Potest etiā reus, & alio modo, solutus à carcere se defendere scilicet per diploma Regium data fidei- iussione, Ordina. lib. 5. titul. 132. Quod non nisi in Sena- ta Palatij impetrari solet, quando aliud remedium or- dinarium nō competit. Nec sine causa expediri solet, ne sic defraudetur iustitia. Vnde de quoties ex delicto venit imponenda tantum pena pa-

cunaria, & non corporalis,
 reus solet relaxari à carcere
27 sub fideiussoribus, quia ita
 etiam est de iure communi,
 ut in l. 1. vbi gl. & in l. diuus.
 ff. de custod. reorum. & ibi
 communiter DD. & in l. eos
 a 1. §. super his. C. de appell.
 lat. & est communis ut te-
 statut Gomes qui plura ad-
 ducit. 3. tom. cap. 9. num. 8.
 Bossius in titulo de carcera-
 to fideiussori committend.
 num. 1. & 2. Et ratio est quia
 pœna non minus satiſieri
 potest fisco per fideiussore,
 quam per principalem argu-
 mento tex. in l. deniq; & se-
 quenti. ff. de iur. fisci. At ve-
28 ro si pœna corporalis impo-
 nenda sit, tunc sub fideiusso-
 ribus relaxari non potest, vt
 in l. 3. ff. de custod. eorum re-
 soluit Soar. allegatione de
 fideiussor. in causa crimin-
 ali. num. 13. Hypol. in tract.
 crim. §. attingam. Menoch.
 de arbitrijs. lib. 2. caſu 303.
 num. 15. Grez. in l. 16. titu. 1.
29 par. 7. verb. sobre fiaſor. Fal-
 lit tamen quotiescunq; con-
 stiterit de innocentia rei, po-

terit nanq; sub fideiussori-
 bus relaxari per diploma Re-
 gium, & de ea constare po-
 terit visa prius sumaria te-
 stium informatione, pro quo
 est tex. in l. nullus in fin. ibi 30
 donec repererit. C. de exhib.
 reis. quem ad id notauit B. l.
 in l. sed et si is in fin. ff. de in-
 ius vocand. Paul. Chisl. in
 tract. de relaxatio. carcer. tit.
 de fideiussoribus reo ū. q. 1.
 sub num. 4. & 8. Bertazol.
 cons. crim. 367. num. 1. lib. 2.
 Et quanvis iure communiſi
 iudex poterat facere hanc re-
 laxationem, vt per Soar. in
 præd. allegat. num. 26. Hy-
 pol. & Gomes vbi sup. ita vt
 iudex eam denegans, cum
 subsit iusta cauſa, videatur
 iniuriam reo interrogare, & te-
 neatur in syndicatu actione
 iniuriarum iuxta tex. in l. si
 vero pro condemnato. §. 1.
 ff. qui satisdat. cogant. secun-
 dum Angel. in tracta. de ma-
 leſicijs. verb. pro quibus An-
 tonius fideiussit. veri. & no-
 ta quod si aliquis, quem se-
 quitur Hypol. in d. §. attin-
 gam. num. 17. Tamen de iu-

re huius Regni nullus Iudex
hoc facere potest ex Ordin.
lib. 5. titu. 135. Quam ita ge-
neraliter practicari an reipu-
blicæ conueniens sit? alij vi-
deant, cum de iure commu-
ni, aliud sit inductum, vt di-
xi, & lites in hoc Regno per
malitiam valde protrahan-
tur. Imo propter hæc visita-
tionem carceratorum ma-
gis frequenter fieri, id est sin-
gulis sabbatis, & modo Ca-
stellæ Regni præscripto con-
uenientius, & bono publico
salutarius putarem, oportet
enim ut reorum causa cele-
rius expediatur. l. fin. C. de
custod. reorum.

§. 2.

*De reo ad Ecclesiam
confugiente.*

IN primis delinquens ad
Ecclesiam confugiens,
nec in ea capi, nec ab ea ex-
trahi potest. cap. inter alia.
cap. pen. cap. fin. de immu-
nitate Eccles. cap. minor.
cap. reus. cap. constituit. cap.
definiuit. 14. quæst. 7. l. 2. &
3. C. de ijs qui ad Eccles. 1. 4.
tit. 11. par. 1. Ordinat. lib. 2.

tit. 5. Intellige tamen si reus 33
sua voluntate confugiat ad
Ecclesiam, secus si aprehen-
sus à Iudice, vel eius mini-
stro per eam, vel eius cæmē-
terium transeat, vt argumen-
to tex. in l. si quis post hanc
C. de ædificijs priuat iun-
gl. ibi notat Bart. in l. cætera.
§. sed & si quis. ff. deleg. 1. &
alij quos refert Gomes 3. to.
cap. 9. Cæterum ille qui co- 34
mittit homicidium, mutila-
tionem membrorū, vel aliud
quodcunq; crimen intra ip-
sam Ecclesiam, eius imuni-
tate non gaudet ex prædicta
Regia constitutione in §. 2.
eui consonat tex. in cap. fin.
de immun. Eccles. & idem 35
dicendum est in eo, qui exi-
stens in Ecclesia mandauit
extra Ecclesiam delictū co-
mitti Remig. de immunit.
Eccles. fallent. 5. Nauar. in
Manual. cap. 25. num. 21. Et
ita fuit iudicatum in Senatu
no seyo de Luis Aluarez de
Pedroso pela cutilada de Rué
Pereyra de Setuval, Scriba
Ludouico Aluarenga. Nam 36
mandans eis vere & pro-

priè non occidat, verè tamē
comis sit delictum homicidij
ex Bar. in l. sed si vnius. §. 1.
ff. de iniurijs. Et facit quia
mandans committi delictū,
obligatur ex delicto propter
mandatum secundum Bart.
recept. in l. non solum. §. mā
dato. ff. de iniurijs.

§. 3.

*De interrogationibus**Reo faciendis.*

SOlet aliquando, & non
semper in hoc Regno
Iudex interrogationem face
re Reo accusato super aliqui
bus circumstantijs, quæ per
tinent ad magis eruendam
veritatem de criminine: &
eius responsionem seu con
fessionem redigit tabellio in
scriptis. l. 1. in principio. ff.
de custod. reorum. Ordinat.
lib. 3. tit. 32. §. 1. Sed eam fa
cit reus ex praxi huius regni
absq; aliquo iuramento, ne
detur occasio periurij, quod
olim statuerat Plato in dia
log. 12. de legibus, licet de
iure communi iuramentum
reo deferebatur secundum
Bar. in l. inter omnes. §. recto

ip. fin. ff. de furtis cuius opī
nionem magis communem
esse dixit Iul. Clar. lib. 5. sen
tentiarum. §. fin. qvæst. 45.
num. 9. & eam in Regno Ca
stellæ seruari plerunq; vidi.
Si autem reus ex aspectu ap
paruerit esse minorem iuxta
tex. in l. minor. 25. ann. 33. ff.
de minor. Tunc iudex ante
omnia curatorem ei dabit,
quia minor non habet per
sonam legitimam standi in
iudicio criminali, ut probat.
l. clarum. C. de auct. præstād.
aliàs iuditium, processus, &
sententia cōtra minorem in
defensum sive curatore ei da
to est ipso iure nulla. l. 4. C.
si aduersus rem iud. Ordin.
lib. 3. tit. 41. §. 8. resoluta in
praxi Ant. Gom. 3. tom. var.
cap. 1. num. 64. Iul. Clar. vbi
sup. quæst. 50. num. 2. Nisi il
la sit lata in eius fauorem. l.
non eo minus. l. 4. C. de pro
curat. Et similiter confessio
absq; curatore facta à mino
re, etiam si sponte eam fecer
it, erit nulla, & ei non no
cebit, notat Bart. in l. fin. §.
pupillus. col. 2. ff. de verb.
oblig.

oblig. Hypol. in præt. crim.
 §. nunc videndum. num. 31.
 Iul. Clar. vbi sup. quæst. 55.
 num. 12. quod non est ita in
 causa ciuili, pro ut dixi sup.
 lib. 3. cap. 12. num. 11. Item
 si minor, cui datus fuit cura-
 tor, paratus sit probare erro-
 rem, vel rem aliter se habe-
 re, restituendus erit ex l. ait
 prætor. §. non solum o. 1. ff.
 de minor. vel si in processu
 nulla alia sit probatio præter
 eius confessionem, tunc eo
 ipso, quod confessus est, vi-
 detur laetus, & concedi debet
 restitutio argumento l. cer-
 tum. §. in pupillo. vers. mino-
 rem de confess. Dec. in l. ni-
 hil consensui de regul. iur.
 Alexand. confil. 116. vol. 3.
 Sfortia oddi de restitutione
 in integr. 2. par. quæst. 65. ar-
 tic. 7. ex num. 15. & num. 37.
 artic. 4. Cald. in l. si curato-
 rem. verb. vel aduersarij do-
 lo. num. 9. & 39. C. de in in-
 integr. restit. minorum. resol-
 uunt communem Anto. Go-
 mez sup. num. 66. & Iulius
 Clar. in d. §. fin. quæst. 60.
 num. 4. Quanuis ipsi à com-

munis discedant, & contra-
 rium defendat Sarmiento lib.
 3. selectarum. cap. 13. num. 3.
 vbi tamen in fin. & in nu. 6.
 eorum opiniones cum di-
 stinctione nititur conciliare.
 Illud autem scire debes Iu. 42
 dices non posse ad hanc in-
 terrogatione procedere, nisi
 reus de criminis infamatus
 sit, vel saltim per unum testē
 in summaria de eo constet,
 alias non tenetur veritatem
 fateri, nec se ipsum prodere,
 vt resoluit Iul. Clar. in d. q.
 51. num. 7. Imo confessio fa-
 cta non præcedentibus legi-
 timis inditijs, nihil probat
 Mascal. de probat. conclus.
 351. Nec etiam confessio fa-
 cta coram iudice incompe-
 tenti, vt in cap. at si clerici,
 vbi DD. præsertim Bald. de
 iudit. Bar. in l. magistratibus
 num. 3. vbi etiam Alber. ff. de
 iurisdict. omn. iud. Fatinac.
 in praxi crimin. quæst. 81. ex
 num. 188. cum seqq. Mascal.
 concl. 352. Item licet reus in 43
 iuditio confessus incuiilibus
 pro iudicato habeatur, vt in
 l. vnicā. C. de confess. glof.

verb.

verb. confessus. in l. 1. & ibi Bart. ff. de confess. In criminalibus tamen non statim pro iudicato haberi debet, sed dilatationes ei cōcedendæ sunt ad alegandas, & probandas suas exceptiones. Possunt enim multa interuenire, quæ vel minuant delicti pænas, vel eas omnino tollant, vt quia per errorem fuerit facta confessio, quæ non præjudicat docto postea errore, & reuocari potest vt tradit Francus in cap. 1. 3. notab. de accusat. in 6. Farinaceus in pract. criminal. quæst. 81. num. 315. dixi sup. lib. 3. cap. 12. num. 13. Aut quia fuerit emanata calore iracundia, quæ pariter ad condemnandum non sufficit Alber. in l. 1. num. 3 C. de confess. Mantua in cap. at si clerici. num. 27. de iudit. Abb. in cap. fin. num. 11. in fin. de confess. Vel quia præscripta sit accusatio lapsu temporis, vt infra num. 60. aut delictum commissum ad sui defensionem pro ut considerat Gomesius 3. tom. cap. 1. num. 3. & infra

dixi num. 69. Vēl quia confessio fuerit de eo, quod est contra naturam, vt si quis im pubes, vel virilibus carens accusatus de adulterio fuerit, idq; se per patrasse confiteatur, nullius momenti erit confessio. cap. qui sedem extra de frigid. cap. 1. de delict. puerorum. l. & si minor 25. ann. ff. de adulter.

Item licet in ciuilibus cōfessio non possit pro parte acceptari, & pro parte repudiari, vt dixi lib. 3. cap. 12. n. 15. Tamen in criminalibus indistinctè verum est pro parte acceptari posse, ita vt si quis confiteatur se hominem occidisse ad sui defensionem, damnari possit ex illa confessione, nisi probet qualitatem illam, vt docet Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsi. ff. deliberat. leg. & est communis secundum Iass. in §. item si quis postulante. num. 16. de action. Dec. in l. nemo ex ijs. ff. de reg. iuris. Paul. in l. 2. ff. ne quis eum qui in ius vocatus. Et est ratio quia in delictis est præsumptio contra delin-

delinquentem, quod fuerit
animo nocendi, & vindican-
di se. l. 1. C. de siccarijs. cap.
1. de præsumpt. resoluit Ant.
Gomes. 3. tom. var. cap. 3. nu-
m. 26. Alciat. tract. de præsum-
ptio. reg. 3. præsumptio. 39.
num 7. Bossius in prax. cri-
min. titu. de confessione. nu-
m. 19. Iul. Clat. in d. §. fin. quæ-
stio. 55. num. 15. Menoch.
lib. 2. de arbitr. casu 93. num.
37. Farinaceus in praxi cri-
min. quæst. 81. num. 110. cū
sequentibus. Quanuis per ta-
lem confessionē non sit q̄oīs
capitaliter damnādus ut per
allegatos à Ferratio caut. 5.
num. 2. Imò mitius agitur
cum sponte confessio ut per
Tiraquell. de pænis caus. 27.
num. 7. & causa 30. quicquid
Socin. contra quem, & alios
al. ter resoluit Sarmiēto. lib.
1. selectarum. cap. 1. num. 11.
46 & 12. Vnde qui excusationē
delicti allegat in sua confes-
sione, illam probare debet
M. c. de probat. concl. 706.
Voi plures auctores ad id re-
fert.

S. 4.

De libello accusationis.

Libellus accusationis pro 47.
ponendus est in scriptis
continens personam accusa-
toris, & accusati, diem, men-
sem, & locum comissi delicti,
& ipsum delictū, de quo
accusatio fit, pro ut statim di-
cam. Deinde in accusatione
est necessaria in scriptio, &
subscriptio, ut habes sup.
num. 4. Vnde accusatio ijs 48
non seruatis tanquam inepte
proposita erit nulla argum.
tex. in l. non putauit. §. non
quaui. ff. de contra tabul.
nec iudex poterit procedere
super eo, Bart. in extraug.
ad reprimendum. num. 27.
C. quomod. in crim. læs. ma-
iest. Quanuis si iudex decep-
tus, & imperitus processerit,
ac testes receperit super cri-
mine, dicendum est quod po-
terit ex eodem processu de-
linquentes punire, quomo-
do cunq; enim detegatur cri-
men, satis est ad pænam im-
ponendam, quoniam licet
accusatio nō valuerit in vim
accusationis, nec debeat, aut
possit iudex procedere tan-
quam

quam contra Réum accusatum, negari non potest, quin valuerit in vim denuntiationis, ut recepcionem testimonia facuerit recte, & inquisitio facta processerit de iure, præ-

terim cum lex non sit impo-
sita verbis, sed rebus, ideoq;
magis veritatem rei infipisci-
mus, quam iuris solennita-
te, qua ratione id ipsum ma-
nifestum est ex Ordin. lib. I.
tit. 5. §. 12.

*Disf. A. morador nestacidade contra f. R. preso,
& se comprir.*

49 P. Que tendo antes o R certas palavras cõ f. A. sobre jogo em
casa de f. em tantos de tal mes, estando despois disto elle f.
descuidado & seguro do que lhe avia de soceder em o segun-
do dia de Pascoa deste anno na Rua noua desta cidade às
dez horas do dia saltou cõ o dito f. o R. acusado armado cõ
armas offensivas & defensivas, & acompanhado cõ ourros
de propósito & reixa velha, cõ espada nua na mão, lhe deu
búa estocada penetrante pelo peito esquerdo de que logo o
dito f. cayo morto.

P. Que o R. he useyro, & useyro acostumado a fazer semelhân-
tes delictos. &c.

50 Dicitur f. A. quia in accu-
satione nomen accusatoris
contineri debet. I. libellorum
ff. de accusat. cap. fin. versic.
libellorum 2. quæs. 8. & quia
absq; accusatore nemo dam-
natur. I. rescripto. §. si quis ac-
cusatorem. ff. de muner. &c.
hon. notat Bossius in pract.
crim. tit. de accusat. num. I.
Item & illud posicium est ad-
de notandum, quod in pro-

pria persona, & non per pro-
curatorem accusator compa-
rere debet in iuditio, iuxta
tex. in I. pen. §. ad crimen. ff.
de publ. iudit. & I. tunc con-
uenit. C. de accusat. alias pro
cessus gestus cum procura-
tore erit nullus, etiā si à par-
te non opponatur exceptio
nullitatis secun dum Bart. in
d. I. pen. §. ad crimen. ff. de
publ. iudit. quem dicit com-
mu-

muniter receptum Ant. Gomes 3. tom. var. cap. 1. nu. 16. Julius Clar. lib. 5. recept. §. fin. quest. 32. num. 24. Nisi habita licentia a Senatu maximo, quæ etiam proderit Reo secundum Vallasc. consil. 25. num. 7.

52 Item dicitur *no segundo dia de Pascua na Rua noua*, ad denotandum quod accusatio continere debet annum, mensem, diem, & locum commissi delicti, ut sup. dixi. nu. 47. Alioquin libellus non erit admittendus secundum Alex. in l. 1. num. 31. ff. de edend. Roman. consil. 191. Iul. Clar. in pract. §. fin. quest. 12. n. 9. Idq; ex eo, quia si accusator dicat in libello delictum fuisse commissum tali mense, anno, & loco, & poste a non probet tempore illo, & loco, sed alijs fuisse per patratum, Reus erit absoluendus secundum Bald. & alios quos refert An to. Gomes in 3. tom. cap. 11. num. 2. & ob id vsu receptu est ponere & illud in libello scilicet, *anno & dia que na*
53 *verdade se achar*. Nam tunc

libellus procedit ex ijs, quæ tradit Clarus ubi sup. n. 14. Quāvis dies & hora non sit de substantia ut apponatur in libello, ut l. libellorum de accusat. & in d. cap. fin. vers. libellorum. Tamen ad requi sitionem partis, ut melius possit coartare negatiuam, exprimi solet dies & hora secundum Bossum in pract. crimin. titul. de inquisitione. num. 92. Notabis etiam hic locum, & tempus poni aliquando, ut grauius delictum existimetur, ut quia sit delictum commissum in loco in sueto, & deserto, vel in nocte, nam tunc animus occidendi magis liberatus præ sumitur secundum Menoc. lib. 2. de arbitr. cent. 4. calu 361. num. 38. & 36.

Item dicitur *descuydado*, 54 ad denotandum reum accusatum fuisse aggressorem ex l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cornel. de siccaris Bellovisu in pra eti. crimin. tit. de inualore. vers. & ipsu[m] interfecit. num. 4. Et quia aggressor grauius puniti debet, quam ille qui

in ipsa rixa deliquit iuxta I.
quoniam. C. ad l. Iul. de vi
publ. & in l. 1. §.cum Arie-
tes. ff. si quaduples pauper-
feciss. dicat.

Item dicitur, *armado, &
acompanhado*, vt constet de-
linquentem paratum acces-
sisse, & prius delictum exco-
gitasse iuxta glos. in l. licet.
verb. per gentes. vbi Bal. C.
de pæct. Et ex genere armo-
rum præsumptio augetur vt
per Bald. in cap. 1. de præ-
sumpt. Felin. in cap. signifi-
casti. o 2. de homicid. nu. 81.
Et ex modo percutiendi eli-
citur animus delinquendi,
vt per Nouell. in pæct. fol.
13 num. 15. Carrer. in pæct.
§. homicidium. o 1. num. 30.

55 Item dicitur, *tendo antes
palauras sobre jogo*, ad con-
cludendum illud homicidiū
fuisse per patratum ex propo-
sito, & cum desliberatione,
vt tradit Blanc. in l. fin. num.
189. ff. de question. Menoc.
lib. 2. de arbitr. cent. 4. casu
361. Mascard. de probat. con-
56 clu. 97. & 98. vbi alios mo-
dos adiungit. Nam istud gra-

uius punitur, quā illud quod
repentē, & sub orta rixa ca-
lore iracundiæ, atq; impetu
repentino fuit commissum,
vt per Couar. lib. 1. var. cap.
20. nu. 7. Nam mens, & ani-
mus distingunt maleficia. l.
qui iniuriaz. vers. nam male-
ficia. ff. de furtis.

Item dicitur, *pelo peytos
esquerdo*, quia ex vulnera il-
lato in illa corporis parte,
vnde certa mors facilè spe-
randâ sit, præsumi solet ma-
ior animus occidendi, vt per
Bar. in l. 1. §. diuus. vbi Hy-
pol. num. 13. ff. de siccarijs.
Afflict. in constit. tit. de pæ-
na eius qui contra aliquem
arma extraxit lib. 1. num. 7.
Iul. Clar. in pæct. crim. §. ho-
miciidū. vers. ex proposito.
In quo etiam notabis, quod si
quanuis dictum sit, *hūa esto-
cada*, non per hoc excludi-
tur, quin si plura vulnera il-
lata sint, ea omnia debeas ar-
ticulare, quia ex multiplice
vulnera maior animus deli-
cti consideratur, vt per Boss.
in pæct. crim. titu. de homi-
cid. num. 64. Menoch. lib. 2.
cent.

cent. 4. casu 361. num. 33. cū
seqq.
 39 Item dicitur in secundo
articulo, que he uero, & vi
sero, quia scilicet delinuen
di consuetudo facit, ut reus
grauius puniatur. l. 3. C. de
Episcop. aud. l. capitalium.
 §. solent. & in §. grassatores.
 ff. de poen. l. 3. §. si plures. ff.
 de re militar. l. seruos. C. ad
 l. Ial. de vi. l. quicunq; vers. 1.
 C. de seru. fugit. Bart. in l. si
 cui. §. fin. ff. de accusat. expli
 cat Farinaceus in pract. cri
 min. quæst. 23. per tot. Quod
 adeo procedit, ut etiam si de
 primis delictis fuerit iam pu
 nitus, adhuc augmentur poe
 na Menoch. de arbitr. lib. 2.
 centur. 3. casu 295. num. 19.
 Couar. lib. 2. var. cap. 9. nu. 7.
 Carter. in pract. tit. de homi
 cid. §. circa igitur tertium,
 quibus ex cau. poena augea
 tur. Et binus actus faciet co
 suetudinem ad augmentum
 poenæ ut per Bald. & Paul.
 in l. 3. C. de Episcop. aud.
 Lucas de Pena in l. 1. C. de
 super ex actoribus. lib. 10.
 Et ideo in hoc Regno ab om

nibus scribis illius oppidi, &
 ciuitatis causarum crimin
 alium ratio sumitur cum no
 mine accusati de eius cul
 pis, & reatu, quod non est
 ita in vnu apud alia Regna,
 idq; ex eo apud nos sit, ut
 sciri possit de delictorum ac
 cusati frequentia, quæ incor
 regibilitatem denotat secun
 dum Brunum. consil. 115.
 Nam lex multum præsumit
 contra eum, qui cōfuetus est
 delinquere, ut in l. si cui. §. 1.
 ff. de accusat. l. non omnes.
 §. à Barbaris. ff. de re milit.

§. 5.

*De Exceptionibus Rei, & de
 libello responsorio, nega
 tiuo, aut confessio
 niuo.*

A Ntequam Reus accu
 satus veniat cum suo
 libello responsorio in con
 trariū potest proponere om
 nes exceptiones dilatorias,
 vel præiudiciales, veluti ex
 ceptionem de ordinibus, vel
 de imunitate Ecclesiæ, vel
 etiam peremptorias, veluti
 præscriptionis ex l. querella.
 C. de fal. cuius rationem po
 nit.

nit Tiraq. de pœn. caus. 29.
Anton. Gom. 3. tom. cap. 1.
num. 5. Bart. in l. naturaliter
in fine, ff. de vſu capioni, vbi
id declarat Boer. decif. 26.

LIBELLVS RESPONSORIVS.

Contrariando dis f. R. que se comprir.

- 61 P. Que elle R. em o segundo dia de Pascoa, deste presente anno, que se contaraõ tantos de tal mes ás dez horas do dia estava em Alenquer tratando & conuersando com muitas pessoas, pelo que era impossivel que ao tempo que disse o acusador em seu libello, estivera elle R. em Lisboa.
P. Que o R. he bom Christao fidalgo, temeroso de Deos, & de sua consciencia, por onde delle naõ se pode presumir tal cousa &c.

- 62 Ponitur in primo articulo exceptio negativa loco, & tempore coactita, iuxta tex. in cap. tertio loco, de probati de qua Bossius in tit. de defensoribus reorum. nu. 8. Ita tamen ut si secundum facti naturam unum, & aliud stare possit, illa non admittatur in lite Simon Ferreyra cum Dominico Fernandes, decreuit Senatus ann. 1617. Scriba Didaco de Carvalho, docuit glos. in cap. bona verb. facti extra de electio- ne. Igitur licet negativa sit improbabilis, modo tamen de quo hic probari potest, Ordinat. lib. 5. titul. 124. S. 1.

Vel quando negativa continet in se affirmativa, vt quia dico titium non esse mortuum, resolutur enim illa negativa in affirmativam, scilicet, quod sit viuus, Ordin. lib. 3. titul. 53. S. 10. versic. post que. De cuius negativa probatione post Marcum de Fano cōposuit copiosum tractatum Herculani. Perusini. vbi quatuor & quinquaginta modos probandæ negativa tradidit, & octo ante recitauit Ripa in cap. cū Ecclesia. num. 79. vers. plures possunt de causa possess. & prop. nouissimè Fulvius Pacian. separatis duodecim modos

modos statuit, ex quibus negativa probari possit in lib. 1. de probat. & cui incumbat onus probandi. cap. 38. cum seqq. & latè explicuit Masc. de probat. concl. 1092. Gabr. lib. 1. comu. titul. de probat. concl. 6.

⁶⁴ In secund. artic. dictum est de bonitate Rei, quia si contra eum insurgant aliqua inditia, & præsumptiones minus idoneæ ad torturam, per eam purgentur. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re militar. Quia semel bonus semper præsumitur bonus. cap. fin. de præsumpt. quam conclusionem explicat, & 12. modis ampliat Card. Al banus in addit ad Bart. in l. merito. ff. pro socio. Tiraq. de pœn. cauſ. 51. num. 23. Et sanè quilibet præsumitur bonus, nisi dilucidè aliud constet. cap. dudu extra de præsumpt. l. cum pater. §. rogo. ubi DD. ff. deleg. 2. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. num. 1. & reg. 2. præsumpt. 8. nu. 1. Menoc. item de præsumpt. lib. 5. præ-

sumpt. 1. num. 33. & multis modis ampliat ac declarat Masc. de probat. conc. 222. Et similiter nobilis honoratus non præsumitur aliquid malifacere, argumento tex. in l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. Grego. in l. 2. titul. 9. par. 2. notant DD. in cap. de multa, de præben. & in l. nobiliores. C. de co- mert. & mercat. Menoc. lib. 5. prælump. 4. nu. 6. & alios refert Mascard. concl. 1006. num. 68. de probat. Item & quia nobilis mitius puniri debet, ut per Tiraq. de pœn. caus. 31. & pœnam infamiae non incurrit Bart. in l. capi- talium. §. serui cæsi. ff. de pœ- nis. Farinaceus in tract. cri- min. quæst. 98. nu. 93. & nu. 98. Couar. lib. 2. var. cap. 9. post num. 4. In tantum ut etiā filius naturalis, qui aliás de iure communi non gau- det priuilegio paterno secū- dum Tiraquel. de nobilita. cap. 15. ex. num. 10. Exima- tur à pœna vili, quia attenta consuetudine Hispaniæ il- le patris nobilitare fruitur.

secundum Gregor. in l. 1. titul. 12. verb. amiga. col. vlt. vers. dicendū est ergo. p. 7.

Placuit ita Senatui in lite Iosephi Pereyra, Scriba Ioanne Leal.

LIBELLVS RESPONSORIVS REI
per confessionem delicti, ad sui tamen
defensionem.

- 66 P. Que sendo f. seu imigo, per palavras & differencias que tineraõ em casa de f. em tantos de tal mes sobre jogo, o dito f. de proposito armado com húa espada na mão fora da cinta foy aguardar ao R. na Ruanoua, & em passando arremetea contra elle com a espada nua, tirandolhe grandes & mortaes cutiladas.
- P. Que vendose o R. assi perseguido delle f. lhe foy forçoso deitar mão de sua espada, & se amparou co ella das cutiladas & reueses que lhe dava o dito f. porque o não matasse, & em assi se defendendo acertou a darlhe húa estocada pelos peitos, sendo en sua necessaria defensão, sendo o dito f. o aggressor.
- P. Que a ferida não foy mortal, & despois disso esteve muito tempo doente, mas por elle se desregrar, & não obedecer aos medicos, & fazer muitos excessos, veo a morrer.
- P. Que elle R. tem perdaõ da parte, como consta da escritura que offerece.

67. In hac responzione, duo sunt notabilia in praxi prænotanda pro explicacione Ordination. lib. 5. titul. 134. §. 8. Primum ut quo-cunq; tempore etiam post publicationem testium admittatur talis defensio, de qua per Bart. in l. cum de in-

debito. ff. de probat. recept. ex Socin. in l. nemo. num. 7. ff. de exception. & Dec. in l. nemo ex ijs. num. 1. de reg. iur. Boer. decis. 164. nu. 15. Boss. in titul. de defensioneorum. num. 4. Secundum quod licet Reus à principio negasset delictum, tamen po-
stea

Ita poterit admitti ad huiusmodi defensionem, imo Doctores consulunt, ut reus accusatus semper neget delictum, & dicat, casu non cōcesso, quod ipse taledelictum fecisset, fuisse tamen commissum ad sui defensionem ita consuluit Dec. in cap. cū venerabilis. num. 20. de exceptione. & est cōmunis opinio recepta per Bossium in pract. crim. titul. de confess. num. 36. Iul. Clar. lib. 5. sententiarum. §. fin. quæst. 55. num. 17. & refert Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 279. n. 7. 68 Et econuerso etiā si à principio confiteatur delictum per petitionem ad impetrādam chartam assurcationis, adhuc tamen potuisse contrariari per negatiuam tenuit Cabed. Arest. 59. 1. pár. ex quo idem postea iudicatum fuit in causa propria eius hæredum scilicet Michaelis Cabedo cum Michaeli Leytā de Andrade Ann. 1608. Scriba Hieronymo Freyre. Quæ tamen sententia, licet sustineri posse videatur ex tradi-

tis num. 24. Dubia tamen semper mihi visa fuit ex ijs, quæ notaui sup. num. 44. Et id circa, posteaquā hæc scripsimus, inouata fuit ex Nouella Philippica lata anno 1613. In secundo artic. 69 agitur de defensione necessaria. Nec enim est satis probare homicidium fecisse ad sui defensionem, nisi & illud adiiciat ad necessariam defensionem Bald. in l. 1. col. 11. vers. item. C. de confess. Bar. in l. scientiam. §. qui cū aliter. ff. ad l. Aquil. hoc idē censuit Iass. in §. si quis. nu. 19. de actione. Contrarium tamen tenuit idem Bald. in l. solam. col. vlt. vers. 2. quæro. C. de testibus, ubi monuit testes deponentes simpliciter homicidium fuisse commis- sum ad defensionem probare, quam opinionem com- muniter esse receptam affe- rit Dec. in d. l. vt vim post num. 17. quorum opinione in concordiam reducere co- natur per distinctionē Msc. de probation. conclus. 867. num. 18. Defensio autem re- 70

Atē probatur eo ipso, quod
apparet quem fuisse vim
passum; nam quicquid fece-
rit, præsumitur gestum ut à
violentia tueretur constat ex
multis relatis à Gramat. consil.
18. & sequenti. &c consil.
56. num. 15. Bertrand. consil.
290. vol. 3. Alexan. consil. 76.
lib. 1. Dec. in d.l. ut vim. nu.
10. Hypolit. singular 100.
Quam conclusio nem multis modis ampliat, & confir-
mat Masc. concl. 490. Nam
si articuletur, & probetur
quod Reus videns venientem
contra se stricto gladio illū
percussit, antequam ipse
esset perculsus, præsumitur
ad sui defensionem fecisse,
Bar. in l. sed & si quenquam.
2. not. ff. ad l. Aquil. Bald. in
l. in multis, in fin. ff. de lib.
causa.

V. In eodem articul. *sendo o-*
dito f. aggressor, quod articu-
lari potest multis modis,
quos tradit Carrer. in pract.
crim. §. circa. 3. num. 146. ut
quia erat sui natura litigio-
sus, vel aliqua iniuria affe-
ctus, vel esset minatus secun-

dum Blancum in praxi cri-
mi. 3. par. defensor. num. 14.
Mascar. de prob. concl. 72.
ex num. 3.

De 3. artic. quod non præsum-
matur quis ex illato vul-
nere mortuus.

Iste 3. artic. positus fuit ad
denotandum quod occi-
dens poterit pœnam mortis
euadere, quando in ipsum
vulneratum, vel eius custodes
medicos ve aliqua culpa, ne
gligentiavè conferri potest,
quia tunc non præsumitur
mors ex illato vulnera sub-
secuta, ut multis exemplis
declarat Boer. decis. 323. nu.
20. Bald. consil. 328. volu. 2.
col. 1. & consuluit Cæphal.
consil. 28. col. pen. Plaça de
delictis cap. 13. num. 27. Me-
noch. de arb. iud. casu 275.
nu. 10. & alios refert Masc.
conc. 1078. num. 14. ubi alia
ad propositum adiungit, iu-
dicauit Senatus in causa Pau-
li de Carualhal, Scriba Tho-
me de Andrade. Nec enim
omnis qui mortifere vul-
neratus est, moritur. l. 1. §. vlt.
ff. ad Syllan. l. qua actione.

§. sed & si quis. ff. ad l. Aquil.
De 4. art. Quando venia de-
lictii Reo concepsa est.

73] Ste etiam 4. artic. positus
fuit ad excusandum reum
à pœna delicti, vel ad eam
mitigādam, quia iniuria pri-
uata per pactum remittitur
iuxta tex. in l. si tibi decem.
§. i. ff. de pactis. l. si vñus. §.
pactus ne peteret. ff. eodem.
l. noti solum. §. i. ff. de iniu-
rijs. Sed dubium est an si of-
fensus faciat pacem, &
derit veniam, an videatur etiā
remisisse damna, & expen-
sas? Bald. tenuit quod non in
d.l. si tibi decem. §. i. & ibi
Alex. num. 2. Iass. in l. l. nu.
16. ff. de pact. Et quia ex tran-
sactione facta, delictum pro-
bari ass-eruit I.C.l. quoniam.
§. ff. de ijs qui not. infam. &
l. non damnatos. C. ex qui-
bus caus. infam. irroget. & l.
in filci causis. ff. de iure si ci.
Sicut & similiter illud præsu-
mitur ex petitione veniae, vt
tenuit glos. in cap. exhibita.
verb. postulavit de homici-
dio, Felin. in cap. literis. col.
4. num. 19. de præsumpt. Me-

noch. de arbit. iud. lib. I. quæ
stio. 8. num. 37. Bossius in tra-
ctatu de remedio ex sola cle-
mentia Principis. num. 29.
Caute faciet Reus si prote-
stetur transactionem facere
causa redimendi se à vexa-
tione, vt consuluit Paul. de
Castro. consi. 348. in fin. nu.
16. vol. I. & cauit Cæpolia,
caut. 158. vers. secunda est.
Nam adhuc pace facta Pro-
mottor habet ius accusandi,
vt dixi sup. num. 11. Quia ex
quolibet delicto etiam priua-
to duplex offensa oritur, vna
parti, & alia reipublicæ, &
quauis illa per pacem cen-
seatur sopita, remanet tamen
offensa, quæ sit bono publi-
co, cuius interest ciues esse
pacatores. l. ita vulneratus in
fin. ff. ad l. Aquil. l. licitatio.
§. sed quod illicite. ff. de pu-
blic. & vect.

APPENDIX
*Quando Reus dicit se velle
stare pro actis.*

L Icet Reus in causis cri-
minalibus non possit re-
nuntiare suis defensionibus,
& termino probatorio fecū

dum gl. sing. in l. pactum inter hæredem. 47. verb. cum liceat ad fin. ff. de pact. quia talis renuntiatio est in præiuditum suæ personæ, vel status, quoniam nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo. 13. ff. ad l. Aquil. & in l. lege Cornelia. §. fin. ff. de siccarijs. Auendan. responso 11. num. 5. Hypol. in pract. criminal. §. examinando. Tamen praxi receptum est posse hoc facere reum in delicto, ex quo pœna capitis vel infamie non veniret imponenda secundum Imol. in l. custodias. ff. de pub. iudit. quem sequitur Anto. Gom. 3. tom. cap. 13. num. 33. vers. quod intelligo. Sed alij abusu & ineptè hanc praxi ad capitale iuditium, & ad causam status etiā extendūt, quod non conuenit, nam in ijs etiam inuitus Reus defendi debet, vt est tex. notab. in l. 3. ad med. ibi, vt causa cognita, etiam inuito succurratur. ff. de lib. causa. & in l. non tam, ibi, & si ipse acquiescit sententia. ff. de appellat.

§. 6.
Acta quomodo fieri debeant
iuditiaria.

Q Vanuis regulariter testes in sumaria inquisitione recepti sine citatione partis fidem non faciant ut in cap. 2. de testibus, & debeat denuo examinari parte citata, & ratificari in iudicio plenario intra tempora ad probandum concessa, ut fidem faciant, pro ut notat Bar. in l. vlt. in fin. ff. de quæst. & fundat Dueñas regul. 23. lim. 1. refert plures Natta consil. 394. num. 20. vol. 2. Bertazol. consil. crim. 15. num. 15. volu. 1. Tamen sufficiet si consensu, & approbatione partis delinqüentis testes in sumario iuditio recepti habeantur pro productis in plenario ex praxi huius Regni, quam intelligo in terminis de quibus supra. num. 74. Quibus addes istum consensum constare debere in actis per subscriptionem propriam rei, aut cū testibus munitam, & nō erit satis fidem solum tabellionis

vt in Ordinat.lib. 1. titu. 24.
 76 §. 20. Ex qua sententiam capitis annullari feci in quodā famulo domini Belchior de Teues. In Regno vero Castellæ precisè requiritur testes in sumaria receptos postea ratificari debere, si minus nihil probant ex l. 15.
 77 tit. 7. lib. 2. recopillat. Et ita conueniret in causa capitū, & status. Cæterum testis examinatus in sumario, si postea in plenario variet, aut vacillet, poterit puniri, vt falsarius. I.eos qui ff. ad l. Cornel. de falsis, propter quod ibi Bar. nu. 6. ponit cautellam, quem sequitur Menoc.lib. 2. de arbitr. cent. 2. calu 109. num. 13.

§. 7. De Probatione.

78] Llud spetialiter in causis criminalibus obsequandū est, scilicet testes produci, & examinari possediebus feratis, vt declarat Roman. sing. 144. & facit l. 3. C. de Episo. aud. quanvis alias testis die ferato receptor non probet

secundum Paul. in l. si quan-
 do. num. 4. C. de testibus. De
 inde in criminalibus tantum
 credi duobus negantibus,
 quantum alijs affirmantibus
 secundum Masc. de probat.
 concl. 70. num. 10. & 11. quā
 uis regulariter aliud sit secū-
 dum gl. ord. in l. diem profer-
 re. §. si plures. ff. de arbitr.
 Præterea probationes contra
 reum apertissimas esse
 debere. l. fin. C. de probat. l.
 singuli. C. de accusat. l. qui
 sententiam. C. de pœnis.
 Ulterior adde quod licet in 79
 ciuilibus duæ semiplenæ pro-
 bationes coniungantur, &
 plenè probent, veluti sivnus.
 testis exceptione maior de-
 ponat de scientia, duo vel
 plures de fama publica, vt
 per gl. verb. legitimis in l. 2.
 §. ita. ff. de excusat. tut. Ga-
 briel.lib. 1. comun. concl. 1.
 de probat. Molina lib. 2. de
 primog. cap. 6. num. 34. In
 criminalibus tamen quia exi-
 guntur liquidissimæ proba-
 tiones, duæ semiplenæ non
 probant plenè, obseruat gl.
 2. in cap. veniens de testibus

Sequitur Anchæt. in cap. 1.
 de confess. Imol. in l. interest
 se puto. col. fin. de acq. pos-
 ses. Angel. tracta. de malefi-
 cijs. verb. fama publica. col.
 5. vers. &c an fama. Nec item
 testes singulares probant, vt
 explicatum habes. lib. 3. cap.
 15. num. 7. nam tantum pro-
 bant mille singulares, quan-
 tum vñus Bald. in l. iuris iu-
 randi. num. 4. C. de testibus.
 Roland. consil. 50. num. 5.
 vol. 4. Symanc. de cathol. in-
 stit. tit. 64. num. 61. Rojas de
 hereticis. 2. par. assertion. 6.
 num. 12. Dicitur autem te-
 stis singularis, qui non habet
 contestem. Ferrara in pract.
 in forma opponendi contra
 testes. vers. sunt etiam singu-
 lares Abb. omnino viden-
 dus. consil. 42. num. 2. ad fin.
 1. par. Afflict. decis. 364. nu. 3.
 D. Thomas 2. 2. quæst. 70.
 artic. 2. ad 2. Et dicuntur
 contestes qui re, loco, & tem-
 pore contestantur. cap. licet
 causam de probat. c. cū dile-
 ct. cap. bonæ de electione. l.
 iuris iurandi. C. de testibus.
Et Rursus sciendum est, quod

licet testes contra réum de-
 beant esse omni exceptione
 maiores, & non debeat pati
 aliquem defectum ex ijs, quos
 congerit Gomes. 3. tom. cap.
 12. num. 13. Mascard. concl.
 1363. & sequenti. Ad proban-
 das tamen innocentias rei, te-
 stes minus idonei admittun-
 tur, & plenè probant, vt cū
 communi obseruat Gomes,
 sup. num. 23. cui addo Alex.
 consil. 5. num. 6. & 7. volu. 1.
 Roland. consil. 7. num. 24. di-
 centem patrem admitti ad
 probandam innocentiam fi-
 lij, & Hypol. singul. 19. asse-
 rentem testes de credulitate
 facere plenam probationem
 ad absoluendum réum, &
 alios plures in eandem sen-
 tentiam refert Mascard. de
 probat. concl. 1369. num. 13.
 Tandem innocentiam proba-
 ri per testes inhabiles affir-
 mant plures, quos citat idem
 Masc. concl. 1365. num. 16.
 & per testes domesticos &
 coniuctos, & alijs modis,
 vt per eundem Masc. concl.
 1405. Sed & si testes plures
 sint numero, supplent defi-
 ctum

Etum qualitatis, secundum
Alexand. consil. 5. num. 6.
vol. 2.

§1. Deniq; sciéduum est, quod
licet in ciuilibus post lapsū
terminum probatorium, &
publicatas attestations, &
multo minus post conclusio
nem in causa testes recipien
di non sint vt declarat Soc.
reg. 498. Matienso in dialog.
relatorum. 3.par. cap. 46. In
criminalibus tamen Iudex
ad eruendam veritatem, &
probationem delicti, potest
vsq; ad sententiam testes re
cipere, & quascunq; alias
probationes, Bart. in l. 1. §. si
quis vltro. ff. de quæst. Imo
§2. & post definitiuan senten
tiam, Bart. in l. vnius. §. cog
niturus de quæstion. dum
modo per euidentiam facti
probare paratus sit Reus suā
innocentiam, veluti quod té
pore commissi delicti, longe
abfuerit ab eo loco, in quo
cōmissum dicitur, vel quod
vivat aut sanus sit is, qui
mortuus, aut vulneratus di
cebatur iuxta tex. in d.l. 1. §.
Si quis vltro, quem sic inter-

pretatur Gomes 3.tom. cap.
13. num. 35.

Item obserua, quod nō in §
ducitur probatio ex violet
tis præsumptionibus, & in
dubitatis indicijs ad pœnā
capitalem infligendam, vt
per DD. quos refert Iul. Cla
rus lib. 5. sententiæ. §. fin.
quæst. 20. num. 6. Farinaceus
in pract. crim. quæst. 86. nu
m. 110. Mafc. de probat. concl.
865. num. 5. Quæ sententia
placuit semper vbiq; viris sa
pientissimis in multis casi
bus quos refert Tiraquel. de
pœnis. casu 27. & multis al
legationibus eam probat Go
mes 3.tom. var. cap. 12. num.
25. qui tantum limitat quâ
do præsumptio est à lege de
terminata, & approbata, vt
in l. si qui. C. de adulterijs, &
facit Ordinat. Regia, lib. 5.
tit. 134. §. 1. vbi propter ve
hemens inditium non datur
condemnatio capitalis, sed
repetitio tormenti. Vnde ali 84
ter distinguit Menoch. lib. 1.
præsumpt. quæst. 97. Aliter
etiam Sarmientus selectarū.
lib. 1. cap. 1. Barbosa in l. 2.

2.par. num. 97. ff. solut. i. matrim. Et ita est confusa opinio Doctorum, ut mirari non liceat, si Senatus grauissimus capitè damnaret Franciscū de Sylua ex indubitate indi
85 cijs de homicidio vxoris, Au
no 1615. ad cuius etiam rei
inuestigationem corpus præ
dict. vxoris fuit post multos
dies exhumatū à sepulchro,
vt fieret examen per oculo
rum inspectionem.

86 Item repulsa falsitatis te
stium semper & ybiq; ad
mittitur, pro vt habes in lib.
3. cap. 13. num. 3. vbi cap. 20.
num. 2. diximus eam ex mul
tis causis probari posse, præ
sumi etiam pleriq; ex eorum
contrarietate, vel diversitate
Ieos. ff. ad l. Cornel. de falf.
1. qui falso, vel variè. ff. de te
stibus, differit Menoch. lib.
5. præsump. 22. & 23. Pro cu

87 ius rei veritate eruenda, ac
rectè examināda optimā est
praxis Castellæ ex officio
iustitiae, vt testes cōtrarij am
bo stent in conspectu Iudi
cis, & unus contra alium at
guat, vel testis contra partē,

facie ad faciem, quod ideo
fortè vulgo ibi dicitur, Ca
rear. l. 57. tit. 5. lib. 2. recopil
lat. quæ rarissimè admittitur
in hoc Regno, debuerat qui
dem frequentius. Nam in in
uestigando crimen præsen
tia personæ multū facit, qua
trepidatione, quo voltu lo
quatur. l. de minore. §. tormē
ta. ff. de quæstion. & probat
in O. dinat. lib. 1. tit. 85. §. 1.
Et vt inquit Eccles. cap. 13.
Cor hominis immutat facie
illius. Et Proverb. 10. Pauor
ijs, qui operantur malum.
Et Sapient. 17. Cum sit timi
da nequitia, testimoniū dat
condemnationis. Et Iuuenal
Satyr. 13. Quos diti consci
facti mens habet attonitos.
Vnde Cicero, si is est. lib. 2.
Rhetorica ad Herenium, in
causa cōiecturali instruit ac
cusatorem, vt dicat aduersa
rium, cum ad eum ventum
fuit, erubuisse, expaluisse, ti
tubasse, inconstanter locutū
esse, concidisse, pollicitum
esse aliquid, quæ signa (in
quit) conscientiae sunt. Et
si reus horum nil fecerit, ac
culator

culator dicet eum usq; adeo
præmeditatum fuisse, quid
sibi esset usu euenturum, ut
confidentissimè consisteret,
& responderet, quæ signa
sunt confidentia, non inno-
centia, hactenus ille, quāuis
prædicta signa interdum co-
tingunt propter pusillanimi-
tatem, & periculi magnitu-
dinem, quod non latuit Ci-
ceronem, qui loco proximè
relato defensorem instruit
inquiens, defensor, si perti-
muerit Reus, magnitudine
periculi non conscientia pecu-
cati commotum esse dicet,
si non pertimuerit, fretum
innocentia negabit esse co-
motum. Vel solet Iudex in
hoc casu quando viderit te-
stes contrariari, aut variari,
eos separatim interrogare de
aliquibus qualitatibus, ut il-
lii in verbis capi possint, pro-
ut instruit Gomesius per exē-
plum Danielis 3. tom. var.
cap. 12. num. 11. Sed si testis
dicat non esse sic, ut nota-
rius scripsit, cui magis cre-
dendum sit, tradit Foller. in
præct. crimin. 2. par. nu. vlti-

Couarru. lib. 2. var. cap. 13.
num. 10. Et quomodo per
hoc euadat testis pœnā falsi
tradit per cautellam Ferrara
cap. 2. cui assentitur Auenda-
nus. cap. 27. prætorū 2. par.
num. 27. cuius tamen contra
cautellam videbis per Boe-
rium. decis. I. num. 51.

§. 8.

De Tortura Reorum.

Q Vam fragile, incertū, 89
fallaxq; sit torturæ
iudicium satis ostendunt ele-
gantia verba Vlpiani I. C.
in l. 1. §. quæstioni. ff. de quæ-
stion. & eius rei plura extant
exempla apud Valer. Maxia-
mū. lib. 8. cap. 4. vbi refert
quæstiones, quibus aut credi-
tum non est, atq; temerè fuit
eis habita fides, & illud qui-
dem memorabile est, quod in
ciuitate Beja contigit, vbi
mulier ex vehementibus ini-
ditijs de homicido coniugis
quæstionis subiecta potius mé-
tiri quam pati tormentum vo-
luit, & ob id capite damnata,
subito maritus flospes, & vi-
vus apparuit, vt non imme-
ritò, sed piè, & eleganter

con-

contra tormentorum usum
multa scripsit D. Augustinus.lib. 19. de Ciuitate Dei.
cap. 6. & Ludouic. Viues id-
ipsum latè prosequitur, nec
minus. Franciscus Galindus
in Apologia, & inuestigatio
plura notanda collegit nā ni-
hil aliud autores nostri, qui
hac de re scripserunt, magis
Iudices monendos esse exi-
stimatorunt, quam ne leuiter,
sed ex iustis inditijs, & quæ
iure probentur, ad torquen-
dum moueantur, quod, si se-
cundus factum fuerit (inquit)
& Iudex in Syndicatu tene-
bitur, & confessio illicite ex
torta, quanuis ratificata nihil
Reo nocebit, gl. & commu-
niter ibi DD. in l. pen. de
quaestione. Canonistæ in cap.
cum in contemplatione de
regul.iur. Quod ampliatur,
ut procedat. etiam in grauio-
ribus criminibus, glo. & in-
terpretes in l. si quis alicui.
C. ad l. Iul. maiest. notat Sy-
manch. Cathol. instit. cap.
63. nu. 34. Ampliatur quoq;
alijs modis per Carrer. in
pract. num. 181. Mascalde de-

probat. concl. 353. Et vnum-
quodq; inditium plene pro-
bari debet, saltim per duos
testes docet glo. in l. fin. C.
fam. erciscundæ. Symanch.
vbi sup. num. 11. Farinaceus
in praxi crimin. quaest. 37. &
40. vbi alios refert. Sed qui,
inter alia indicia ad torturā,
Illiud plerunq; ab omnibus
recipitur, quod insurget ex
confessione extra iudiciali,
notabilis cautela est ad eu-
tandam torturam, ut ille du-
ctus, & constitutus in iudi-
cio, reuocet ipsam confessio-
nem extra iudicialem, etiam
si non doceat de errore, sed
sufficiat, quod dicat errasse
in eo dum confessus est deli-
& tū extra iudicialiter ita Bal-
monuit in l. 1. C. de confes-
sus, cui adhæsit Iass. in l. ma-
gistratibus. 2. col. ff. de iuri-
dict. omn. iud. Ferrara caut.
27. Arnald. caut. 19. & Blac.
in pract. crim. caut. 5. eandē
cautellā ponit Felin. in cap.
de hoc extra de Symonia.
Bern Dias. reg. 125. fallēt. 1.
Mascalde probat. cōcl. 350.
num. 61.

§.9.

*De sententia, appellatione,
& executione.*

91 **I**udex sententiam proferet condemnatoriam probato plenè delicto. Interest enim Reipublicæ nonnisi ex legitimis, & integris probationibus à Iudicibus sententias ferri Bar. in l. 4. §. hoc autem iuditium. num. 8. ad fin. ff. de damni. infest. & consonat id iuri divino vii referatur in cap. licet vniuersis extra de testibus. Quod in criminalibus quo ad pœnā capitalem nunquam fallit. cap. in dicas. 7. quæst. 9. vers. non possumus. l. qui sententiam. C. de pœnis. Et in prædicta sententia exprimet Iudex pœnam, quam Reus parti debet, siue sit arbitratia, siue à iure imposta. Quam tamen poterit temperare ex causis congestis à Parid. de Puteo de syndic. cap. quæ sint causæ. fol. 201. Auend. in cap. prætorum. I. par. cap. 7. num. 7. & 2. par. cap. 16. à n. 11. Tiraq. in tract. de pœnis. semper à num. 16. Et atten-

det ad illa omnia quæ contineantur in cap. I. de sententia & re iud. lib. 6. & quæ notat Hypol. in pract. crim. §. occurunt. Debetquè esse magis pronus ad lenitatem, quam ad seueritatem, iuxta l. Arrianus. ff. de action. & obligat. l. respisciendum. ff. de pœnis cap. fin. de transact. Num melius est peccare in misericordia, quam in seueritate. cap. alligant. 26. quæst. 7. & facit tex. in cap. vera iustitia. 45. distinct. ubi dicitur quod vera iustitia est misericordia delinquentibus. Vnde quia sèpè attigit, ut medium in iustitia non teneamus, & dum cupimus esse iusti, efficiamus truci, seueri, & crudelites, (sunt enim quædam virtus virtutibus similia, & valde illis vicina, ut religione vicina est superstition, & liberalitas prodigalitas, & iustitiae acerbitas & crudelitas;) id circa admonet Salomon Eccles. cap. 7. dicens noli esse iustus multum, quo loco D. Hyero. Olympiod. atq; Augustinus in quæstion. noui, & veteris testag

testamenti. quæst. 15. & glo-
interlinealis, atq; Lyra ac-
cipiunt iustitiam, pro iusti-
tia vindicatrice, & dicunt
nimium iustum, ibi appella-
ri eum, qui in vindicando, &
pœnas de nocentibus sumen-
do nimius est, idest qui ver-
ba legum anxié, & scrupu-
losè nimis sectatur, de quo
genere est illud Poetæ, ius
summū, summa iniuria est,
quo etiam sensu Salomonis
accipitur sententia in cap.
plerunq;. 2. quæst. 7. & in c.
non potest. 23. quæst. 4. Quo
fit, vt etiam ad absoluendum
reum proprius accedet Iudex
si delictum probatum non
fuerit, vulgaris enim regula
est, actore non probante reū
etiam si nihil probet, fore ab
soluendum. l. qui accusare.
C. de edendo. l. actor quod
asseverat. **C.** de probat. **Quæ**
obtinet etiam in criminali-
bus, vt cum communī resol-
uit Lass. in l. non est nouum.
num. 5. **C.** de edend. Mascar.
96 de probat. concl. 36. Ita tamē
vt repertis nouis probationi-
bus, non possit non de nouo

de eodem crimine accusari,
& puniri, vt resoluit Iuli
Clar. lib. 5. receptarū quæst.
62. num. 2. Quæ practica ori-
ginem traxit tum ex genera-
li ratione, qua interest reipu-
blicæ ne delicta maneant im-
punita, ne alias daretur oc-
casio accusatoribus colludē-
di cum reis deficiēdo in pro-
batione, tum etiam spetia-
lius ex Epistola diui Grego-
rij relata á Couar. lib. 1. vari-
cap. 1. num. 8. tradit Barb. in
l. 2. in princ. num. 109. cum
sequentibus. ff. solut. matri-
monio. Et quanvis ex vsu fo-
rensi apud Hispanos recep-
tum sit, vt quoties corpora-
lis pœna est infligenda, ap-
pellatio minimè admittatur
ad executionem impediendam,
sive quis damnetur ex
propria confessione, sive te-
stibus fuerit coniunctus, quā
praxim improbat Couar. &
eam iure non probari existi-
mat. pract. cap. 23. num. 5. ad
fin. Tamen melior est praxis
Lusitaniae, vt á sententia dif-
finitiua in causa criminali,
appellatio vbiq; admittatur
sem-

semper ex parte dānati, imò omni tempore, & ab uno quoq; etiam extraneo, & nō coniuncto, sine mandato ad appellandum, etiam in iusto condemnato. I. non tantum, ubi omnes. ff. de appellat. quod non est ita in causa ci-
vili, & quod magis est Iu-
dex tenetur appellare pro
officio iustitiae ex praxi, &
consuetudine huius Regni,
quæ optima est in causa ca-
pitali, quod nō est ita in vslu
apud alias nationes. Imo
nec Promotor potest appel-
lere Neapolis in iudicio cri-
minali, si credimus Grama-
tico decis. 14. num. 2. Nec
etiam de iure communi ita
reperitur secundum Inocen-
ti. in cap. cum clamor, de te-
stibus. Rotta decis. 306. in an-
tiquis, sequitur Gabriel licet
cum distinctione, lib. 7. de
criminalibus. concl. 14. n. 6.
98 Vnde illa praxis, quæ apud
nos est, minimè conueniens
videtur, ut scilicet in causis
leterioribus veluti exilio, sen-
tentia, à qua à neutra parte
sit appellatum, ex propria iu-

dicis tantum appellatione
suspendatur, interimque
reus in carcere detineatur.
Executio autem pœnæ capi 99
talism impediti, vel suspendi
potest in multis casibus, quo
rū duodecim enumerat Ant.
Gomes 3. tom. var. cap. 13. ex
num. 36. Iulius Clar. lib. 5. 100
recept. quæst. 97. & 98. & cō-
gerit 50. Rebus in repit. I.
prægnantis. ff. de pœnis.

C A P. II.

De modo quo proceditur per
viam denuntiatio-
nis.

PE R viam denun-
ciationis proceditur,
quoties delatio a iu-
ius criminis fit apud iudicē
competentem ad pœnam,
vel correctionem inferendā
delinquenti secundum Præ-
posit. in summa. 2. quæst. 8.
Bernard. Diaz in pract. cri-
min. cap. 6. explicat Nauar.
qui aliter definit in cap. no-
uit. notab. 5. num. 2. de iudit.
tradit

tradit de ea aliqua Symanc. in cathol. instit. tit. 19. multa Bossius in pract. crimin. tit. de denuntiat.

2 Quæ denuntiatio dupli-
ter fit. Aut ratione publicide-
licti, quo casu quilibet de po-
pulo denuntiare poterit, si-
c ut & accusare, si prohibitus
non inueniatur. Aut ratione
alicuius muneris, & officij
peculiaris, vt puta quando
custos agrorum denuntiat de
damnis in agro comissis, vel
quando ædilis denuntiat de
his, qui transgrediuntur or-
dinaciones ciuitatis, tradit
Bart. in extraug. ad repre-
mendum. verb. denuntiatio-
nem per tex. in l. diuus. ff. de
custod. reorum. l. ea quidem.
C. de accusat. de iure cano-
nico à quocunq; fiat etiam
priuato, vt in cap. inquisitio-
nis de accusat. cap. licet heli
de symonia. Est & alia de-
nuntiatio, quæ sic per modū
querellæ, de qua agit tex. in
l. 2. ff. de ijs qui sunt sui, vel
alien. iur. & in l. 1. §. quod
autem. ff. de officio præfect.
yrb. vbi cognitio est quædā

extraordinaria facta sine ac-
cusatione, sine inquisitione,
& sine denuntiatione, conue-
nit enim vt iudex anim: d-
uertat aliquando contra in-
solentes dominos, & paren-
tes, cum intersit Reipublicæ
ne humiliores à potentiori-
bus opprimantur vt in l. illi-
citas. §. ne potentiores. ff. de
officio præsid. quod & ad ob-
sequium libertorum, & filio-
rum traditur rectè in l. nec-
quicquam. §. de plano. ff. de
officio proconsulis. & in l. 3.
C. de patria potestate. Hæc
autem cognitio fit sine or-
dine iudiciario de plano, vt
in l. leuia. ff. de accusat. & in
d. §. de plano. Illud autem
summè notandum est denū-
tiatorem eo solo, quod denū-
tiavit, à testimonio non re-
pellit, vt docent Abb. & Fe-
lin. in cap. in omni negotio
de testibus, Albertinus in
lib. de secreto. nu. 177. quod
praxis obseruat secundū Sy-
manch. vbi sup. num. fin.
Etiam si ipse testificetur de
facto proprio, vt voluit Soc.
reg. 515. in fin. quem sequi-

tur Mascard. de prob. concl.
§ 1363. num. 62. Viterius no-
tandum est quod si facta de-
nuntiatione procedat iudex
ad inquisitionem spetialem,
& deinde superueniat accu-
sator, super sedendum esse in
quisitioni, superueniente re-
medio ordinario, secundum
Bart. in extrauag. ad reprimē-
dum. num. 4. & in l. si mari-
tus. §. si ante. ff. de adulterijs.
vbi sequitur opinionē Dyn.
quem refert & tenuit etiam
Inoc. in cap. super literis, de
rescript. tradit Felin. in cap.
qualiter, & quādō. num. 14.
de accusat. quod tamen ve-
rum intelligo, quando super-
uenit accusator priuati cri-
minis agens ad interesse pro
prium, aut vindictam, tunc
enim admittitur accusator,
cui ius suum auferri non po-
tuit per tex. in l. si cui. §. iisdē
criminibus. ff. de accusat.
quod si accusator publici cri-
minis accedat tāquam vnu
de populo, non video cur sit
super sedendum inquisitioni,
in qua agitur de publica vin-
dicta, tunc enim vtrung; re-

medium accusationis, & in-
quisitionis tendit ad vnum
finem, tam origine quam ef-
fectu, & executione, quic-
quid Barto. dicat in d. §. si
ante.

Præterea notandum est
denuntiationem redigi de-
bere in scriptis à tabellione
per viam actus, nec est ne-
cessarius libellus, vt tenent
plures quos refert Soc. in d.
cap. qualiter, & quando o 2.
num. 731. de accusat. quan-
tuis Speculat. velit contrariū
in tit. de inquisitione. §. viso
igitur. num. 6. Nec item de-
nuntians tenetur se inscribe-
re vt per Salicēt. in d. l. ea
quidem. num. 17. C. de ac-
cusat. & Socin. in cap. super
his. num. 1. de accusat. quan-
tuis si calumniam in denun-
tiatione comiserit puniēdus
erit, vt per DD. in cap. 1. de
calumniatoribus. Bernard.
Diz in praet. crimin. cap. &
Et oblata denuntiatione co-
rām iudice, iubet iudex vt
sibi detur informatio, & re-
cipiuntur testes, ex quibus si
reus reperiatur culpatus, vel

Z aliqua

aliqua inditia emerse int cōtra eum , præcipit illum citari , vel personaliter capi secūdum qualitatem negotij, delicti , personæ , & probatio-
nis,nam citatio etiam in de-
nuntiatione necessaria est ,
vt in d. cap. qualiter & quan-
do o z. & in auth. vt nulli iu-
dicum. §. si vero quis collat.
¶. & cætera omnia deinceps
seruantur quæ dicta sunt in
cap.præcedenti.

C A P. III.

De modo procedendi per viam inquisitio- nis.

PEr viam inquisitionis proceditur quando ex officio iudicis , præcedente aliqua infamia,præsumptione, aut inditio agitur, vt declarat Bar. in l.2. §. si publico ad l.lul.maiest.Bossius in pract.crimin. tit. de inquisit. num.2. Forner.in eadem praet. 1. par. 3. partis. num. 9.
Nam licet iure ciuili & ca-

nonico recepta sit regula gē-
neralis, neminem sine accu-
satore damnari. l.3. §. si quis
accusatorem. ff. de mun. &
honor.l. 2. §. si publico. ff.de
adulterijs vbi notat. cap.vni
co in princ. vt Ecclesiastica
beneficia.cap. de manifesta-
z. quæst. 1. tamen infamia lo-
co accusatoris habetur, vt
per Alciat. in cap. 1. de offi-
cio ordinar. & DD. de qui-
bus sup. In quo etiam ad-
notabis quod altera est in-
quisitio generalis , & altera
spetialis , & per inquisitionē
spetialem proceditur præce-
dente infamia, quæ succedit
loco accusatoris , vt dixi, &
probat tex. in d.cap.qualiter
& quando , o z. de accusat.
cap.licet Hely de symon.ex-
plicat Nauar. in cap. inter
verb. 11. quæst. 3. concl.&
corolar. 62. quod verum est
vtroq; iure secundum Salicet.in l.ea quidem. C.de ac-
cusat.Aret.in d.cap.qualiter
& quando. num.67. Cæterū
ad inquisitionem generalem
recepta est sententia quod
potest procedi sine infamia
per

per tex. in l. congruit. ff. de officio præsid. & cap. 1. de officio ordin. & in cap. 1. §. 3. sanè de censibus. lib. 6. Scies tamen quod non præcedente in infamia solus Princeps generaliter inquirit, vel eius delegatus ut cōstat ex Greg. in l. 2. tit. 17. par. 3. & Præses prouinciae d. l. congruit, cum habeat in ea plenissimam potestatem, & merum imperium l. illicitas. §. qui vniuersitas. ff. de officio præsid. & probat Ordin. lib. 1. titu. 58. §. 31. aut etiam Episcopus, ut in d. cap. 1. de officio ordin. Alij vero Iudices inferiores non possunt per inquisitionem generalem procedere sine infamia, præterquam si inquisitio sit generalis quo ad personas, spetialis vero quo ad delicta, veluti si fama sit delictum esse commissum, tunc enim ad inuestigationem delinquētis procedit Iudex per inquisitionē generalem, nec requiritur infamia in persona, & ita debet intelligi prædicta Docto- rum traditio. pro ut docet

Bart. in l. fin. ff. de questione
Abb. in cap. bonæ o. 1. nu. 5.
de electione. Salicet. ubi sup.
num. 46. Alciat. in d. cap. 1.
num. 40. de officio ordinari.
Vnde post formatam inquisitionem generalem poterit iudex procedere ad inquisitionem spetialem, nam inquisitio generalis non fit nisi ad inueniendos delinquentes, contra quos postea potest formari spetialis inquisitione, ut tenet Bart. in l. fin. in fin. de questione. & in l. 2. §. si publico. num. 9. ff. ad l. Iul.
de adulterijs, & est communis opinio secundum Præposit. in cap. de accusatione. 2.
quæst 8. num. 40. Quò sic ut quando inquiritur de criminis spetialiter debet præcedere inditium super infamia, & testes sunt recipiendi, ut in cap. cum oporteat de accusat. tradit Fulgo. consil. 136. Dec. consil. 170. Alciat. in d. cap. 1. num. 61. de officio ordin. ubi agit de modo probandi tam infamiam. Ad impediēdam vero inquisitionem quādo sit de ali-

quo criminē, vt in ea super-
sedeatur, cautela erit oppo-
nendo iudici, vt moneat per-
sonam offendam, vel aliam
cuius interest ad deliberan-
dum statuendo sibi terminū
si velit accusationem prose-
qui, ita Rom. sing. incip. de
doctrina, Cæpola caut. 25.
probat Auiles in cap. preto-
rum. cap. I. glos. verbo fiel.
num. 34. Iul. Clar. lib. 5. sen-
tentiarum. §. fin. quæst. 3. n. 4.

Sed ad annullandam inquisi-
tionem iam factam, & eius
processum, & omnia inde se-
cuta sequentia impedimenta
adnotari debet, de quibus op-
poni poterit. Primo quod il-
la facta fuerit sine eo quod
prius constaret de corpore
delicti saltim in genere, vt in
I. I. §. item illud, & ibi DD.
communiter. ff. ad Syllan.
I. I. §. si quis vltro. ff. de quæst.
Iodoeus in præct. crim. cap.
8. num. 11. vers. 5. necessum
est. Conradus tit. de inquisi-
tione. num. 23. explicat Fa-
rinaceus in præct. crim. tit. I.
quæst. I. ex num. 6. & quæst.
2. per totam. Secundò quod

facta fuerit sine eo quod præ-
cederet infamia, præsumptio
aut inditia, vt per DD. quos
citat Farinaceus. quæst. I. de
inquisitione. num. 40. & 50.
& quæst. 9. per totam. Iul.
Clar. in præct. quæst. 6. in
princ. Bonacossa in comuni-
bus opinion. I. pat. vers. in-
quisitio est nulla. Menoch.
consil. 100. num. 58. lib. I.
Tertiò quod in illa inquisi-
tione non fuerit expressus
locus, & tempus commissi
delicti secundum Bar. in l. 2.
§. si publico. num. 12. ff. de
adulter. Bossius in tit. de in-
quisitione. num. 90. Clarus
in præct. quæst. 12. declarat
Farinaceus de inquisitione,
ex num. 12. quæst. I. Quartò
quod ille contra quem fuit
facta inquisitio fuerit iam ab
solutus de eodem delicto Gá-
dinus in tit. vtrum ille con-
tra quem fuit per inquisicio-
nem processum possit iterū
accusari Farinaceus latè de
inquisitione quæst. 4. Quinto
quod fuerit facta à iudice
incompetenti. Conrad. tit.
de inquisitione. num. 6. & 7.

Oſſcus consil. 64. num. 7.
Fatinaceus vbi ſup. quæſt. 7.
Sexto quod fuerit facta iam
transactis 20. annis à die cō-
miſſi delicti Iodoc. in pract.
crim. titul. de inquifitione.
num. 27. Farinac. vbi ſup.
quæſt. 10. Clarus in pract.
quæſt. 51. Septimò quod poſt
inquifitionem factam ſuper-
uenerit aliqui qualitas ag-
grauans delictum principa-
le Anton. Gom. 3. tom. var.
tit. de homicidio. num. 31.
Farinac. de inquifitione. quæſ-
tio. 1. num. 70. Et prädicta
impedimenta nullitatis quā
docunq; etiam poſt ſen-
tiam opponi poſſunt Tyber.
Decian. consil. 25. num. 11.
lib. 2. & contil. 18. num. 41.
vol. 1. Iul. Clar. in pract. quæſ-
tio. 20. Socin. iun. consil. 37.
volu. 2. Hypol. in pract. §. 1.
quæſt. 2. num. 87. Gomes in
3. tom. var. qualiter formetur
accusatio. num. 1.

C A P. I I I I .
De modo procedendi contra
Reum absentem.

Q Vanuis. de iure com-
muni contra abſen-
tem, nec accusatio proponi,
nec contra eum procedi poſ-
ſit, vt in l. abſente. ff. de pœ-
nis. l. abſentem. **C.** de accu-
ſat. cap. 1. & in cap. præſcri-
pta. 2. quæſt. 8. Tamen de iu-
re huius Regni, & de gene-
rali confuetudine indistin-
ctè procedi ſolet, nec pro il-
lo admittitur Procurator,
aut defenſor, niſi tantum ex-
cusator de abſentia iuxta Or-
dina. lib. 3. tit. 7. §. 7. quam op-
timè declarant Farinaceus
in pract. crim. 2. par. quæſt.
99. ex num. 276. Bossius in-
tit. an liceat in iuditio crimi-
nali pro abſente procurare.
Et cauſas excusatationis re-
fert Bart. in d. l. abſentē. ff. de
pœn. Anto. Canar. in tra-
cta de excusatione. num. 9.
In quo ſummè notandum eſt
quod poterit iſte oſtendere
inocentiam Rei abſentis pro-
ducendo teſtes, & alias pro-
bationes, vt in l. ſeruum. §.
publicē. & ibi Bart. ff. de Pro-
curat. quod communiter re-
ceptum aſſerit Iaſſon. in l. is

qui.num.7.C. qui testam. facer. poss. & tenet Marant. in pract. pag. 93. num. 42. Menoch. lib. 1. de arbitr. quest. So. num. 58. quicquid aliter. Auend. in respon. 15. Et eodem modo poterit admitti aliquis pro suo interesse, veluti pater pro filio, dominus pro seruo, maritus pro uxore pro ut tradit Gabriel. lib. 7. concl. 9. num. 47. Mar. Soc. in c. venies. n. 229. de accusa.

6 Lata sententia contra absentes de ultimo supplicio, si fuerint damnati pena capitali, iudicantur ut banniti, quos Cicero pluribus in locis vocat interdictos aqua, & igni.

7 Ceterum contra praedictam sententiam & executionem ex sequentibus opponi poterit, ut illa impeditur. Primò si bannitus impetrat prouisionem à Senatu maximo sub fundamento iustitiae ex clementia Principis, ut iterum de causa cognoscatur iuxta tex. in l. diu fratres. ff. de pénis. l. 1. §. si quis vltro. ff. de questio-

Bossius in tit. banniti qui admittantur. num. 20. & tit. de remedio contra bannum. Et certè Princeps hanc prouisionem denegare nō debet, nec solet, ut per eūdem Bossium in titul. de literis Princip. Nam tunc virtute praedictæ prouisionis Regie contra praedictam sententiam per nouas exceptiones, & defensiones audiri, & admitti debet.

Secundò contra praedictā sententiam opponi, & admitti potest ex probatione in contrarium, ut per Hypol. in d. §. si quis vltro. num. 93. Conrad. tract. de contumacia, & bannit. in fin. Menoch. de arbitr. casu 416. num. 39. Roland. consil. 60. lib. 2. Gayl. tract. de pace public. lib. 2. cap. 8. Nam exceptio innocentiae adeo est prouilegiata, ut nunquam statuto alias exceptiones tollēte sub lata censeatur. l. quoniam. C. de adulter. Felin. in cap. ex parte. fallent. 13. & ibi Dec. de officio delegat. Bald. in l. edita. col. pen. C. de edend. imo

imo lex, vel ordinatio tollēs defensiones non intelligitur de iustis, & quæ respiciunt illius innocentiam Hypolit. consil. 64. num. 5. plures refert in proposito Flaminius Cartarius in tract. de execu-
tione sententiæ. cap. fin. nu.
46. & cap. 3. num. 27.

9 Tertiò opponi poterit ex restituzione in integrum, si sit minor. Nam prædicta sententia contra minorem exequi non potest secundum Alber. in l. cum & minores. num. 7. C. si aduersus rem iud. Bertazol. consil. crimi-
nal. 380. nu. 3. lib. 2. Quanuis cōtrarium tenuerit Menoc. consil. 100. num. 120. lib. 1. vbi num. 149. plures alios adducit concordantes, & idem consuluit Cœphalus consil. 304. num. 126. lib. 3. & Tyber. Decian. consil. 18. num. 176. lib. 1.

10 Quartò opponi potest ex nullitate inquisitionis, nam si inquisitio est nulla & invalida, pro ut contingere po-
test ex ijs, quæ dixi sup. cap.
3. in fin. sententia etiam in

vim contumatiæ & factæ co-
fessionis lata ex ea resultan-
tis, pariter quoq; vti nulla &
invalida exequi non potest. it.
I. si filius a 2. & ibi Bart. ff. de
interrogat. act. Bal. in l. 2. §.
quod si actor, ad fin. ff. de iu-
rament. calumn. Carrer. in
tract. crim. titul. de appellat.
§. septimus casus. num. 11.
Roland. consil. 94. num. 31.
& consil. 57. num. 30. vol. 4.
& consil. 31. num. 17. vol. 1.

Quintò prædicta annul-
lari possunt, si in eis non sint
seruati illi termini, qui de sty-
lo, ordinatione, vel confue-
tudine soliti sunt seruari Bal.
in addit. ad Specul. tit. de exe-
cut. sententiæ. col. pen. verb.
bannum. Nellus de banni-
tis. 2. par. 2. temp. quæst. 35.
Surdus consil. 99. num. 21.
cum alijs, quos refert Farina
ceus in tract. criminal. titul.
de inquisition. quæst. 11. nu.
36. cum seqq.

Sextò prædicta annullari
possunt, si Reus citatus non
potuisset ex aliqua iusta cau-
sa impeditus comparere, nā
generaliter processus factus

contra impeditum compa-
rere est ipso iure nullus ex
Iass. in l.2. ff. si quis caution.
dixit communem Vantius
de nullitat. ex defectu iuris-
dictionis. num. 161. Flami-
nius Cartarius de execu-
tione sententiae capto bannito.
cap. fin. num. 262. Farina-
ceus in pract. crim. tit. de in-
quisitione. quæst. 11. nu. 50.
vbi ex num. 52. recenset plu-
res causas impedimenti, qui
bus bannitus excusari pote-
rit, ultra alias, quas antea re-
tulit Menoch. de arbitrarijs
casu 153. num. 4. & 5. lib. 2.

Et 3. Septimò prædicta acta &
sententia annullari possunt
ex suspitione, & recusatione
iudicis probata iuxta optim.
tex. in Ordina. lib. 3. titu. 2 1.
§. 5. vers. porem. nam quāuis
hæc lex disiceret, ratio ipsa
facilime ostendit eorum iu-
ditia esse fugienda omni-
busq; modis auertenda, qui
propterodium, inimicitiam,
aliāve causam suspecti ha-
bentur, sed adhuc in isto ca-
su annulata inquisitione ijde
testes postea ex suis nomini-

bus iterum de nouo exami-
nari possunt, ac debent, ne
per hanc cautelam Reus pæ-
nam euadat, & crimen ma-
neat in punitum.

C A P. V.

*De forma procedendi à In-
dicibus in Syndi-
catu.*

Syndicatus idem est, q
uod sermo de que-
rellis singulorum se-
cundum antiquos relatos à
glo. in l.1. §.1. verb. Syndicū.
ff. quod cuiusquè vniuers.
nomin. & syndicatores sunt
iudices corām quibus magi-
stratus rationem suæ admini-
strationis reddunt, & ideō
sic nuncupantur quasi syn-
dici vniuersitatis ad defenden-
das omnium, & singulo-
rum causas, nàm cum duran-
te tempore administrationis
Iudices conueniri non pos-
sint super rebus à se malè ge-
stis. l. Senatus consulto. ff. de
officio præsidis. l. hos accu-
fare.

fare. ff. de accusat. Ordin. lib.
 3. titul. 9. Et secundum illud
 Euangelij de quo in cap. qua-
 liter, & quando, o 2. versic.
 legitur. de accusat. teneatur
 unusquisq; reddere rationē
 suæ villicationis, meritò cau-
 tum est magistratus omnes,
 & iudices teneri rationē red-
 dere suæ administrationis,
 post depositum officium, ut
 in l. vnicā. C. vt omnes Iudi-
 ces, & in auth. vt iudices si-
 ne quoquo suffragio. §. ne-
 cessitate, & in §. interdici-
 mus. vers. oportebit. collat. 2.
 l. 6. tit. 4. par. 3. Ex quo ob-
 serua primo teneri iudices
 syndicatui assistere per inte-
 grum, spatium 30. dierum.
 Ordin. lib. 1. tit. 60. §. 1. quod
 tempus continuum est, cum
 de interesse Reipubl. agatur
 argum. tex. in cap. fin. de fe-
 rijs, & ita causas officialium
 die feriato agitari posse te-
 nuerunt Paris de Puteo de
 syndicat. verb. feria. nu. 123.
 & Amodeus in eodem tra-
 ctatu in parte inchoata, &
 formata. num. 182. ac proin-
 de propter breuitatem insta-

tiæ omnes termini videlicet
 ad excipiendam, probandum,
 & ad alia similia cumulan-
 tur secundum Bald. in l. pro-
 perandum, ubi Iass. num. 14.
 C. de iudicijs. tradit Chatal-
 din. in tract. syndic. quæst.
 76. num. 4. & 6.

Quod si Iudex syndica-
 tus aufugerit, omnia crimi-
 na ei obiecta perinde haben-
 tur, ac si probata fuissent.
 Ordin. lib. 1. tit. 60. §. 3. tra-
 didit antea Bart. in l. consili-
 trios per tex. ibi. C. de esle-
 sōr. cui subscriptit Felin. in
 cap. nullus. num. 2. de præ-
 sumptio. & alij quos refert
 Mascard. de probat. conclus.
 499 num. 8. cuius dicta trans-
 cripsit Farinaceus in pract.
 criminal. quæst. 48. à nu. 81.
 Quod tamen declara primò
 vt ista probatio sit facta se-
 cundum Bart. in l. si confes-
 sus. num. 2. C. de custod. reo-
 rum. Puteus de syndic. fol.
 123. Guilherm. in cap. Ray-
 nutius. verb. mortuo itaque
 testatore, o 1. num. 175. ad-
 de. l. 1. §. ipse autē. C. vt om-
 nes Iudices tam ciuiles, &c.

Secundò

- Secundò declarata præd. Ordinat. non procedere, si magistratus à syndicatu fuge-ret timore alicuius inimici, qui ei minatus fuerat, tunc enim fuga non faceret aliquam præsumptionem argu-mento tex. in l. quod si fugi-tius. §. apud labeonem. ff. de ædilic. edict. Amod. de syndic. in parte, item in eo quod dicit. potest. versic. 3. Auiles in cc prætorum. cap. 1. glo. verbo dadius. nu. 24.
- 4** Nec solum magistratus tene-tur respondere de se quere-lantibus, sed etiam de suis officialibus vxore, & fami-lia, vt in l. agentes. C. de agent. in rebus. lib. 12. l. ne-minem. C. de decur. lib. 10. l. obseruare. §. proficiisci, & ibi glo. ff. de officio pro con-sul. Nā officialis substitutus gerit periculo substituentis. l. nullus qui nexus. C. de decur. lib. 10. & probari vide-tur in Ordina. lib. 1. titu. 96. vers. & quando. Quod non nulli intelligunt quando ci-uiliter ad interesse agitur, vt resoluit Auiles in cap. præ-
- torum. cap. 4. glo. verbo ~~se~~ obligado. num. 13. Auend. de mand. 1. par. cap. 3. num. 5. in fin. Vel vt prius substitu-tus conueniatur, nam eo ex-cuso tenebitur magistratus, glof. in l. Siquis ex corpore. C. de muri leg. lib. 11. & ibi notat Platea. Aut satisfaciet si eum exhibeat, vt in l. post depositam, & ibi Bart. C. de assessoribus. l. 1. §. familiz, & ibi Paul. ff. de publ. & vestig. Auiles in d. cap. 4. verb. en-tregare. Auend. de exeq. man-da. 1. par. cap. 3. num. 6.
- Nec item tenetur solum § de delictis in faciendo, sed & de ijs quæ in negligendo consistunt, nam Iudicum ne-gligentia dolus est. l. dolus. ff. mandat. l. magna. ff. de ver-bor. signific. Bart. in l. Titium aut Mævium. ff. administra-tut. Ordin. lib. 1. tit. 60. §. 20. & propter negligentiam iu-dex ab officio repellitur l. 1. §. quis. ff. de officio præfect. vrb. & talis culpa puniri debet, ac si in faciendo consi-steret. l. si quis. in conscriben-do. C. de pact. l. mancipia-
C. de

C. de seru. fug. Paris de Puteo de synd. in parte negligentia.

6 Obserua etiam quod si in syndicatu apparuerit Iudicē aut officialem accepisse mu-
nera, amittet officiū, & alijs pēnis plectetur Ord. lib. 5.
titul. 71. & §. 1. Quæ tamen Ordina- limitatur in multis,
quæ circa simile statutum tra- dit Farinaceus in praet. cri-
min. quæst. 111. à num. 239.

7 Ad cuius rei probationē an sufficient tres testes sin-
gulares vti in Regno Castel
læ ex l. 6. titul. 9. lib. 3. recop.
dubium est? quia iure nostro probatio sufficiens requiri-
tur Ordin. lib. 5. tit. 71. §. 7.

Et de iure communi quan-
do agitur criminaliter ad pæ-
nam tripli, vel exilij proba-
tio idonea esse debet Amo-
deus de syndic. num. 168.
Bossius in tit. de officio cor-
rupt. num. 14. Farinaceus
vbi sup. ex num. 261. Nec
enim testes debent esse sus-
pecti, vt in cap. licet Hely,
& in cap. per tuas de symon-
glos. in cap. tertio loco de
proba. Admittitur tamen ad
probandum tale delictum il-
le; qui fuit sequester, sicut di-
citur de symonia. cap. 1. de
testibus in 6. Paris de

Puteo de syndica
tu. verb. te-
stis.

F I N I S.



DVCENTÆ ET QVADRAGINTA
 Decisiones nouissimæ amplissimi Senatus
 non dum typis excusæ, quæ in hoc
 volumine continentur.

- S**Ententiam, in qua quidā incola Castellæ, quasi vnuſ ex Senatoribus votum dederat, nullam postea iudicavit Senatus.lib.1.cap.2.num.23.
- 2** Auditor Militiæ Castellanæ si monitus, & requisitus, adhuc tamen processerit in causa, quæ ad eum non pertinet, capi poterit.lib.1.cap.2.num.4.versi.cognoscunt etiam.
- 3** Creditor non reuocat alienata in eius fraudem, si alia bona penes debitorem remanserunt tempore alienationis, ex quibus creditor iusti fieri posset.lib.4.cap.4.num.8.
- 4** Executio facta pro modico ære alieno in re magna, an ideo rescindatur, & annulletur. lib.3.cap.21.num.16.
- 5** Habita sententia cum procuratore legitimo, ut postea eius executio fieri possit, non sufficit ex illa procuratori citationem fieri abiente parte ab hoc Regno, & est alia decisio in contrarium. ibi num.2.
- 6** Quanuis Auditor empotij publici possit cognoscere de Scriptura, in qua pars foro suo renuntiauerat, quia tamen in prædicta renuntiatione se foro præsidis curiæ submiserat, & via ordinaria ex Scriptura agebatur, causam ad illum esse remittendam declarauit Senatus. lib.1.cap.2. nu.16.
- 7** Partitione facta ex iuditio familie erciscundæ, eius executio à condemnato retardari minimè potest prætextu rationum reddendarum de ijs, quæ in eius ad iudicatione incerta postea apparuerunt. lib.4.cap.3.nu.9.
- 8** Exceptio fideiussoris, quod scilicet fideiussio fuerit facta inter absentes sine stipulatione admissa fuit. pag.237.versi. item.

- 9 In causa criminali contrarietas non fuit admissa de negotiis coartata, quia secundum facti naturam, unum & aliud stare poterat. lib. 5. cap. 1. num. 62.
- 10 Officium publicum filio a patre ex Regis beneplacito renuntiatum, quod pater in vita emerat, post eius mortem per estimationem esse conferendum censuit Senatus, & est alia decisio in contrarium. lib. 4. cap. 3. num. 8.
- 11 Propter res alienum mariti in fructibus, & redditibus dotis uxoris executio fieri non potuit. lib. 3. cap. 21. num. 25.
- 12 Quando testator vocavit expresse masculos agnatos, & voluit quod non succederet foemina, nisi quando non reperiatur masculus, vir cognatus contrafoeminam agnatam fuit admissus. lib. 3. cap. 9. num. 11.
- 13 Quantus alias filia foemina patrem representet cum praerogativa viri, tamen si conditor maioratus masculos agnatos expressè vocauerit, neptis ex filio primogenito praefuncto patruu non excludet. lib. 3. cap. 11. num. 15.
- 14 Quod Actor possit in suo libello duas actiones cumulare, nec compellatur unam ex illis eligere, & aliam dimittere lib. 3. cap. 2. num. 6.
- 15 Testator post vocationem filiorum masculorum, eis deficitibus vocavit filias foeminas, substituendo uni aliam sub conditione si sine liberis, & alij aliam sub conditione si sine liberis masculis, dubitatum fuit an ex hoc masculi in praecedenti substitutione vocati esse censerentur. lib. 3. cap. 15. num. 13.
- 16 Mulier durante matrimonio non potest pro dote præferri creditori facienti executionem in re communis cum marito, eo non vergente ad inopiam, si alia bona supersint, ex quibus sibi satisfieri possit. pag. 216. col. 1. vers. nec item.
- 17 Executio non sit in hoc Regno ex requisitoria Castellæ, quanvis in illa veniat iam inserta sententia, ex qua executio

- cutio procedat. lib.3.cap.21.num.13.vers.imo.
- 18** Ius executium sententiæ transit in cessionarium exequentis, non minus quam in eius hæredem. ibi. num. 4.
- 19** Ortus in Regno extero à patre huius Regni originario, qui propter homicidium illuc se contulit, tamquam incola, & naturalis ad officium admittetur. lib.1. cap.2.n 24.
- 20** Relaxatio iuramenti sola non sufficit ad rescindendum contractum, sed adhuc necessaria est ænormissimæ læsionis probatio lib.2.cap.4.num.9. vers. praxis.
- 21** Officium quod pater emit, & postea ex Principis beneficio in filium renuntiauit, eius æstimationem non esse conferendam post eius mortem censuit Senatus, & est alia decisio in contrarium. lib.4.cap.3.num.8.
- 22** Scripturam fideiussionis in fauorem absentis. factam absq; villa stipulatione Senatus validam esse in fine declarauit. lib.3.cap.22.num.26.in fin.
- 23** Quinuis in confessione cum iuramento indistincte fides etiā adhibeatur qualitati licet ex post facto interuenisset, tamen si qualitas sit omnino separata à causa principali, ita ut non habeat aliquam conexitatem, & dependentiam ab illa, ei fides non adhibetur. lib.3.cap.12.num.15.
- 24** In contractu innominato, facio ut facias, ante implemen-
tum facti, etiam si actor præparetur ad faciendum, potest Reus pœnitere, & resilire ab ipso contractu. lib.3.cap.22.
num. 46.
- 25** Creditor qui festinanter pignorationē prius fecerit ex sen-
tentia, à qua sit appellatum, alijs creditoribus posterioribus in pignoratione non præferetur. pag. 217. versic. li-
mita 12.
- 26** Quod condemnatus ad abcisionem manus, eius pœnam euāserit si ius naturalis ex nobili. lib.5.cap.1.num.65.
- 27** Si debitor delegasset creditori nomen sui debitoris, qui de-
bitor

- bitor non erat, vel aliqua exceptione tutus, delegans nō liberatur. pag. 200. in fin.
- 38 Quod Prætor curialis cognoscat de renouatione emphyteuſis Ecclesiæ alicuius Ordinis, seu personæ exemptæ. lib. 2. cap. 1. num. 12.
- 39 Quod exceptio subreptionis faciat statim supersedere executionem. lib. 2. cap. 3. num. 12.
- 40 Quod in ijs bonis defuncti, quæ ad vnum tantum hæredem sunt transmissibilia, ille solus citandus sit, & in eum solùm transeat instantia cum defuncto cæpta, quia hæres est eius quod interest in iuditium deduci. lib. 1. cap. 3. num. 16.
- 41 Quod res fiscalis vendita in publica subhastatione voluntaria absq; vlla instantia creditoris rescindi possit ex remedio. l. 2. C. de rescindend. contra fiscum. lib. 3. cap. 21. num. 84.
- 42 Quod grauamen à sententia liquidationis, eius executionem non suspendat. lib. 3. cap. 21. num. 6.
- 43 Quod panes ciuiles, quos vulgo dicimus tencas, bona immobilia censeantur, ut super eis maritus sine vxoris consentaneo litigare non possit. lib. 1. cap. 3. num. 9.
- 44 Quod Officia parentum, etiam extantibus eorum filijs, possint extraneis ad libitum Principis dati. lib. 1. cap. 2. n. 10.
- 45 Quod causa agitata cum procuratore sufficienti, habita sententia possit exequi parte originaria absente sine eius citatione, citato tamen prædicto procuratore legitimo, & est alia decisio in contrarium. lib. 3. cap. 21. num. 2.
- 46 Quod Reus incarceratus pro debito audiri possit sine deposito, non obstante clausula depositaria posita in instrumento debiti. lib. 3. cap. 22. num. 48.
- 47 Quod clausula depositaria habet effectum, licet Reus obijciat exceptionem litis pendentiarum, ut quia ipse prius egreditur

- rat per libellum contra actorem, & est alia decisio in contrarium.lib.3.cap.22.num.33.
- 38 Quod executio fiat in bonis condemnati non obstante requisitoria quaestoris maximi, per quam requirit ne executio fiat, donec eius finiantur calculationes, quae pendent in suo tribunali.lib.3.cap.21.num.42.
- 39 Quod si per libellum agatur de nullitate scripturæ, super se de i debeat in alio iuditio in executione.lib.3.c.21.n.44.
- 40 Quod in eo chyrographo, quo illa conditio continebatur, nō pagando suā pagarey a tempo como fiador, & principal pagador, per libellum via ordinaria agendū sit, & est alia decisio Senatus in contrarium.lib.3.cap.22.num.15.
- 41 In illo chyrographo quo cōtinebatur, dabo tibi aut cui istud mihi dederit, tertio quocunq; illud ostendente, decem dies assignari debere.lib.3.cap.22.num.20.
- 42 Quod exceptio litis pendentie impediat actionem decem dierum. lib.3.cap.22.num.28.
- 43 Quod contra scripturam non liquidam pars audiatur, non obstante clausula depositaria, in ijs quae non sunt contra substantialia contractus.lib.3.cap.22.num.36.
- 44 I ijs quae extra obligationem principalem petuntur, audiendum esse Reum non obstante clausula depositaria iudicavit Senatus. lib.3.cap.22.num.37.
- 45 Quod nec in causa supplicationis Reus admittatur ad allegandum de iure sine deposito, propter clausulam depositariam.lib.3.cap.22.num.32.
- 46 Filius licet iure cæsareo sit suus hæres, tamen ut à paternis creditoribus conueniatur, opus est probare patris hæreditati se imiscuisse.lib.1.cap.4.num.4.
- 47 Quod Comendatarius Ordinis Sancti Ioannis Ierosolymitanii trahi possit ad seculare iuditium super vi noua.lib.2. cap.1.num.19.
- 48 Quod

- 48 Quod possit articulare de scriptura sine eo quod offeratur, si fuerit facta inter alias personas. lib. 3. cap. 9. num. 2.
- 49 Quod scholaris Colymbriæ non potuerit declinare forum iudicis Indiæ & Minæ si conueniatur super rebus Indiæ. lib. 1. cap. 2. num. 14.
- 50 Quod sententia Iudicis Indiæ & Minæ, non possit in alio iudicio executioni mandari. ibi. num. 14.
- 51 Quod Iudex Indiæ & Minæ possit trahere Reum incolam in prouincia Brasiliensi, qui merces creditas asportauit, & promisit in hoc Regno restituere. ibi. num. 13.
- 52 Si Reus laicus coram Ecclesiastico conuentus super rei yedicatione aut spolio neget rem esse Ecclesiasticam, ad seculare iuditium sic remittendus. lib. 2. cap. 4. num. 2.
- 53 Quod qui tenetur deponere mercedem vecturæ nauis, à deposito excusatur dando pignora, quæ tamen statim vendi possunt non expectata sententia, si pars instet. lib. 1. cap. 2. num. 13.
- 54 Si actor interpellat Reum super re & causa, de qua iam aliis cohæres eum conuenerat in alio iudicio, exceptio litis pendentiæ admittenda est. lib. 3. cap. 3. num. 13.
- 55 Ut si pars confiteatur in iudicio conditionem chyographi adimpletam, sumariè sit agendum non per viam libelli. lib. 3. cap. 22. num. 16.
- 56 Concessio quinquenij à maiori parte creditorum debitori facta non nocet creditori qui fecit pignorationem, & executionem. lib. 3. cap. 22. num. 65. & est alia decisio in contrarium.
- 57 Testamentum viri & vxoris manu mariti factum, & ab utroque coniuge subscriptum, quanvis inter liberos cum prælegato terriæ vnis ex illis, quia tamen matris defunctæ subscriptio non fuit iustificata nullum declarauit Senatus. lib. 4. cap. 3. num. 6.

- 58 Quod Senator non possit declinare forum iudicis Indiæ super rebus Indicis. lib. 1. cap. 2. num. 14.
- 59 Quod mandans in Ecclesia delictum committi nō gaudeat eius immunitate. lib. 5. cap. 1. num. 35. vers. & idem dicendum est.
- 60 Quod patruus excludat nepotem ex filio primogenito formativa representatione quia proximior vocatus fuit à testatore ad successionem maioratus. lib. 3. cap. 11. nu. 14.
- 61 Quod Consiliarij Portugalie Senatus, qui in Curia Madrid lateri Regio assistunt recasari possint. lib. 3. cap. 19. n. 22.
- 62 Quod qui declinat forum non teneatur deponere mercenarii vecturæ nauis interim dum pendet questio incompetenz. lib. 1. cap. 2. num. 15.
- 63 Quod qui est substitutus in aliquo officio, non sit ei necessarium ducere vxorem. lib. 1. cap. 2. num. 25.
- 64 Quod Capellanus Capellæ Regiæ in minoribus constitutus, non possit iurisdictionem Regiam effugere. lib. 2. cap. 1. num. 9.
- 65 Quod non audiatur pars etiam via ordinaria per libellum in causa, quæ excedit summam Ord. agens virtute scripturæ priuatæ. lib. 3. cap. 12. num. 7.
- 66 Quod minor in petitione revisionis restituatur aduersus lapsum temporis duorum mensium. lib. 3. cap. 20. num. 5.
- 67 Quod iudex Ecclesiasticus si contumax fuerit in cessatione violentiæ postquam per literas Regias tertio rogatus, & monitus fuerit, eius bona temporalia capiantur, & servatores ei ministerium præstare sub pena canceris prohibentur. lib. 1. cap. 2. num. 8.
- 68 Quod celsionarius via sumaria agere possit ut poterat cedens, à quo celsionarius ius habuit, & est alia contraria decisio. lib. 3. cap. 22. nu. 18.
- 69 Quod natus in alio Regno extero à iudicandi munere arceri non

- nion debet si ex originario ibi sit procreatus qui Regis ser
uitio fuerat astrictus. lib. 1. cap. 2. num. 24.
- 70 Quod in illa exceptione quam reus obiecit aduersus actorem
de tituli vel cognominis usurpatione, sit eodem modo
procedendum ut in exceptione peremptoria. lib. 3. cap.
4. num. 4. vers. & aliud esse potest ex ord. remissione.
- 71 Quod ut locus esset euictioni, necesse sit possessorem etiam
appellare a sententia contra eum lata & apellationem
fuisse prosecutum. lib. 4. cap. 8. num. 8.
- 72 Quod decendium Ordin. in lite sumaria currat, interim du
acta sunt in Senatu cum petitione grauaminis, & est con
traria decisio Cabed. lib. 3. cap. 22. num. 55.
- 73 Quod cum certitudine proxenetae publici de venditione fa
cta inter duos mercatores sit procedendum sumatim per
10. dies. lib. 3. cap. 22. num. 9.
- 74 Quod beneficium restitutionis competit etiam hereditibus
minoris, atque ideo executio ex eorum persona supercederi
debeat. lib. 3. cap. 21. num. 35.
- 75 Quod ex chyrographo salarii aduocati summati proceda
tur absq; alia liquidatione de modo adimpleto. lib. 3. cap.
22. num. 16. vers. similiter.
- 76 Quod vidua non potuerit declinare ad curiam quando ipsa
consensit in iudice suo ordinario. lib. 1. cap. 3. num. 6.
vers. non tamen puto.
- 77 Quod ex requisitoria & executoria Castellae in qua non sit
inserta sententia, non possit executive procedi. lib. 3. cap.
21. num. 12.
- 78 Quod in recusatione licet facto aduersarii & non sua culpa
terminus 45. dierum sic elapsus, non possit prorogari nisi
in Senatu maximo. lib. 3. cap. 3. num. 2.
- 79 Quod Iudex Indiarum non sit competens in causa alicuius per
sonae ex India Occidentali, quae est in dictione Regni Ca-

- stellæ quæcumque ille promisisset se coram quoquis iudice responsum. lib. 1. cap. 2. num. 14. in fin.
- § 30** Quod laicus sit relaxandus à carcere Episcopali, quia non apparuerat contra eum iudicialiter fuisse processum, & sententiam fuisse latam. lib. 2. cap. 4. num. 21.
- § 31** Quod sententia Senatus contra quam impedimenta nullitas, & incōpetentiæ fuere obiecta, & non recepta, ideoq; glossata à Cancellario, iterumq; visa per alios Senatores fuit reuocata. lib. 3. cap. 19. num. 40.
- § 32** Quod lata sententia in causa principali per appellationem, non potuerit iam tractari separatis de grauamine per petitionem, aut per instrumentum ab aliquo incidenti pro lato ante sententiam. lib. 3. cap. 19. num. 19. vers. contigit.
- § 33** Quod licet contrahens renuntiet suo foro, eius hæres minor poterit declinare, & erit remittendus. lib. 3. cap. 22. num. 45. & est alia decisio in contrarium.
- § 34** Quod sequestrum ex diplomate Regio factum, ut quia detentor litem distulerat, seruari debeat, non obstantibus impedimentis. lib. 4. cap. 10. num. 27.
- § 35** Quod si impedimenta intra decendum obiecta fuerint recepta à Iudice absq; condemnatione, licet postea in eis condemnatio subsequatur, appellatio admittatur, & executio subsistat. lib. 3. cap. 22. num. 53.
- § 36** Quod decima Chancellariz non debeatur de sententia à Iudice commissario lata in eo processu, de quo agi debuerat coram Iudice, de cuius sententia decima non exigitur. lib. 3. cap. 18. num. 7. in fin.
- § 37** Quod intrans in possessionem virtute testamenti etiam cū auctoritate Iudicis si penes alium detenta torem illa reperiatur, dicitur spolium committere. lib. 4. cap. 10. num. 19.
- § 38** Quod cessionarius, vel procurator in causam propriam possit compensare cum debito, quod ipse debet ex sententia

- lib.3. cap.21. num.45.
- 91 Quod reus qui habuit chartam a securitatis confessionem, poterit adhuc non obstante predicta confessione contrariare per negationem ultra Cabed. Arrestum sed hoc postea fuit inouatum. lib.5. cap.1. nu.67. vers. & econverso.
- 90 Quod vidua pro sua dimidiate obligationis factae in favorem mariti agere potest per actionem 10. dierum. lib.3. cap.22. num.19.
- 91 Quod cessionarius non possit agere ex scriptura publica per actionem 10. dierum, sed per viam libelli & est alia contraria decisio. lib.3. cap.22. num.18. vers. sed illud magis!
- 92 Quod creditor qui prius habuit sententiam de precepto, & prius fecit executionem non habeat prælationem. lib.3. cap.21. num.63.
- 93 Quod minor licet posterior fecerit executionem, præferatur anteriori creditori qui prius fecit pignorationem. ibi, num.68. & 70.
- 94 Quod pro censu quem vulgo dicimus foro, executiue procedatur statim captis pignoribus. lib.3. cap.21. num.56.
- 95 Quod incarcernari non debeat debitor qui dedit pignora, etiam si illa emptorem non inueniant. lib.3. cap.21. num.80.
- 96 Quod impedimenta aduersus procedimenti suspitionis post terminum 30. dierum obiecta & iam lata sententia super suspitione nihil praestent. lib.3. cap.3. num.4.
- 97 Quod impedimenta aduersas executionem, quæ sit in hoc Regno ex requisitoria Castellæ, in qua non sit inserta sententia, recipiantur in iisdem actis. lib.3. cap.21. num.12.
- 98 Quod audiatur reus cum exceptione enormissimæ lassionis, quæ ex ipso instrumento appareat, non obstante clausula depositaria. lib.3. cap.22. num.44.
- 99 Quod partitio rerum hereditiarum facta in iudicio familiæ eradiculæ rescindatur ex defectu citationis. lib.4. c.3.

- 100** Quod executio fieri possit contra quemlibet tertium posseforem pro redditibus census iam decursis. lib. 3. cap. 21. num. 56.
- 101** Quod auocatoria emanata à Conservatore Colymbricæ non sit adimplenda, ut quia notoriè erat iniusta, nec impedimenta aduersus illam obiecta remitti debeant, sed quod Iudex deprecatus de illis cognoscere possit. lib. 3. cap. 3. num. 10.
- 102** Quod omnia acta quæ nulla in Senatu iudicata fuerunt ex defœtu citationis vxoris super re immobili, postea per nouam eius citationem fuerunt reconvalidata, &c ad priorem iudicati modum res deuenit. lib. 3. cap. 19. num. 36.
- 103** Quod Philippus Rex noster noluerit se subscribere in diplomate Regio super dispensatione clausulæ depositariæ dubitans de eius concessione, ut quia erat in præiuditium partis. pag. 242. col. 1. vers. licet.
- 104** Quod noluerit Senatus maximus licentiam concedere ad promulgandam inhibitoriam Ecclesiasticam pro sista-
da executione in seculari iuditio. pag. 249. col. 1.
- 105** Quod fratri inopi litiganti sumptus litis administrentur li-
te pendente. lib. 1. cap. 4.
- 106** Quod sententia ab alio Iudice quam à Iudice Indiae super rebus Indicis quanuis ex consensu partium lata, sic nulla. lib. 1. cap. 2. num. 14. vers. vnde in eis.
- 107** Quod in citatione per edicta non referatur iuramentum in animam actori. lib. 3. cap. 1. num. 8. vers. item limita.
- 108** Quod exceptio incompetentiæ vel declinatoria fori Iudi-
cis exequétis non impedit executionē. lib. 3. c. 21. nu. 47.
- 109** Quod admissis impedimentis à tertio possesso super re pignorata statim illi res tradatur absq; alia sententia. lib. 3. cap. 21. num. 39.
- 110** Quod si ex mandato Iudicis quis spolietur de facto sine ali-

- qua cause cognitione, aut citatione, de facto quoq; à Sez
natū restitui solet per petitionem grauaminis. lib. 4. cap.
x. num. 25.
- III** Quod donec in conuentione reciproca non datur ad im
plementum ex alterutra parte, actio non oriatur nec clau
sula depositaria suum fortiori effectum. lib. 3. cap. 22.
num. 46.
- III** Quod arbiter in iudicio famil. exerciscundæ alteri ex cohære
dibus qui maiorem partem habet, possit totam rem adiu
dicare quæ si indiuidua. lib. 4. cap. 3. num. 2.
- III** Quod pétens terminum ultramatinum iurare teneatur si
ne eo quod notificetur ut iuret ita ut eo non iurante
prædicta dilatione rejiciatur. lib. 3. cap. 12. num. 4.
- III** Quod in causis sumarijs, veluti possessorijs iudicij, detur re
plicatio, & triplicatio. lib. 3. cap. 11.
- III** Quod quanvis conuentum sit in emptione, quod vendi
tor non teneatur de euictione, adhuc tamen si res sit eui
cta compellatur venditor preium restituere. pag. 286.
num. 9.
- III** Quod clausula depositaria non habeat effectum pro ter
cio cum quo directe instrumentum non loquitur, quan
vis ex eo prætendat interesse, & rem ad se pertinere dicat.
lib. 3. cap. 22. num. 47.
- III** Quod si inter partes sit plus dictum, & minus reperiatur
scriptum à tabellione; illa omissio prodari possit per te
stes, quanvis alias scriptura publica requireretur. lib. 3.
cap. 12. num. 8.
- III** Quod Iudex papillorum possit trahere ad suum forum, pu
pilli debitorem qui in Castellæ Regno moratur. lib. 1.
cap. 2. num. 22.
- III** Quod non obstante clausula depositaria fuerit quis ad
missus ad rescindendum contractum, quia nihil consta
bou

- bat de recepto deposito.lib.3.cap.22.num.35.
- I20** Quod auocatoria Conseruatoris Religionis Ierosolymitanæ non fuerit adimpta in causa profana, & inter laicos. lib.2.cap.1.num.20.
- I21** Quod subreptitia dicetur disp̄satio clausulæ depositariz, ut quia in ea non fuisset facta mentio alterius clausulæ, qua contrahens promisit se pr̄dictam dispensationem non impetraturum, nec ea vslurum, etiam si motu proprio fuisset concessa. lib.3.cap.22.num.34.
- I22** Quod priuilegium reuocandi forum competat etiam coloni, & emphyteutis Religionis Ierosolymitanæ. lib.2.cap.1.num.20.
- I23** Quod citatio à nuncio facta intra domum non ideo irritari debeat si reus compareat.lib.2.cap.5.num.2.
- I24** Quod sericæ vestis vslus, qui etiam equiti nobili permittitur aduocato curiæ non interdicatur.lib.1.cap.3.nu.27.
- I25** Quod filius conceptus, vel natus ante hæresim patris non excludatur à successione à vita maioratus. lib.1.cap.2.num.11. vers. si autem iste sequens.
- I26** Quod incarcerato, qui vult facere cessionem bonorum interim à creditore alimēta pr̄stari debeat.lib.3.c.22.n.67.
- I27** Quod in condemnatione, quæ sit à litis contestatione intelligatur de vera & propria illa, quæ de iure comuni inducitur per responcionem contrariam ad libellum actoris lib.3.cap.6. & est alia decisio in contrarium.
- I28** Quod dilatio quinquenij concessa debitori noceat etiam creditori habenti sententiā, & facienti executionem. lib.3.cap.22.num.65. vers. nec ei similiter. Et est alia decisio in contrarium.
- I29** Contra sententiam finalē iudicū ciuitatis impedimenta admittuntur in ijsdem actis, sine eo quod ponatur in Chancellaria.lib.1.cap.2. num.21.

I30 Quod

- 130 Quod omnia acta, & sententiae super re immobili, in qua vox
ris consensus non interuenit, sint irritadæ. lib. 3. c. 19. n. 36.
- 131 Quod instrumentum conditionale fieri possit purum & li-
quidum ex coniunctione alterius instrumenti, ut via su-
maria in eo procedatur, ultra aliam Cabed. decisionem.
lib. 3. cap. 22. num. 17.
- 132 Quod debitor agens de nullitate contractus admissus fuit
sine deposito ante tempus illud fiendi, non obstante clau-
sula depositaria. lib. 3. cap. 22. num. 50.
- 133 Quod subhastatio rei immobilis non vitietur ob non solu-
tam gabellam. lib. 3. cap. 21. num. 83.
- 134 Quod ex restitutione iure minoris non suspendatur execu-
tio eius sententiae, quæ fuit lata in iudicio famil. exercun-
dæ. pag. 275. num. 9.
- 135 Quod si actor petat certum, quorum nonaginta reus statim
fuerat confessus, & in reliquis decem iudicium fiat, quæ
subsunt iurisdictioni iudicis, adhuc tamē possit ab eo sup-
plicari. lib. 3. cap. 19. num. 3.
- 136 Quod dilatio decem dierum, qui in actione summaria assig-
nari solent, die feriato finiatur. lib. 3. cap. 22. num. 56.
- 137 Quod appellatio à Iudice inferiori in executione liquida-
tionis eius sententiae quæ fuit lata à prætore curiali, ad ip-
sum prætorem vadet. lib. 3. cap. 21. num. 30.
- 138 Quod Provisor residuorum possit cognoscere incidēter de
dubio super legato, vel fideicommissio alicui relicto. lib. 1.
cap. 2. num. 12.
- 139 Quoties conditor maioratus vocauerit ad successionē filiū
maiorē, vnum post aliū, filius ex filio maiorī primogeni-
to prædefuncto patruū non excludet. lib. 3. cap. 11. nu. 10.
- 140 Debitor qui ultra debitum principale obligatus erat sin-
gulis annis aliquod interesse solvere, donec retardaretur
solutio, si delegauerit, delegato factō non solvēdo, non li-
beratur. pag. 200. col. 1.

- 141** Quanvis creditor teneatur sibi emere in licitatione quin-
do bona pignorata emptorem non inueniunt, tamen si
debitor fideiussorem habuerit, poterit creditor ijs relictis
exequi bona fideiussoris.lib.3.cap.21.num.8o.
- 142** Instantia cæpta cum defuncto transit in fiscum bonorum
successorem, quanvis processus in ijsdem terminis ad iu-
dicem fisci remittendus sit. lib.1.cap.3.num.17.in fin.
- 143** Legatum & fideicomissum in arbitrio hæredis positum, il-
lud deberi iudicauit Senatus.pag.148.col.1.
- 144** Malier si agat rei vendicatione pro fundo vendito à mari-
to sine eius consensu, exceptions repellentur si marito
hæres extiterit, aut ex pacto per eius mortem totum fun-
dum fuerit lucrata.lib.4.cap.2.num.6.
- 145** Creditor qui prius fecit pignorationem in bonis debitoris
præferetur doti ab eodem debitore promissæ. pag. 215;
col.2.vers.atq; ita.
- 146** Si filia renuntiasset paternæ hæreditati certa quadam por-
tione contenta nomine dotis adhuc tamen in lite com-
